BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XV
C
27
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

XV.
C.
271

Digitized by Google

Digitized by Google



En tibi conſpicuam faciem vultumq; decorum
MATTHIÆ STEPHAni pagina picta refert.
Quod latet ingenium nec Appelles pingere poſſet,
At STEPHANUS ſcriptis pinxit id ipſe ſuis.

honoris ergo f.
R. Schereclit IVD
a Com. Pal. Cæſ.

Haublin Sculp. Lipſ.

MATTHIÆ STEPHANI JCti,
& Anteceſſoris in Academia
Gryphiſvvaldenſi

TRACTATUS DE JURE PATRONATUS,

IN DUAS PARTES TRIBUTUS,
quarum
I. EST DE JURE PATRONATUS
ECCLESIARUM,
ET BENEFICIORUM ECCLESIASTICORUM, &c.
II. DE JURE PATRONATUS
ACADEMIARUM,
ET SCHOLARUM INFERIORUM:

Quibus univerſa Juris Patronatus materia, hinc inde diſperſa, methodicè per varias utiliſſimas quæſtiones & deciſiones plenè explicatur.

TERTIA EDITIO
priori duplo auctior.
Cum Summariis, itemque Indice, tum Capitum, tum rerum & verborum.

FRANCOFURTI & LIPSIÆ,
Apud JOH. HEREBORD. KLOSIUM, Bibliopol.
Anno Chriſti 1701.

Biblioteca Nazionale V. E. III

Digitized by Google

PRÆFATIO
L. B. S.

M*Atthiam Stephanum, Lector benevole, hujus Tractatus de Jure Patronatus auctorem, prolixè commendare jam ſuperſedeo, ſiqvidem hunc Virum* [illegible] *um ex celebratiſſimis Germaniæ noſtræ JCtis fuiſſe, & munera, qvibus, dum viveret, egregiè functus eſt, & opera, qvæ publici juris fecit, poſterisq; reliqvit, abunde teſtantur. Ut alia Virtutis & Laudis argumenta nunc ſicco pede prætercam, qvadraginta fermè annos Anteceſſor Juris in Illuſtri Academia Gryphisvvaldenſi fuit, & inſuper à Sereniſſimis Pomeraniæ Ducibus in Secretiorem Aulæ Wolgaſtanæ ordinem allectus eſt. Ultimum diem obiit Anno Chriſti* cIↃ IↃc XLVI. *ætatis verò* LXXVI. *cum ſemiſſe. Qvod ad Scripta ejus attinet, operæ precium erit Catalogum illorum, qvæ nobis innotuerunt, hìc adjungere.*

Digitized by Google

1. *Dialectica Juris exactiſſima & abſolutiſſima.*

2. *Exegeſis juris Civilis, ad methodum Inſtitutionum Imperatoris Juſtiniani concinnata.*

3. *Exegeſis juris Canonici.*

4. *Exegeſis juris Feudalis.*

5. *Oeconomia Juris Civilis, Canonici, & Feudalis.*

6. *Huic triplici Oeconomiæ bini Tractatus inſerti ſunt, alter de Operis novi nunciatione, alter de Regalibus.*

7. *Tractatus de Officio Judicis.*

8. *Tractatio Methodica de Arte juris & ejus principiis.*

9. *Commentarius in Tit. ff. de Reg. Juris.*

10. *Commentarius in Tit. ff. de Verb. Signif.*

11. *Commentarius in Tit. de Jure Accreſcendi.*

12. *Comment. in Novellas Juſtiniani.*

13. *Commentar. in Conſtitutiones Carolinas.*

14. *Tractatus de Jurisdictione.*

15. *Tractatus præſens; de Jure Patronatus, qvem primum edidit Anno 1631. poſtea correxit, & duplo auctiorem reddidit, qvemadmodum ex præſenti editione videre eſt, qvam Amico, imò Patrono cuidam noſtro Magno debemus. Utere itaq; L.B. hoc qvicqvid eſt laboris, fortaſſis brevi alium Tractatum, hactenus in Bibliothecis deliteſcentem, & à Viris eruditis deſideratum, videbis. Vale & Fave.*

Kiliæ ante Kalendas Martias
à N. C. CIↃ IↃC LXXII.

Samuel Reyher, U.J.D. & in
Academia Chriſtian-Albertina, qvæ Kiliæ Holſatorum
eſt, Math. Prof. P.

Cla-

Clariſſimis & Excellentiſſimis
VIRIS
DN. JOANNI COTHMANNO, JCto,
non è multis, Illuſtriſſimi Principis & Domini,
DN. JOANNIS ALBERTI, Ducis Megapolenſis, &c. Conſiliario & Cancellario graviſſimo, &c.
ET
DN. FRIDERICO COTHMANNO, J.U.
Doctori meritiſſimo, &c. Adfinibus & amicis meis plurimùm honorandis & dilectis,
Omnia felicia & fauſta precor!

AMaſin Ægyptiorum Regem vetuſtiſſimum, ſcribit Herodotus, memorabilem legem ſanxiſſe, ut ſinguli qvotannis apud Nomarchem ſive præſidem cujusqve Provinciæ, vitæ & profeſſionis ſuæ rationem redderent. Qvod cum perſæpè animo repeto, ſolicitus eſſe ſoleo, ut ego literararii ocii, ſive profeſſionis meæ rationem reddam. Neqve enim tantum mihi tribuo, ut ſperem, fore me à reddendis rationibus immunē, ſeu (ut loqvitur noſter Ulpianus) ἀνεκλόγιστον. Et

qvidem pulcherrimam vitæ partem eſſe duxi, agere negocium publicum, juvare pro viribus Rempublicam literariam, & præeſſe juventuti, tùm legendo, tùm ſcribendo. Neſcio enim, qvomodo ſemper vulgarẽ cauſidicinam averſatus, qvod in eâ multa fieri viderem, parum decorè, (ne qvid gravius dicam) præſertim ab Advocatis illis, qvi ſine ulla cognitione juris, ſua ſtudia cruda in forum protrudentes, lucello ſuo intenti, miſerorum bona vitamqve penè ipſam devorant, appoſitè ab Apulejo appellati viliſſima capita, pecora forenſia, & togati vulturii: qvos dies Domini judicabit, niſi reſipuerint. Qvamvis etiam funeſtis & exitialibus bellis jam longo penè tempore conflictati ſimus, neq; adhuc ejus finem conſpiciamus: Ego tamen ſpe melioris fortunæ excitatus, fixo pede in Academia commiſſa perſtiti, & adhuc perſiſto, nullum in Muſas Marti triſte Imperium concedens, ſed ſummo cœleſti parenti & Deo meo unicè confidens, in cujus manu & poteſtate vita & ſalus noſtra poſita eſt. Cumq; his graviſſimis temporibus, multæ qvæſtiones de Jure Patronatus, tùm Eccleſiaſtico, tùm Academico

na-

Digitized by Google

naſcantur, conatus ſum, poſt abſolutum commentarium ad Novellas Conſtitutiones Imperatoris Juſtiniani, promiſſi mei memor, qvæ de univerſo illo jure patronatus disperse & confuſè à plerisq; ſcripta eſſent, methodicè certis capitibus colligere, disponere & dijudicare.

Hoc qvicqvid eſt laboris & ſtudii, Vobis, Viri Clariſſimi & Conſultiſſimi, Dn. Adfines & amici plurimùm honorandi & dilecti, primitus inſcribere & dedicare volui. Sed qvia diſtractis omnibus exemplaribus multi iteratam editionem Commentarii hujus à me poſtularent, relegi priorem editionem: & cum viderem multa adhuc deſiderari, dedi operam, ut duplo illum redderem auctiorem, qvem iterum ad vos mitto, ut hac ratione aliqvod meæ in vos obſervantiæ & affectus ſingularis monumentum, æternæ nominis Veſtri memoriæ ſacratum, exſtaret. Valete longùm feliciter, & ſalvete.

à Veſtri ſtudioſiſſimo

Ex Muſeo Gryphiswaldiæ ipſo die Margaritæ, Anno 1639.

MATTHIA STEPHANI, JC.
jam ſeptuageſimum tertium annum per Dei gratiam agente.

ΠΡΟΣ-

I.

ΠΡΟΣΦΩΝΗΣΙΣ,
Ad Virum
Ampliſſimum, Clariſſimum & Conſultiſſimum
DN. MATTHIAM STEPHANI, JCtum,
& Anteceſſorem illuſtris Academiæ Gryphicæ celeberrimum, Collegam, Adfinem & Fautorem ſuum multis nominibus ſuſpiciendum, cum Diatriben Juris Patronatu Eccleſiaſtici & Academici in publicum daret, inſtituta.

Qvod teneris Pater *eſt* natis, *hoc eſſe* Patronum
Suis decet clientulis.
Nempe, ut in Aſcanio *cari, teſtante* Poëta,
Stat cura Patris *unica*:
Sic qvoq; debebat cordi grex *eſſe* Patronis
Docentium *&* diſcentium,
Nilq; prius potiusve dari, qvàm rite cavere,
Ne detrimenti qvid ferat.
In frugi nam forte ſalus & gloria privæ
Domus *recumbit* filio:
At benè compoſitis, res *undiq;* publica *floret,*
Eccleſiis *nec non* Scholis.
Heic verò ſacri cætus Clariique *qverelas*
Indeſinentes audias,
Qveis malè defuncti pulſantur muneris ergò
Variis patroni *formulis.*
Olli deſidiæ, *diraq;* Tyrannidis *altri*
Famoſa dica impingitur:
Et ſi rem rectâ qvis pendat lance, ſine ullâ
Impingitur calumniâ.

Nam

Nam non inſontes ſatis arguit eſſe patronos
Nimia mali evidentia.
Quis neſcit Domini clerum pubisq; Magiſtros
Planè obrui penuriâ ?
Quem fugit impulſu rabidi livoris eosdem
Penè enecari injuriâ ?
Et tamen utramvis ſtertit patonus *in aurem,*
Damnis nec ullis tangitur :
Immò ſunt, vitâ qvibus eſt jucundius ipſâ
Suffundere magis frigidam.
His opportunè, Vir Conſultiſſime, fautor
Inſignis, *aurem vellicas*,
Et, qva ſolerti veniant præſtanda Patrono,
Terſo hoc libello *ſubmones.*
Unde tua fama, qva latum perſonat orbem,
Fælix ſit hac acceſſio.
Quòd te communi Patronum *voce ſalutant*
Levita *cum* Scholaſtico.

à
Johanne Burgmann/ J.U.D. &
Profeſſore, nec non Illuſtr. Dica-
ſterii wolg. Aſſeſſore ord.

II.

NEc ſatis eſt STEPHANO vivâ docuiſſe juventam
Jus voce Patronûm cathedrâ cominus.
Ni ſimul his totum ſcriptis informet & orbem
Enucleando jus patronorum eminus.
Hoc erat anguſta cathedrâ deſcendere Gryphûm,
Theatrum in auguſtum orbis auditorii.
Sic paucis prodeſſe, bonum, ſed pluribus, eſt id
Melius, & omnibus prodeſſe maximum.

Digitized by Google

Sic ſolet, & nunqvam viſos docet. Exul ut olim,
Spontaneus rus liqveram Pomeranicum,
Continuos qvatuor, diverſis partibus annos,
Me Viſtulæ potor rogat Sarmaticus,
Celta Garumnæus rogat, & qvos Seqvana Cives
Curvatus alluit, Tameſus Anglicus,
Rhenus & Albicolæ; STEPHANus qvid conderet, omnes
Rogare, Liberos dixi dat, & libros.
Idqve pari numero. Magnus Tiraqvellus ut olim,
Qvot liberis tot & libris Pater fuit.
Scriptor utroqve ſtilo bonus, & fœcundus in illis,
Facundus his. Theoricus tum Practicus.
Et pro Muſarum numero felice noveno,
Satis facit, tum Pallidi, tum Cypridi.
Bis novies huic, hinc toties qvoqve partubus illi
Satisfacit, qvîs rude cupit donarier.
Prætendit vires fractas, ſolemneqve clima,
Bis qvando triginta ſuperat annosqve tres.
An rude donandum cupiant, id neſcio, malim
Ambæ negent, velitqve neutra paciſcier.
Ut neqve Diva Themis pacto, neqve Dorothee ſtent
Seidelias, ſed exigant plus fætuum,
Qvîs numerum duplicet, triplicet qvadruplator (honeſti
Vocabulum malo rejecto intelligo)
Pro Legum Prolytis, Stephanſtim Prolytisqve, novem ter
Qvaterqve ſic Muſæ CORONAS duplicent.
Tres etiam charites ſibimet deberier iſthæc
Pariter putant, Muſis novem qvæ præſtita,
Pro voto charitum, Themidos pro Dorotheæqve
En ſtare COTHMANNOS rogatos audies.

JCto celeberrimo, Affini & Collegæ, animitus precabatur

Jacobus, Laurentii F. Michaëlis
N. Gerſchow.

III, Mu=

Digitized by Google

Munera conveniunt doctis, benè doctaq́; claris
Qvîs dedit Aonius nomina clara chorus.
Eſt ita dignandus dignis, qvi dignus eisdem,
gaudent, ut ſemper de paritate pares.
Hoc qvoqve chare Pater verè tibi nomine digni
GOTHMANNI, celebres Juris in arte Viri.
Jus Patronatus qvibus inſcripſiſſe placebat,
ut conſvetudo more recepta fuit.
Extitit hos inter ſapiens ERNESTUS in arte,
Bellerophontæis exaturatus eqvis,
Conſiliis habitus magnis ſpectabilis autor,
Ad latus ut genius Principis eſſe ſolet.
Grammateusq́; fuit præcelſi in Principis aula,
Totius terræ qva Megalespoleos.
Juris Roſtochii multa cum laude Profeſſor
Publicitus cathedra commoda mille tulit,
O igitur dura nimia inclementia mortis,
Qvæ citius tantum ſuſtulit atra virum!
Qvi ſatis aptus erat multas moderarier urbes;
Ac Megalespoleos ſceptra tenere manu,
At vos ne Muſæ ſuffundite lumina rore
Veſtra ſed à lachrymis triſtibus ora vacent;
Succeſſit Frater Fratri, Doctiſſimus alter
Janus cui nomen, magnus & ille ſatis.
Qvi ſimilis modò conſilio ſapiente Magiſter,
Aſſcriptus claris Palladis arte viris.
Vos iterum Muſæ cunctos abſtergite luctus,
Et potius lætos reddite qvæqve dies.
Succedet Patri claro citò Filius ipſe
Qvi famam doctis ſparget & ipſe libris,

Digitized by Google

Ut Patris ERNESTI, FRIDERICUS filius olim
Sit ſimilis votis, opto precorqve, meis
O igitur dubiis qvid adhuc affectibus erras
Dives conſilio, judicioq; Pater?
Dignos digna decent, COTHMANNOS eſſe patronos:
De Patronatus Jure jubeto libri.
Dic valeat JANUS, valeat FRIDERICUS, uterqve
ERNESTO dignus nomine, Fratre, Patre.

In filialis obſervantiæ τεκμήριον
ſcribebat

Petrus Stephani.

IN-

Digitized by Google

INDEX CAPITUM
Partis I.

1. *De etymo & notatione vocis patroni & patronatus.*

2. *De varia ſignificatione vocis patroni & patronatus.*

3. *De Jure Patronatus Eccleſiaſtico in genere, ejusq; diviſione in jus patronatus majus ſive ſuperius, & minus ſive inferius.*

4. *De Jure Patronatus ſuperiori, Principibus & Magiſtratibus jure Regio competenti.*

5. *De jure patronatus Eccleſiaſtico minori ſive inferiori, ejusq; origine, item de ratione introductionis illius juris patronatus.*

6. *Jus illud patronatus in ſe non eſſe impium, neq; Eccleſiis perniicioſum, ſed potius utile & pium.*

7. *De definitione juris patronatus Eccleſiaſtici.*

8. *De diviſione juris patronatus generaliter accepti, in jus patronatus Civile, tanqvam antiqvius, & jus patronatus Eccleſiaſticum, qvod recentius eſt: item de differentiis & convenientiis inter utrumq; jus patronatus, Eccleſiaſticum & civile.*

9. *De ſubdiviſione juris patronatus Eccleſiaſtici in jus patronatus Eccleſiaſticum ſpecialiter ſic acceptum, & jus patronatus Scholarum tum Regiarum ſive Academiarum, tum inferiorum ſive privatarum. Item, in jus patronatus laicum & Eccleſiaſticum in ſpecie.*

10. *De his, qvi jus patronatus Eccleſiaſticum ſibi acqvirere poſſunt.*

11. *De initiis & cauſis, qvibus conſtituitur & acqviritur jus patronatus.*

12. *De conſenſu Epiſcopi neceſſario ad conſeqvendum jus patronatus ex fundatione, dotatione & ædificatione.*

13. *De fundatione, exſtructione & dotatione, tanqvam modis conſtituendi Juris patronatus.*
14. *An & qvatenus per readificationem Eccleſiæ deſtructa Jus patronatus acqviratur.*
15. *Adhuc de dotatione, tertio modo acqvirendi Jus patronatus.*
16. *De præſcriptione, qvatenus illa eſt modus acqvirendi Juris patronatus: itemq; de privilegio Pontificis.*
17. *Qvibus modis Jus patronatus conſtitutum & acqviſitum ad alios poſtmodum transferatur.*
18. *De effectu Juris patronatus, ſive de Juribus, qvæ conſeqvuntur patroni ex Jure patronatus.*
19. *De honore patrono debito in proceſſione & ſeſſione.*
20. *De reliqvo honore patroni debito, conſiſtente in præſentatione ad ſacrum Miniſterium.*
21. *De Jure & ordine vocandi miniſtros Eccleſiæ.*
22. *De Jure patroni in Eccleſia Cathedrali & Collegiata.*
23. *De beneficiis Eccleſiaſticis, qvid Juris in illis fundatores ſive patroni habeant.*
24. *De Jure utili, qvod competit patrono, conſiſtente in alimentatione, itemq; in Jure exedræ & ſepultura.*
25. *De Jure oneroſo patronorum.*
26. *De unione ſeu incorporatione Eccleſiarum cum autoritate & conſenſu patroni facienda.*
27. *De iis, qvæ patronus de Jure Canonico facere non poteſt.*
28. *De Jure patronatus hodie in Eccleſiis Auguſtanæ Confeſſioni addictis recepto.*
29. *De pactis & conditionibus adjectis fundationi ſive acqviſitioni Juris patronatus.*
30. *Qvibus modis finiatur Jus patronatus.*
31. *De Judice & Judicio competente in cauſis Juris patronatus.*
32. *De remediis ſive actionibus pro Jure patronatus competentibus.*

33. De

33. *De proceſſu judiciario, & de probatione Juris patronatus, itemq; de officio judicis, in ferenda ſententiâ.*

INDEX CAPITUM
Partis II.

Cap. 1. *De diſcrimine Scholarum publicarum ſive Regiarum, & Trivalium ſive privatarum.*

2. *De Scholis Regiis ſive Academiis in ſpecie, & de differentiis inter patronos Eccleſiarum & Academiarum.*

3. *De Jure patronorum in Academiis, qvod conſiſtit in proceſſione, itemq; in jure nominandi & vocandi Profeſſores, laudabilem in ſe probis moribus vitam demonſtrantes, itemqve docendi peritiam habentes: nec non etiam in eorum neceſſaria ſuſtentatione.*

4. *De Jure & poteſtate patronorum in defendendis juribus, juriſdictione & immunitatibus Academicis, contra latratus canum ſive hoſtium literatorum.*

5. *De Jure & poteſtate Patronorum in Scholis privatis ſive Trivialibus, qvæ conſiſtit in præficiendis præceptoribus eruditis & ad formandos mores puerorum, nec non etiam ad docendum, idoneis: illisq; neceſſariis vitæ ſubſidiis ſuppeditandis.*

6. *De Conceſſionibus ſive expectativis Profeſſionum & Parochiarum, harumq; reſignationibus & permutationibus.*

TRA-

Digitized by Google

TRACTATUS
DE
JURE PATRONATUS.

CAPUT I.
De etymo & notatione vocis Patroni & Patronatus.

SUMMARIA:

Nomen patroni & patronatus unde deſcendat? num. 1. & 2.
Patronus ſuſtinet locum patris. n. 3. qvod declaratur n. 4. 5. & 9.
Eccleſiam ædificans ipſo facto ſe obligat ad dotandam eam. n 6.
Parentes cenſentur necare liberos, qvi alimenta illis denegant. n. 7.
Vita eſt duplex, naturalis & civilis: illam habent liberi naturales à parentibus; hanc habent liberti à patrono. n. 8.
Compatres & commatres dicuntur, qvia ſunt loco patris & matris. n. 10. Pater, patrimus qvi apud Romanos. n. 11.
Patricii qvi dicti. num. 12.
Patroni appellatio longè alia eſt, qvàm Domini. num. 13.
Chriſtus cava manu acceptat donata Eccleſiæ & pauperibus. n. 14.

MAteriam utiliſſimam, inq; Eccleſiis & Scholis freqventiſſimam, DE JURE PATRONATUS, hoc tempore, auxiliante DEO, tractaturus, conabor illam certis capitibus & qvaſi cancellis concludere.

E re autem eſt, prius qvam ad rem ipſam deveniam, pauca de ipſius tituli ſignificatione referre, unde ſcilicet nomen PATRONI & PATRONATUS † deſcendat. *arg. l. 1. de juſt. & jure l. 1. §. 1. de* 1
pact. l. 1. in princ. ff. de furt. l. 1. §. 1. de ſuſp. tutorib. l. 1. de reb. cred. ne incertitudo nominum, & obſcuritas vocabulorum Lectorem remorentur,

2 Dicitur PATRONUS † vel PATRONATUS, à patre; ſive
3 ad ſimilitudinem patris: eò qvod Patronus ſuſtinet locum patris, † præſtando defenſionem perſonis aut rebus. Patroni enim & Patris
4 † officium eſt, tueri & conſervare. Hinc in jure noſtro paſſim conjungi ſolent patroni & parentes *l. 4. & ſeqq. de in jus voc. §. ult. Inſt. de pœna temerè litig. & tot tit. de obſeq. parentib. & patron. praſt.* Unde
5 de intelligitur, Patronis † æqvè ac parentibus obſeqvia deberi.

Et qvidem, qvi ædificat Eccleſiam, ipſo facto videtur ſe obli-
6 gare † ad dotandam eam; non aliter, ac pater generans filiam, eidem dotem debet: paternum enim officium eſt, dotare filias *l. qui liberos ff. de rit. nupt. l. fin. ff. de dotis promiſſ.*

Sicut etiam parentes tenentur ſuppeditare alimenta ſuis liberis;
7 adeò ut necare cenſeantur liberos, qvi alimenta † illis denegant. *l. necare ff. de agnoſc. & alend lib.* Ita qvoqve patronus debet liberto ſuo alimenta, in tantum, ut alimentis denegatis, deſinat nomen Patroni, & finiatur jus patronatus. *l. Divus Claudius §. fin. ff. de jure patron.*

Et qvemadmodum liberi naturales habent vitam naturalem à pa-
8 rentibus; ita liberti à Patrono habent vitam civilem, † nempe libertatem. *l. quod attinet ff. de reg. jur.*

A Patrono venit nomen PATRONATUS, & patrocinium; Græcis πατρωνεία, à Verbo πάτρων ὢν, qvo utitur in plerisqve locis Theophilus *lib. 1. Inſtit.*

Et qvi jus patronatus Eccleſiæ habent, illi Patroni dicti, qvaſi
9 patres, † qvia ſicut pater de non eſſe ad eſſe filium efficit; Ita & patronus de non eſſe ad eſſe Eccleſiam deducit *Roch. de Curte in tract. de jure patronatus, in prolegomenis num. 5.* Et dicitur πατὴρ, qvaſi παῖδας τηρῶν, id eſt, ſervans ex ſe genitos.

Sic ἀνάδοχος, hoc eſt, ſuſceptor infantis ex Baptiſmo, dicitur
10 infanti ſuſcepto † patronus, & patris loco eſſe. At ejusmodi anadochi dicuntur à Dionyſio Areopagita Patrimi & Matrimi, vulgò Compatres, Commatres, qvaſi Patres & Matres; qvia funguntur patris aut matris officio & munere.

11 Cæterùm apud priſcos Romanos, pater, patrimus † dicebatur, qvi cum eſſet pater, habebat adhuc ſuum patrem; & matrima ea,

qvæ

quæ mater exiſtens, adhuc matrem ſuam habebat, ut eſt apud Sextum Pompejum Feſtum.

Sic ſub Imperatoribus, Patricii dicti † Conſiliarii Imperatorum, quod quaſi patres eorum eſſent *l. ult. C. de conſulibus lib. 10.* Hinc eleganter Auſonius *ad Eutropium Patricium*, poſt damnationem & publicationem bonorum ſcripſit: 11

Direptas quid plangis opes, quas natus habebit?
Non aliter poteras Principis eſſe pater.

Ex prædictis, uti opinor, conſtat de nomine Patroni & Patronatus: & quod habens jus patronatus, non dicatur Dominus, ſed Patronus; quia Patroni appellatio magis, quàm † Domini, ei convenire creditur: Juris ratio namque dictitat, ut res Deo datæ & conſecratæ, in dantis dominio non maneant, ſed fiant patrimonium vel pecunia Chriſti *c. qui Chriſti, c. prædia 12. quaſt. 2.* Et eleganter Imperator Manuel Comnenus *in Novella 1. de executoribus teſtamentorum ferè in princ. verſ. Cum enim &c.* ſcribit, cum quis facultates ſuas Eccleſiæ & pauperibus † diſtribuit, Chriſtum aſtare, ac unà cum mendicante manum porrigere. Et hinc eſt, quod Imperatores ſeverè res ſacras arctiſſimo vallo communiverunt, & conſtituerunt, ut patrimonium Eccleſiæ ſemper ſervetur illæſum; neque bona illa quacunque ratione diſtrahantur aut alienentur *l. jubemus C. de SS. Eccleſ.* De quo ſatis dixi *ad Nov. 7. Nov. 46. Nov. 65.* 13 14

CAPUT II.
De varia ſignificatione vocis Patroni & Patronatus.
SUMMARIA:

Patroni & Patronatus nomen variè accipitur; unde etiam varium jus patronatus. num 1. & 2.

De patronatu veterum Romanorum. n 3. Ubi patronis cum clientibus magna intercedebat amicitia. n. 4. quod declaratur. n. 5. 6. 7. & 8.

De clientum obſequiis n. 9. & rurſus de patronorum erga clientes beneficiis. n. 10.

 Clien-

Clientelæ uſus à Romanis traductus ad exteros. n. 11.
De jure patronatus protectionis ſeu Advocatiæ. n. 12.
Ad modum clientelæ antiqvæ, Eccleſiæ ſibi adſciverunt patronos terrarum Dominos n. 13. Idem etiam fecêre ſeculares Principes & civitates, itemq́; privati. n. 14.
Patronus etiam dicitur reſpectu liberti manumiſſi. n. 15.
Jus patronatus civile ſpectatur in duobus. n. 16.
Patronus in jure feudali qvis? n. 17.
Advocati etiam dicuntur patroni. n. 18.
Semper inſpiciendum eſt, in qva ſignificatione vox patroni & patronatus uſurpetur. n. 19.

HOc capite explicandum eſt, qvomodo nomen Patronus & Pa-
1 tronatus † pro diverſitate materiæ ſubjectæ variè accipiatur:
2 Unde etiam varium † jus patronatus.

3 Et qvidem imprimis occurrit patronatus veterum † Romanorum. Nam tempore urbis conditæ vetuſtiſſima Patronorum ac Clientum inſtituta viguerunt, ubi plebejis, extimeſcentibus vim & metum potentiorum, licitum erat ex ordine Patriciorum Patronos eligere. Unde Feſtus ſcribit, Patrocinia appellari cœpta ex eo, qvod plebs diſtribueretur inter patres, ut eorundem opibus tuta eſſet: qvibus pa-
4 tronis cum clientibus tanta intercedebat † amicitia, imò arctior, qvanta eſt agnatorum & propinqvorum: qvod ipſum eleganter oſtendit Gellius *lib. 20. Noct. Attic. cap. 1. & lib. 5. cap. 13;* more majorum,
5 juxta parentes, primum locum tenuiſſe pupillos † Tutorum fidei creditos; deinde clientes, qvi ſeſe itidem in tutelam ac patrocinium dederunt; tertio loco eſſe hoſpites; poſtmodum eſſe cognatos, & ad-
6 fines. Qvin & ex eodem conjunctionis arcto vinculo † tanta inter eos fides extitit, ut patroni etiam contra proprios Clientum cognatos defenſionem ſubire tenerentur. Imò non pejus ullum facinus æſtimatum fuiſſe, qvàm ſi cui probaretur, clientem deriſui habuiſſe, referente Gellio *d. cap. 1. ferè in fine lib. 20.*

Præterea Patroni & Clientes illi mutuis officiis & beneficiis ſibi invi-

† invicem devincti & obſtricti fuerunt. Patroni namqve clientibus 7
jura, illis incognita, interpretabantur, & de iis pro clientibus injuſtè oppreſſis reſpondebant: cauſſas eorum in foro contra accuſatores tuebantur, *Halicarnaſſ. lib. 2. antiq. Roman. Gell. dict. locis.* Qvin amplius † patroni in clientes beneficia contulerunt, qvæ parentes in fi- 8
lios ſolent: ut patet ex traditis à Cicerone *Verrina* 1. ubi ſic ſcribit: Ad meam (Siculi) confugiunt fidem, per me auxilium ſibi à vobis petunt, me defenſorem calamitatum ſuarum, me ultorem injuriarum, me ſui cognitorem juris, me cauſæ totius actorem eſſe voluerunt.

Qvod verò attinet Clientum obſeqvia, † illi Patronis in omni- 9
bus rebus honeſtis erant obſeqventes; eosdem ad paupertatem redactos ſuo ære juvabant, maximè autem in elocandis filiabus, ad dotem earum contribuebant. Præterea clientes honoris causâ de domo magno numero deducebant patronos ſuos, deducentes filios ſuos naturales vel adoptivos in forum, eo die, qvo ipſi togam virilem induebant *Halicarn. & Gell. dd. locis.*

Et hæc de clientum erga Patronos officiis & obſeqviis, & horum viciſſim † erga illos beneficiis. Illud autem commune utrisq; 10
fuit, qvod accuſare ſe invicem in judiciis non poterant *Gell. dict. loc. Pet. Gregor. lib. 4. de Republ. cap. 3.*

Hujus clientelæ uſus à Romanis tandem traductus etiam † eſt 11
ad exteros: nam & hi civium in urbe Roma exemplo commoti, qvando ſe à potentioribus non tutos eſſe exiſtimarent, in clientelam Senatorum ſeipſos adjunxerunt *Cicero lib. 4. de finib.*

Ad exemplum & imitationem illam patronatus veterum Romanorum, uſu introductum eſſe, & adhuc continuari in Imperio Romano, jus † patronatus, protectionis ſeu Advocatiæ, tradit And. Gail. 12
2. Obſerv. 54 n. 2 ad fin.

Et priſcis ſeculis, ad modum & formam clientelæ antiqvæ Romanorum, Eccleſias patronos ſibi adſciviſſe potentes terrarum † Do- 13
minos, ſcribit Renatus Choppinus *libr. 1. de ſacra politia cap. 1. n. 12.* Qvin uti ab Epiſcopis ac Prælatis Eccleſiarum factum eſt; ita qvoqve ſeculares Principes, Comites, Nobiles, itemqve Civitates, tam Imperiales, qvam Provinciales, & aliis ſubjectæ, imò etiam privati,

14 potentiorum patrocinio & tuitioni ſe ſubmiſerunt, † de qvo teſtatur etiam Gail. *d. obſervat. n. 10.* & non infreqvens eſſe, qvod liberæ civitates ſeſe ſubmittant alicui Principi, ut ab eo protegantur & defendantur, notat Regnerus Sixtinus *Conſil. Marpurg. 19. num. 145. vol. 3.* idqve communi uſu & conſvetudine per totum Imperium Romanum hodiè obſervari, teſtis eſt Schurff. *conſil. 23. n. 5. cent. 3.*

Jus itidem patronatus ſingulare eſt, qvod Dominus manumittens ſervum ſuum ſibi aſſerit, qvi & Patronus reſpectu manumiſſi † li-
15 berti dicitur: cum ſi non manumiſiſſet, omnibus juribus dominicæ poteſtatis in ſervum illum uteretur. Illud jus patronatus ſpectatur
16 † in duobus; in operis libertorum, & in bonis ipſorum. Operæ ſunt officia patrono à liberto in gratiæ & remunerationis locum pro beneficio manumiſſionis præſtanda. *l. 4. de juſt. & jure tot. tit. Inſtit. de libertinis l. cum patronus 22. de operis libert.* Jus patronatus in bonis qvod eſt, verſatur in ſucceſſione patroni ejusqve liberorum in bona liberti, ſi ſui hæredes non extant *in princ. tit. Inſtit. de ſucceſſ. libert.* Qvod jus qvam varium fuerit & multiplex, eleganter explicat Cujatius *in parat. C. de bonis qvæ liber.*

Sic in jure feudali, Dominus feudi appellatur Patronus; & Va-
17 ſallus indigitatur cliens, interdum † clientulus. *Hotom. de verb. feudalibus. verb. patronus.*

Deniqve jus noſtrum, Advocatos, utpote Clientum, imò & Rei-
18 publicæ defenſores, appellat † patronos. *l. rem non novam §. patroni C. de judic.* hi enim dirimunt ambigua fata cauſarum, ſuæqve defenſionis viribus in rebus ſæpè publicis ac privatis lapſa erigunt, fatigata reparant, nec minus provident humano generi, qvàm ſi præliis atqve vulneribus patriam parentesqve ſalvarent. Nec enim ſolos (inqviunt Impp. Leo & Anthemius *in l. Advocati 14. C. de advocat. div. judic.*) noſtro imperio militare credimus illos, qvi gladiis, clypeis & thoracibus nituntur, ſed etiam advocatos; militant namqve cauſarum patroni, qvi glorioſæ vocis confiſi munimine, laborantium ſpem, vitam & poſteros defendunt *dict. l. advocati 14.* In qva ſignificatio-
19 ne itaqve † vox patroni & patronatus uſurpetur, videndum eſt.

CAP.

CAPUT III.

De Jure Patronatus Eccleſiaſtico in genere, ejusqve diviſione.

SUMMARIA.

Jus Patronatus Eccleſiaſticum in genere qvid? n. 1. accipitur largè. n. 2. & propriè. n. 3. Inde duplex eſt jus patronatus Eccleſiaſticum n. 4. majus n. 5. & minus n. 6. Hoc nihil habet commune cum jurisdictione. n. 7. Jus Patronatus in civilibus cum ſuperioritate vel ſubjectione nihil commune habet. n. 8. Sed tamen jurisdictionis & ſubjectionis aliqvando principium ſit. n. 9. & 10.

JUs Patronatus Eccleſiaſticum in genere, † nihil aliud eſt, qvam 1
cura tuendi & defendendi perſonas & res eccleſiaſticas. Qvod ut rectiùs intelligatur, ſciendum eſt, jus patronatus Eccleſiaſticum dupliciter accipi, largè & propriè.

In larga † & naturali ſignificatione, accipitur patronatus pro nu- 2
da & ſimplici cura patrocinandi ſive defendendi perſonas & res eccleſiaſticas adverſus vim & potentiam majorem *Schurff. conſil. 23. n. 2. cent. 3. Modeſt. Piſt. conſil. 43. n. 30. vol. 1.* Competente jure magiſtratûs ſive ſuperioritatis; unde & patronus pro ſuperiore accipitur *a. dilecta de exceſſ. Prælat. Erneſt. Cothm. conſil. Academico 1. n. 19. & ſeqq.*

In propria † & civili ſignificatione autem, jus patronatus acci- 3
pitur pro jure ſeu facultate eligendi, præſentandi & vocandi, competente non tantùm magiſtratibus & ſuperioribus, ſed etiam cuivis privato, qvi fundavit Eccleſiam, ſive Academiam, unde etiam patronus illius Eccleſiæ & Academiæ dicitur *Cothm. d. loc.*

Unde patet, duplicem † eſſe patronatum Eccleſiaſti- 4
cum: Unus conſiſtens in ſimplici jure defendendi; alter verò, qvo jus præſentandi Paſtores & miniſtros in Eccleſiis reformatis continetur. Illud eſt jus patronatus majus † ſive ſuperius, qvod à plerisqve 5
etiam Regium appellatur; eò qvod jura patronatus Ducum, Marchionum, Comitum &c. regio juri adæqvatæ ſint, ut ſcribit Covarruvias

præſ.

pract. qvæſt. cap. 36. n. 36. verſ. ſecundum in jure patronatus regio. Ne-qve regiæ Majeſtati convenientius videtur, qvam ſi Chriſtiani Principes Eccleſiæ inſtituta, ritus & leges ac Sacerdotalia jura ſervent & tueantur. *c. regum beneficium 13. qvæſt. 5. c. tributum 23. qvæſt. 8.* Hoc
6 verò dicitur Jus Patronatus minus † & inferius, vel vulgare, qvia omnibus qvibuscunqve etiam privatis competit, qvi beneficia in Eccleſias ritè conferunt *tot. tit. de jure patron.*

Illud verò notandum eſt, in genere, jus patronatus nihil com-
7 mune habere † cum jurisdictione Eccleſiaſtica *Gail. 2, obſ. 54. n. 1. & n. 6. & 7.*

Qvamvis autem etiam in civilibus, jus protectionis, cum ſuperioritate, reſpectu patroni, vel cum ſubjectione, reſpectu clientum,
8 nihil commune † habere, adeoqve juri territoriali & jurisdictioni ordinariæ nihil adimere exiſtimatur *c. recepimus 8. c. ex parte 18. de privileg. l. non dubito ff. de capt. & poſtlim. rev. Schurff. d. conſil. 23. num. 2. cent. 3.* Interim tamen jus eſt, & qvidem tale, ex qvo aliud ex alio, & qvidem in præjudicium ordinarii Magiſtratus ac Domini
9 territorii pullulat; nam, experientia teſte, hoc jus ſæpius † & ſubjectionis & jurisdictionis principium exſtitit, *Petr. Frider. lib. 2. de mandat. cap. 14. num. 2.* Et patrocinium nonnunqvam plus æqvo † ex-
10 tendi ad actus jurisdictionis, & alia jura regalia, notat Gail. *de Obſervat. 54. num. 6.*

CAPUT IV.

De Jure Patronatus majori ſive ſuperiori, Principibus & Magiſtratibus competente.

Summaria:

Jus patronatus majus cohæret juri Magiſtratus n. 1. Nam magiſtratibus incumbit tueri Eccleſias & Scholas. n. 2. Item, inſtituta earum, & qvi Eccleſiis & Scholis præficiendi. num. 3. Ratio n. 4. Eccleſiæ Cathedrales in Principum provinciis cohærent etiam juri patronatus. n. 5. Ratio. n. 6.

Patro-

Patronorum officium n. 7.
Res humanæ non poſſunt eſſe tutæ, niſi defendantur divinæ. n. 8.
Religione ſublata corruit juſtitia & diſciplina. n. 9.
Advocatos Eccleſiarum & monaſteriorum qvare olim conſtitui neceſſe fuit. n. 10. & 11. qvorum officium magnificum habitum eſt. n. 12. & 13.
Imperator Romanus eſt advocatus ſupremus Eccleſiarum. n. 14.
D. Lutherus ſcripſit ſe confugere ad Imperatorem, tanqvam ad aram. num. 15.
Hiſpaniarum Reges ſunt Advocati ſuarum Eccleſiarum. n. 16.
Haſſiæ Principes habent pleroſq; Epiſcopatus ſub ſuo præſidio. n. 17.
Epiſcopatus in Imperio Romano in qvorum patrocinio ſint. n. 18.
Pontifex Romanus ſibi olim arrogavit jus in Epiſcopatus. n. 19. Sed Principes illi reſtiterunt. n. 20.
Edictum Caroli Cæſaris, ne qvis impetraret beneficia à Pontifice regii patronatus n. 21. Item, Philippi Hiſpaniarum Regis n 22.
Hiſpaniarum Reges venerantur decreta Pontificum, ſed ſalvis juribus patronatus n. 23.
Magiſtratus eſt cuſtos utriusq; tabulæ n. 24.
Reges ſunt nutritii Eccleſiæ n. 25.
Chriſtiani habent Eccleſiam matrem ſpiritualem. n. 26.
Magiſtratus non defendentes Eccleſiam reddent eo nomine Deo rationem. n. 27.
Neceſſaria admonitio ad omnes magiſtratus, ut evigilent tandem, & curent Eccleſias & Scholas. n. 28. 29. 30. 31.
Religio illa defendenda eſt, qvæ eſt orthodoxa, & Chriſtianæ fidei analoga. num. 32.
Principes Germaniæ in qvem finem hodie habeant jus convocandi Synodos n. 33.
Synodis intereſſe debent orthodoxi. n. 34. 35.
Princeps pro ſua libidine in Synodus ſolus nihil rectè ſtatuit circa religionem & cultum Dei. n. 36.

Patronus an vi juris patronatus pro pace Eccleſiarum poſſit fadera paciſci cum infidelibus ? qvod negatur n. 37. 38. 39. 40. 41. 42. At propter commercia licet, fadera merè civilia ferire n. 43. Ratio n. 44. 45. Non eſt belli major juſtitia, qvàm ejus, qvod pro religione ſuſcipitur n. 39. De variis confaderationibus inter Imperatores Chriſtianos & infideles. n. 46. & 47.

PRæmiſsâ diviſione juris Patronatus in majus & minus, hoc loco agendum erit de jure patronatus majori ſive ſuperiori, qvod co-
1 hæret juri * magiſtratus, adeoqve Principibus & Magiſtratibus competit jure ſuperioritatis & Regio. Nam Principibus & Magiſtratibus veris, (qvia cum divinitate cognationem habent,) unà cum ſta-
2 tu Reipublicæ incumbit, * Eccleſias & Scholas patrocinio ſuo tueri & defendere; qvippe qvod in eo verſetur externa ſalus atqve incolumitas Eccleſiarum & Scholarum, tum pacis, tum belli etiam tempo-
3 re. Qvo ſpectat inſtitutio * & confirmatio eorum, qvi Eccleſiis & Academiis præfici debent, ut conſtet Principibus & Magiſtratibus,
4 qvales ſint illi ipſi, * qva facultate præditi, qvâ fide, qvave innocentia vitæ incedant; &, ut neceſſariis alimentis atqve vitæ ſubſidiis provideantur.

Eidem juri patronatus cohærent etiam Eccleſiæ Cathedrales
5 * in Principum Regnis & provinciis ſitæ, qvæ tutelæ atqve patrocinio ipſorum Principum eximi nullo modo poſſunt; ne ſint deterioris
6 * juris Principes, qvam minorum Eccleſiarum patroni *arg. l. Imperatores ff. de public. & veſtig. l. fin. C. de exact. tribut. lib. 10.* Et jure communi Reges eſſe patronos majorum Eccleſiarum in ſuis regionibus, notat Archidiaconus *in c. lectis 63. diſtinct.*

7 Qvocirca incumbit illis * proſpicere, ne bona Eccleſiaſtica divinis cultibus dedicata, in prophanum uſum transferantur, vel malè adminiſtrentur; ne ab Eccleſiarum conſtitutis Proviſoribus, ut ſæpè, proh dolor, fieri conſvevit, reditus in propriam utilitatem convertantur.

Neqve res humanæ aliter tutæ eſſe poſſunt, niſi qvæ ad divinam
8 confeſſionem * pertinent, & regia & ſacerdotalis defendat autoritas: ut

Digitized by Google

ut eleganter ſcriptum reliqvit Leo Papa, *in epiſtola ad Pulcheriam Auguſtam c. res autem humana 21. c. eadem 23. quaſt. 5. c. inceſtuoſi 23. &. ſeqq. eadem 23. quaſt 5.*

Et ſublata religione, * corruit juſtitia, publica honeſtas & di- 9
ſciplina. Reichs Abſchied zu Regenſpurgk de anno 1532. Rubr. Concilium betreffend / in fin. pr. ibi, darneben erfolgen würde / daß alle Zucht / Ehr / Gehorſam / und andere gute Tugend / im Geiſtlichen und Weltlichen gäntzlich fallen werde.

In primitiva itaqve Eccleſia, creſcente cum opibus malitia hominum, & res Eccleſiarum ſatis commodè Eccleſiaſtici defendere non
poterant; ne * earum procuratione, à pietatis exercitiis avocarentur, 10
delegari neceſſe fuit hominibus potentibus, & negotiorum ſecularium peritis: Idcirco placuit peti à glorioſiſſimis Imperatoribus pro rebus
ſive bonis Eccleſiaſticis executores vel Advocatos, * qvi defenſionem 11
Eccleſiarum ſuſciperent *c. 16. & c. placuit. diſt. 72. & c. ab Impp. 23. quaſt. 5.*

Erant itaqve Eccleſiæ & monaſteria ſub advocatione & patrocinio ſecularium Dominorum; * deqva advocatione agitur *in c. præ- 12
terea ext. de jure patron.*

Qvod officium adeò magnificum & regium habitum, ut ipſi Im-
peratores * titulum Advocati non ſubterfugerent, ſed libenter uſur- 13
parent; atteſtantibus id actis Imperii.

Hinc in receſſibus Imperii ſcribitur de Imperatore Romano,
qvod ſit der gantzen * Chriſtenheit ein Schutz- und Schirm-Herr R. A. 14
de anno 1518. § Erſtlich. Item Advocatus R. A. zu Regensburg de anno 1541. Item, Oberſter Vogt der heiligen Chriſtlichen Kirchen R. A. zu Augſpurg de anno 1530 §. auff ſolch ꝛc. & §. ſeq. Nachdem aber ꝛc. Item, der Obriſter Vogt unſers Chriſtlichen Glaubens R. A. zu Speyer de anno 1529. ſub tit. Conſtitution wider die Wiedertäuffer. Hinc refert Schleidanus *lib. 2. comment.* qvod Lutherus ad Im-
peratorem ſcribens, ait, ſeſe confugere * ad Imperatorem, tanqvam 15
aram præſidiumqve, & rogare, ut doctrinæ Chriſtianæ tutelam ſuſcipiat, exemplo Athanaſii.

Sic Reges Hiſpaniarum * obtinere jus patronatus Regium in 16

Eccleſiis, qvas ipſi erexerint, conſtruxerint & dotaverint, teſtis eſt Covarruvias *in c. poſſeſſor. §. 10. n. 5. verſ. olim apud.*

Et Epiſcopatum Tridentinum, Brixienſem & Abbatiam Mar-
17 pachenſem, eſſe in * præſidio tutelari Archiducum Ariſtriæ: Abbatem Hirsfeldenſem ſub protectione Principum Haſſiæ, refert Andreas Knichen *in Comment. ad jus Saxonicum, verb. Ducum Saxoniæ. c. 5.*

Neqve dubium eſt, paſſim in Imperio Romano minores Epiſco-
18 patus, Abbatias, Cœnobia * in eorum eſſe patrocinio, ſive ſub eorum patronatu, adeò ut in electionibus Prælatorum reqviratur conſenſus Principis, ita qvod ſi non præſtet aſſenſum, non debeat confirmari *c. Adrianus 6. diſtinct.* in qvorum territoriis ſita ſunt *Chaſſan. in catalogo gloriæ mundi p. 5. conſiderat. 24. num. 194. Petrus Rebuff. in praxi benefic. tertiâ part. ſignatura verb. nec non jure n. 12. & 36.*

Sanè jam olim Pontifex Romanus attentavit jus patronatus Im-
19 perii ſibi vendicare, * arrogando ſibi poteſtatem conſtituendi Epiſcopos in Eccleſiis Cathedralibus, per ſcipionem & annulum paſtoralem. Sed Reges & Principes Chriſtiani, præter Cæſarem, jura ha-
20 ctenus in Eccleſiis illa * integra & illæſa retinuerunt, nec ullo modo de jure ſuo ceſſerunt. *Cranz. lib. 5. Saxonic. cap. 30.*

Hinc Covarruvias ſcribit, ipſum Carolum Cæſarem, Hiſpaniarum Regem, Anno Domini M. D. XXV. Toleti edictum pronunciaſſe ac
21 emiſiſſe in omnia * Hiſpaniarum regna, in qvo decretum, ut nullus à Pontifice impetraret Apoſtolicas literas ad dignitates & beneficia, qvæ ſunt regii juris patronatus; aut impetratis uteretur in derogationem conſenſus ac præſentationis, qvæ à Rege ipſo poſtulanda eſt ad eadem beneficia obtinenda. *Covarr. pract. qveſt. 36. num. 3. verſ.*
22 *olim*, ubi meminit etiam edicti Philippi * Hiſpaniarum Regis de anno 1548. Unde videre eſt, qvomodo præ aliis Principibus, Hiſpaniarum Reges, qvi aliàs magno ſtudio Pontificum decreta venerantur,
23 tenaces fuerint * juris ſui in impertiendis honoribus Eccleſiaſticis. Nec immeritò; ideò qvod patronorum Eccleſiarum maximè interſit, ſcire, qvibus committenda ſit cura Eccleſiarum, ad provincias ſuas pertinentium *c. cum longè 25. diſt. 63.*

Rectè autem poteſtas circa Eccleſiaſtica pertinet ad Magiſtratum,

rum, qvi cuſtos eſſe debet * utriusqve tabulæ: Unde Reges nutritii 24
Eccleſiæ indigitantur ad ædificandos * muros ejus *Eſa. 49. & 60.* Hoc 25
pertinet ad Reges ſeculi Chriſtianos, ut temporibus ſuis pacatam velint habere matrem ſuam Eccleſiam, * unde ſpiritualiter nati ſunt, in- 26
qvit Auguſtinus *c. qvando 24. q. 4.* Qvod ſi non fecerint, Deo aliqvando reddent rationem propter Eccleſiam, qvam * à Chriſto tuen- 27
dam accipiunt. *Iſidorus in c. princeps 23. quæſt. 5. c. ult. diſtinct. 96.*

Illi itaqve qvi Rebuspublicis regundis præſunt, è ſopore & ſomno ſuſcitati, meritò evigilarent, * præſertim triſtiſſimis hiſce tem- 28
poribus, ubi, proh dolor, videmus religionis negotium interverti, Leones atqve lupos circum tuguria vagari, & in ovilia irruentes palàm & in conſpectu villicorum gregem devorare. *Ezech. 34. v. 5. & 8.*

Videmus templa * & alia ſacra loca penitus everti, profanari, 29
in armamentaria, in ſtabula converti; imò pro præda haberi bona Eccleſiaſtica. Videmus itidem miniſtros verbi divini ab Eccleſiis videjici, eorum bona diripi, illosqve in carcerem duriſſimum conjici, & inſuper iniqviſſimis exactionibus gravari.

Qvis verò eorum curam habet? qvis Eccleſiarum ut propriæ ſalutis & vitæ rationem habet? pleriqve exiſtimant, parum intereſſe Reipublicæ, etiamſi videant religionem, * Eccleſias, Academias & 30
Scholas diſpendium pati; qvæ res non ſolùm ipſis Principibus & Magiſtratibus æternæ ſalutis periculum accerſit, ſed in eandem qvoqve perniciem univerſas Eccleſias & Scholas trahit.

Deus, qvi in cœlis eſt, & cui nihil abſconditum eſſe poteſt, dirigat ſancto ſuo * Spiritu mentes Principum & Magiſtratuum, ut præ- 31
ſtent in timore Dei ſuum officium, aperiant portas Domino, promoveant gloriam DEI, aboleant idololatriam, & religionem, qvæ eſt ex potioribus partibus Eccleſiæ, propagent, exemplo Regis Aſſyr. *2. Reg. 17. v. 26.* Joſaphat *2. Paralip. 17. v. 7.* Nabuchdonoſori *Dan. 3. v. 97.* Joſiæ *2. Reg. 23. v. 21.*

Et qvidem religionem orthodoxam ſibi commendatam eſſe patiantur, qvæ nimirum eſt * conſentanea Spiritus Sancti verbis, adeo- 32
qve magis fidei, qvàm humanæ rationi analoga; curent, ne errores pernicioſi & ſchiſmatici in Eccleſias inducantur & foveantur. & hac

ratione purus Dei cultus impediatur R.A zu Augſpurg de anno 1521.
§. Und nachdem etwan viel/ ibi. So ſol eine jede Obrigkeit/ ſie ſey geiſt-
liches oder weltliches Standes/ ein fleiſſiges Auffmercken und chriſtli-
ches Einſehen haben/ daß in Jhren Fürſtenthumben/ Landen und Ge-
bieten/ das heilige Evangelion und GOttes Wort/ nach rechtem wah-
ren Verſtand/ ohn Ergernus/ zu Erhaltung GOttes Lob/ Frieden und
Einigkeit geprediget werde. Eumqve in finem ortis erroribus & diſ-
ſenſionibus Principes Germaniæ hodie * poſt transactionem Paſſo-
33 vienſem poſſunt Synodos celebrare, convocato ſuæ ditionis Clero.
Non enim qviſqvam temerè aut propria autoritate * ſine conſilio
34 Theologorum rectè ſentientium, & autoritate Scripturæ, in religio-
nis negotio ſtatuere & immutare debet, de qvo etiam R. A. de an-
no 1555. §. So haben ſich der Churfürſten circa fin. ibi, darzu auch ein
jeder mit ſeinen Gelehrten und Theologis ſich mitler weile dermaſſen
gefaſt zu machen. Hinc Carolus V Imperator in deliberandis & con-
35 cordandis religionis controverſiis * dicit ſe uſum præclariſſimorum
Theologorum multarum nationum conſilio R. A zu Augſpurg de an-
no 1530. §. Demnach haben wir ſambt denſelben ꝛc. Unde rectè Ho-
norius & Theodoſius Impp. inqviunt; ſi qvid dubietatis emerſerit, id
oportet conventui Sacerdotali, ſanctoqve judicio reſervari. *l. 2. C. de
SS. Eccleſ.*

Omninò rectè: Si enim Princeps pro ſua libidine circa bonum
civile nihil ſtatuit, * niſi adhibitis Prudentum conſiliis *l. 8. C. de LL.*
36 multò minus diſponet circa bonum ſpirituale, hoc eſt, circa religio-
nem & cultum Dei, non adhibitis * Theologis, ad id, ut judicet ſe-
37 cundùm normam verbi Dei immotam. *Joh. 1. v. 8. Pſal. 1.*

Verùm cùm ſæpè accidat, ut pro religione neceſſaria bella ſint
gerenda, qværi ſolet, an Patronus vi juris patronatus regii, pro ſalu-
te & pace Eccleſiarum ſuarùm, ſalvâ conſcientiâ, fœdera paciſci poſ-
38 ſit * cum infidelibus aliiſqve diverſæ religionis populis, diſſidentibus
in ſumma doctrinæ à verâ Eccleſia, ut ſunt Turcæ, Saraceni, Judæi, &c.
39 Sanè non poteſt ullius belli * major eſſe juſtitia, qvàm ejus, qvod pro
religione ſuſcipitur. Et qvi Eccleſiam Dei ſibi divinitus commiſ-
ſam non defendit in periculis conſtitutam, qvando poteſt, eqvidem

ille plus peccat & delinqvit, qvam ſi patriam, vel domum ſuam, vel liberos, contra conſcientiam deſerat. Non tamen poteſt pax & fœdus iniri cum infidelibus & impiis: non * enim eſt pax cum illis, ſed 40
pactio ſceleris: & nulla eſt participatio juſtitiæ cum iniqvitate; nulla ſocietas lucis ad tenebras, nulla conventio Chriſti ad Belial, nullus conſenſus templo Dei cum idolis. *2. Corinth. 6. v. 14. 15. 16.*

Hinc Deus * ipſe fœdera cum Aſſyriis, Ægyptiis & Chaldæis 41
nominat fornicationem *Ezech. 16. v. 26. & ſeqq. Eſa. cap. 20. v. 37. & cap. 30. v. 31.* Et qvod Deus nolit ab infidelibus Eccleſiam ſuam defendi, demonſtrant exempla, qvæ habentur *1. Maccab. 3. v. 17. cum ſeqq. & 2. Chron. 14. v. 12. & ſeqq.* Qvin & infeliciſſimum exitum ejusmodi fœdera ſortita, exemplo nobis ſunt Judas Maccabæus *1. Maccab. 8. & 9.* & Jonatha *de qvo 1. Maccab. 12.*

Præſtat itaqve tempore oppugnatæ religionis Deo confidere: qvi Eccleſiam plantavit, eandemqve hactenus defendit, * deinceps 42
qvoqve eam non deſeret, ſi modò accedat ardens precatio; ſeria pœnitentia & converſio ad Deum, & clamemus ad Deum exemplo Regis Ezechiæ *Eſaiæ 37. v. 13. 16.* qvomodo uſus etiam eſt Judas Maccabæus *1. Maccab. 4. v. 8. & ſeqq. & in c. 3. v. 18. & lib. 2. Maccab. 8. v. 18.* prout hoc ſe facturum Deus pollicitus eſt *Matth. 16. v. 18.*

Et huc facit * qvod ſcripſerunt Brentius & Philippus ad Phi- 43
lippum Landgravium Haſſiæ in Comitiis Auguſtanis Anno 1530. ubi inter cætera hæc habentur verba: Non eſſe feſtinandum, ut iniqvis præſidiis & conſiliis nos tueamur, nec præveniendum eſſe Deum illegitimis practicis: Sed auxilium oportunum exemplo Ezechiæ & aliorum eſſe expectandum. Latè hanc qvæſtionem tractat D. Reinking *de regimine Seculari & Eccleſiaſtico lib. 2. claſſ. 3. c. 3. num. 33. & ſeqq.*

Sanè qvod attinet fœdera * merè civilia & politica, puta, pro- 44
pter commercia & alia negotia in terminis ſimplicibus juris gentium conſiſtentia, ea cum infidelibus ſalva conſcientia inire licet: tum
* qvia jubemur pacem & tranqvillitatem cum omnibus indifferenter 45
colere *Rom. 12. v. 17. & Hebr. 12. v. 14.* tum * qvia Deus iſtiusmodi 46
fidem juramento firmatam ſanctè voluit firmari *2. Samuel. 21. Joſ. 9. v. 3. & ſeqq.* Hinc

Digitized by Google

Hine tot & variæ ſunt confœderationes inter Imperatores Chri-
47 ſtianos & barbaros * ac infideles: Inter Imperatorem Romanum & Turcicum: inter Reges Galliæ; Poloniæ, Hiſpaniæ, Venetos cum Turcis, Tartaris, Moſcovitis, &c.

CAPUT V.

De Jure Patronatus Eccleſiaſtico minori, ejusqve origine, & cauſis introductionis.

SUMMARIA:

Juris patronatus ſignificatio duplex eſt, larga & propria: In hoc ſignificatu, jus patronatus cuivis capaci etiam privato competit n.1. ejus primæva conſtitutio Juſtiniano Imp. adſcribenda eſt n. 2. & 12. non Pontifici Romano. num. 9.

In primitiva Eccleſia penes qvos fuerit jus vocandi presbyteros. num. 3 4. 5.

Occaſio & ratio introducti juris patronatus à Juſtiniano qvæ ſit num. 6. 7. 8. & 13. 18. cujus conſtitutiones poſtea Pontifices ſecuti ſunt n. 10.

Laicus qvando jus patronatus conſeqvitur, eo ipſo non nanciſcitur dominium & poteſtatem graſſandi in Eccleſia. n. 11.

Religio peperit divitias, ſed filia devoravit matrem. n. 14. 15.

De pravis ſtudiis & abuſu juris patronatus. n. 16. 17.

Dominus rerum ad pias cauſas donatarum deſinit dominus eſſe poſt earum conſecrationem n. 19. Et hinc incipit dici ſaltem patronus, non etiam Dominus n. 20. exemplo ſervi manumiſſi à domino; qvi itidem poſt manumiſſionem non amplius dicitur Dominus, ſed patronus. n. 21.

Jus patronatus ab initio fuit gratioſum, non ex debito juſtitiæ introductum. n. 22. unde tanqvam odioſum non extendendum eſſe cenſetur. n. 23. ſed hodie non amplius dicitur gratia, ſed juſtitia. num. 24.

Ju-

Juris patronatus originem qvidam altius deducunt, nimirum à gentilibus n. 25. item ex jure divino. n. 26.

POſtqvam dictum eſt de jure Patronatus Eccleſiaſtici majori; videndum eſt hoc loco de jure patronatus Eccleſiaſtico in propria & civili ſignificatione, ſic dicto * qvod cuivis etiam privato competit, pro eo, qvod Eccleſiam vel Scholam ſive Academiam fundavit, 1
vel ædificavit, vel dotavit. Et hinc etiam eſt jus patronatus Academicum: de qvo in ſecunda parte agetur. Primæva conſtitutio de hoc jure patronatus, cujus in Imperio Romano adhuc eſt uſus & obſervantia, ſoli Juſtiniano Imperatori accepta * ferenda, adeoqve ab 2
eodem nativa origo illius juris deducenda eſt; uti ex ſeqventibus patebit.

3 In primitiva Eccleſia * jus eligendi, vocandi & conſtituendi presbyteros fuit penes Apoſtolos eorumqve diſcipulos. Poſt aſcenſionem Chriſti namqve in cœlum, Apoſtoli cum aliis ſeptuaginta diſcipulis paſſim docuerunt, & plantarunt Eccleſias in Judæa & Syria, Antiochiæ, & alibi.

4 Deinde * Paulus & Barnabas prædicantes Evangelium Chriſti inter gentes, conſtituerunt præsbyteros in Lyſtria, Iconii, & alibi per ſingulas Eccleſias, audito prius populi conſenſu. *Act. 14. ubi Dn. Oſiander in notis.*

5 Apoſtolis * defunctis; & poſtea cum Magiſtratus adhuc eſſet Ethnicus, tunc in Eccleſiis electio fuit penes univerſam fraternitatem, Clerum & Populum, accedente judicio præſentis, vicini Epiſcopi unius vel plurium; qvem morem divinam traditionem, & Apoſtolicam obſervationem, qvæ in omnibus provinciis per Romanum Imperium in Eccleſiis obſervata ſit, nominat Cyprianus *lib. 1. epiſt. 4.*

6 Poſtmodum * accidit, qvod Clerus & Populus, prætextu nominis Eccleſiæ ſuo jure in eligendis Epiſcopis & Præsbyteris abuterentur: Unde ſæpe graves extiterunt tumultus pleni ſcandalis, ut Romæ in electione Damaſi, Mediolani ante electum Ambroſium, & multò ante, ſuper eligendo Meletio Antiochiæ, de qvo apud Socratem *libr. 4. c. 29. & 30.* Item, Sozomenum *lib. 7. c. 3.* qvos ad hoc refert,

Digitized by Google

fert, & allegat Reverendum miniſterium Gryphisvvaldiæ & vicinarum Eccleſiarum, *in edito libro, de vocatione, ordinatione & dimiſſione Paſtorum & miniſtrorum Evangelii &c. lit.* C.

Ad ſopiendos illos tumultus & diſſidia inter clerum & popu-
7 lum, commodiſſimum * & utiliſſimum viſum fuit, facultatem eligendi, & præſentandi conferre illis, qvi ad Eccleſias fundandas ex bonis ſuis contulerunt.

8 Nam Juſtinianus * Imperator *Nov. 57. cap. 2. Nov. 67. cap. 2. & Nov. 123. cap. 18.* expreſsè conſtituit, ut qvi Eccleſiam ædificavit, vel de ſuo Clericis præbet annonas, jus habeat ſtatuendi Clericos, ut utar verbis Juſtiniani *d. Novell. cap. 2.* qvod idem eſt, ac ſi dixiſſet, jus inſtituendi & ſubſtituendi Clericos qvos voluerit, modò ſi eos prius obtulerit & commendaverit Epiſcopo. *d. Novell. 123. cap. 18.*

Unde luce meridianâ clarius pateſcit, originem juris patronatus
9 Eccleſiaſtici * non adſcribendam juri Pontificio, qvippe prædictæ Novellæ Conſtitutiones à Juſtiniano circiter annum Chriſti 541. & 555. adeoqve multis annis ante jus Pontificium ſeu Canonicum per Gratianum compilatum, publicatæ ſunt.

Cæterum has juris civilis ſanctiones ipſi poſtmodum Pontifi-
10 ces & Canones ſubſecuti * leguntur: qvemadmodum ex Concilio Toletano IX. traditur in *c. decernimus 16. quæſt. 7.* cujus hæc ſunt verba: Decernimus, ut qvandiu fundatores Eccleſiarum in hac vita ſuperſtites extiterint, pro iisdem locis curam permittantur habere ſolicitam, atqve rectores idoneos in eisdem baſilicos iidem offerant Epiſcopos ordinandos, &c. Qvod tamen jus in *c. laici 37. & c. inventum*, ita limitatum & reſtrictum eſt; ne laicus putet, eo dominium
11 * aut poteſtatem in Eccleſia, ejiciendi ſcilicet præsbyteros de Eccleſiis, in illisqve conſtituendi ſine conſenſu Epiſcoporum, contineri.

Probè ergò tenendum eſt, Conſtitutionem juris patronatus Im-
12 peratori Juſtiniano * primitus deberi, qvem alii poſtmodum in Eccleſia ſecuti ſunt.

Qvando enim Eccleſiaſtici viderent, incitari hac ratione, ſive
13 * hac indulgentia laicos ad fundandas & dotandas Eccleſias, illudqve apprimè conducere ad Eccleſiæ res & opes longè lateqve augendas, ipſi-

Digitized by Google

ipſimet qvoqve inſtitutum illud probarunt *Roch. de Curte, in tract. de jure patron. verbo jus. n. 7.*

Sancta itaqve religio * peperit divitias; adeoqve tam diu fides cara emicuit, qvamdiu divitiæ non ſuffocaverunt matrem. Poſtqvam enim Eccleſiæ ſatis dotatæ, & opibus auctæ eſſent, Eccleſiaſtici juri 14
illi derogare, * & totam eligendi rationem in beneficiis ad ſuum molendinum pertrahere conati ſunt; adeoqve partis per religionem divitiis, filia matrem devorare ſtuduit. Scilicet religionis autoritas in magna rerum & opum exuberantia vix potuit morum tenere menſuram, teſte Salviano *lib. 6. de gubernatione DEI.* 15

Et qvis ignorat qverelas olim in diverſis regnis de his Eccleſiaſticorum pravis * ſtudiis: de qvo etiam tota natio Germanica in articulis Noribergæ in Comitiis Imperii Anno 1522. exhibitis conqveſta eſt tit. **Teutſcher** Nation **Beſchwerde von den Geiſtlichen** Roch. de Curte verb. Eccleſiam fundavit n. 4. *Covarr. pract. quæſt. c. 36. n. 1. & ſeq.* 16

Interea tamen verum erat, patronos poteſtate & indulgentia ſibi conceſſa * abuſos, dominatum Eccleſiarum nonnunqvam ambiiſſe, & res donatas paulatim ad ſe traxiſſe, multisqve exiſtentibus patronis, propter illorum diſcordiam divini cultus tenorem interruptum fuiſſe. Cui malo Epiſtolis Pontificum occurſum invenitur *c. noverint 10. quæſt. 1.* Ubi refertur ex Concilio Toletano IV. Baſilicarum conditores cognoſcere debere, ſe in rebus Eccleſiarum nullam poteſtatem habere: & in *c. 1. 2. 3. & ſeq. Ext. de jur. patron.* ubi diſponitur, qvid juris, ſi propter diſcordiam patronorum ſimultates inſurrexerunt. 17

Qvæ fuerit ratio introducti juris patronatus, paulò antè indicatum eſt. Æqvum ſc. viſum fuit, * eum qvi pio affectu ductus res ſuas 18
conſecrat Deo & Eccleſiis, earum rerum proprietate amiſſâ, aliqvid ſaltem juris retinere, qvod pietatis ipſius & ſingularis in Eccleſiam voluntatis perpetuum monumentum eſſet, idqve ad hunc etiam finem, ut alii laici inducerentur ad Eccleſias ædificandas & dotandas. *gl. in c. nobis, verb. in capella, verſ. hoc credo verum jure patron. de Duar. lib. 5. de benefic. cap. 4.*

Digitized by Google

Qvamvis autem dominus ſit ejus ſoli, in qvo Eccleſiam ædificat, aut earum rerum, qvas Eccleſiæ donat; tamen ratio juris non pati-
19 tur; ut * poſt dedicationem is locus, aut aliæ res Deo conſecratæ, in ejus dominio manere dicantur; qvamvis eo verbo qvidam abuſi fuerint *c. monaſterium 16. q. 7.* Et idcirco Patroni appellatio magis
20 qvàm Domini * ei convenire dicitur, qvaſi Eccleſiæ defenſor propugnatorqve tantùm ſit. *Duar. d. loc.*

Poteſt idcirco etiam patronus, non etiam Dominus, appellatus videri, qvod cum eo, qvi ſervum ſuum manumiſit, aliqvam ſimilitudinem habeat. Is enim etiam dominus ſervi manumiſſi eſſe deſi-
21 nit, * & ſaltem jus qvod dicitur patronatus in jure civili in eum obtinet *tot. tit. ff. de jure patron.*

Ac initio qvidem hoc jus introductum eſt, non ex debito juſti-
22 tiæ (qvi enim Deo ſua * confert, non contrahit obligationem; qvippe qvod aliàs omnia Dei ſunt,) ſed ex tolerantia & privilegio, adeoqve ex mera gratia, favore Eccleſiæ, diſſimulantibus & conniventibus religioſis ſive Eccleſiaſticis, ut modò dictum, *Interpp. ad c. qvoniam de jure patron. & c. Apoſtolicam de Simonia Panorm. qvæſt. 5. n. 5. & 6.*
23 unde & odioſum & contra * Eccleſiæ libertatem, adeoqve non extendendum eſſe dicunt Dd. *Roch. de Curte verbo, pro eo qvod diœceſani n. 19. & in verb. jus. n. 7. Rol. à Valle conſil. 47. n. 15. lib. 1.* Weſenb. *conſil. 48. num. 4.*

Qvamvis autem jus patronatus ſit ex merâ gratiâ, (maximè qvoad Laicos) uti dictum, ratione ſcil. antiqvorum Canonum, habita tamen ratione noviſſimi juris, qvo laicis fundatoribus jus patronatus acqviritur, hinc non ex gratia, ſed jure communi conceſſum videtur,
24 ut non dicatur * amplius gratia, ſed juſtitia. *Factum lib. 8. controv. c. 24. ibi, alii ſic reſpondent. Roch. de Curte verb. jus n. 2. verſ. ſecundo qviero Nicol. Eberh. conſil. 58. n. 8. per c. 3. de jure patron.*

Ex præcedentibus conſtat de vera origine juris patronatus. Qvod ſi qvis vetuſtiorem adhuc juris patronatus originem qværat, ille videat Ignatium Lopez *in pract. cap. 54.* qvi non dubitat aſſerere, ſacerdotia & beneficia Eccleſiaſtica ad jus patronatus ſpectantia, ori-
25 ginem à gentilibus * & veri Dei ignaris Ethnicis trahere, eò qvod

&

& illi templa & ſacerdotes ſuo arbitratu conſtituerint; qvæ etiam ſacerdotia dicta, ut apud Livium *lib. 3.* & meminit *l. 1. c. ad L. Jul. de ambit. & l. vitricus 6. de donat. int. vir. & uxor.*

Sic qvoqve legitur in hiſtoria Judicum, Micham in monte Ephraim idolum ſibi *feciſſe, & ei extruxiſſe ædiculam, conſtituiſſeqve 26 ſacerdotem cum certo annuo reditu *Judic. cap. 17. v. 10. & cap. 18. v. 19. 24. Sapient. Salom. cap. 14. v. 11. P. Gregor. lib. 17. Syntagm. cap. 4. n. 20. & lib. partit. juris Canonici tit. 27. cap. 1. lit. δ.*

CAPUT VI.

Jus Patronatus Eccleſiaſticum, in ſe non eſſe impium, neqve Eccleſiis pernicioſum, ſed potius pium, utile & retinendum.

SUMMARIA:

Jura patronatus Eccleſiaſtica non ſunt ſublata per conſtitutionem pacis religionis. n. 1. Sed obſervata, tanqvam juri divino non contraria n. 2. qvia in eo non prohibentur. num. 3.

Juris patronatus legitimus uſus diſtingvendus eſt ab abuſu ejusdem. num. 4.

Patronus qvomodo legitimè utatur ſuo jure patronatus. num. 5. qvomodo verò illegitimè. num. 6.

Qvomodo hodie utamur jure patronatus in vocatione miniſtrorum Eccleſiarum. n. 7.

Qvomodo intelligi debeat, qvod D. Lutherus alibi dixit, jus vocandi pertinere ad Eccleſiam. n. 8. 9. & 10.

Lex ab initio utilis, ſi poſtea noxia eſſe incipiat, non eſt obſervanda. num. 11.

Jus patronatus obſervatur à qvamplurimis piis & religioſis Principibus in Romano Imperio, qvi recenſentur. n. 12.

Juris patronatus maneat verus uſus, tollatur abuſus n. 13.

Digitized by Google

EX præcedentibus conſtat, jura patronatus Eccleſiaſtica non eſſe primitus à Pontifice introducta, ſed ab Imperatore Juſtiniano ex piis & prægnantibus rationibus, longè ante jus Canonicum à Gra-
1 tiano conſcriptum & compilatum, conſtituta; qvæ * etiam per conſtitutionem pacis religionis Auguſtæ de anno LV. non ſublata, ſed
2 tanqvam juri divino non contraria uſqve * huc in Eccleſiis Auguſtanam Confeſſionem profitentibus conſtanter retenta, & in pio uſu obſervata, dummodo Patronus Eccleſiis nominat Rectores cum recepta in unoqvoqve loco doctrina conſentientes. Receſs. Imperii dict. anno 1555. §. damit auch / & §. alsdann den Ständen ꝛc.

Dixi, jura patronatus non eſſe juri divino contraria: qvia licet
3 in jure divino * non præcipiantur, non tamen etiam prohibentur. Sic Carolſtadio, cum olim D. Luthero imponeret probare, ubi DEus in ſacris literis præcepiſſet, habere imagines in templis, ille ipſi regerebat, ut doceret, ubi Deus prohibuiſſet imagines in templis habere.

Deinde, diſtingvendum eſt, inter legitimum juris patronatus u-
4 ſum, & ejus abuſum: * legitimum exercitium non repugnat ordini ac modo vocationi divinitùs præſcripto; qvippe, qvod patronus ita
5 legitimè utitur ſuo jure patronatus * in nominando & præſentando, qvando Epiſcopo loci & populo in illa Eccleſia relinqvit liberum judicium, an præſentatum ac nominatum admittere, adeoqve etiam in vocationem ejus conſentire velit. *Miniſterium Gryphiswaldenſe d. tract. tit. de jure patron. eccl. D. Gerhard. in locis communib. tom. 6. de miniſterio Eccleſiaſtico ſect. 7.*

6 Magnus autem abuſus * juris patronatus eſt jure Pontificio, qvo perſona aliqva ſoli Epiſcopo præſentatur & nominatur, adeoqve totum negotium vocationis tantum à Patrono præſentante, & Epiſcopo confirmante perficitur excluſa penitus Eccleſiâ. *Jacob. Heinrichm. conſil. 22. n. 1. & ſeqq. lib. 3.*

At cum hodie in benè conſtitutis ac reformatis Eccleſiis, vocationes redactæ ſint ad primævam Eccleſiaſtici ſtatus formam, ut ni-
7 mirum nullius clerici * aut ſacerdotis electio abſqve conſenſu & voluntate Eccleſiæ, cujus cauſa hîc agitur, & ſalus potiſſimum periclitatur, procedat; qvis qvæſo jure dixerit, jura patronatus Eccleſiæ non

Digitized by Google

non eſſe à Deo, nec à magiſtratu politico, adeoqve ea nec juris divini, nec humani, ſed à Diabolo in fraudem & perniciem Eccleſiæ invecta eſſe?

Objicitur, qvod D. Lutherus alicubi in ſcriptis ſuis qvædam contra jus patronatus * ſatis duriter dixerit; qvando anno 1523. jus 8
vocandi Paſtores & miniſtros verbi divini, pertinere ad Eccleſiam, ſcripſerit; Unde concludunt, Lutheri ſententiam eſſe, qvod jus vocandi & nominandi Paſtores non pertineat ad Eccleſiæ patronos, ſed ad magiſtratum Eccleſiæ qvovis loco, Eccleſiæ nomine.

Sed ad illud ita * reſpondetur, Cum revelatâ luce Evangelii piæ 9
animæ & Eccleſiæ, ſub tenebris Pontificiæ tyrannidis gementes, ſinceros & fideles Paſtores expeterent, qvi verbum Dei & Evangelium Jeſu Chriſti purè docerent: Papiſtici autem Eccleſiarum Patroni, & impii Epiſcopi, nollent Eccleſiis dare pios Paſtores; ſed lupos & ſacrificulos illis obtruderent, & vaſtitatem in Eccleſiis facerent; extrema tum coactum neceſſitate Lutherum, ex verbo Dei docuiſſe & demonſtraſſe; jus vocandi & ordinandi miniſtros Evangelii in Eccleſia Chriſti pertinere non ad hoſtes & perſecutores verbi Dei, impios Eccleſiæ Patronos & Epiſcopos Pontificis, ſed ad Eccleſiam. *Miniſterium Gryphiſvv. d. tract. D. Gerhard. d loc. pag. 194.*

Unde patet * D. Lutherum non eo animo & fine illa ſcripſiſſe, 10
ut jura patronatus Eccleſiarum in ſe recta & ordine uſurpata tolleret aut damnaret, vel ut Patronis Eccleſiarum jus ſuum in denominandis & præſentandis Paſtoribus ereptum eſſe velit, vel eos ſuo jure rectè uti volentes à vocatione Paſtorum in Eccleſiis excluderet; ſed ſcripſiſſe ſaltem contra Papiſticos Eccleſiæ Patronos, perſecutores Evangelii; qvod ſophiſticè contra jus patronorum piorum, contra pios Principes, & alios, ſuo jure & ordine in Eccleſia uti volentes, torqveri non poteſt nec debet. *Miniſterium Gryphiſvv. d. loc.*

Qvibus pro moderationis illius defenſione hoc addendum eſt: ſi lex ab initio utilis, poſtea * inutilis & noxia eſſe incipiat, qvod 11
tunc ſecundùm eam cives agere non teneantur; qvia tamdiu legislator eam vim tribuiſſe videtur, qvamdiu ejus utilitas duraret. *Fernand. Vasq. illuſt. qvæſt. cap. 46.* Ut exinde etiam non tam culpandus, qvàm ſume-

ſummè commendandus ſit D. Lutherus, ob ſingularem & publicam utilitatem, docens, jus vocandi Paſtores & miniſtros verbi Dei pertinere ad Eccleſiam.

Deniqve jus patronatus Eccleſiaſticum, ſive jus denominandi & præſentandi Paſtores, à piis & religioſis Principibus qvàm plurimis, tanqvam pium, utile & ſalutare confirmatum eſſe, notorium eſt;

12 & teſtantur Ordinationes * Eccleſiaſticæ publicatæ tempore renati Evangelii, veluti, in Ordinatione Eccleſiaſtica Chriſtiani Regis Daniæ, publicata anno 1580. Electoris Brandeburgici Marchionis Johannis Georgii, publicata anno 1573. Ducum Pomeraniæ, publicata anno 1534. & repetita anno 1563. Ducum Holſatiæ, publicata anno 1552. Ducum Megapolenſium, publicata anno 1571. Palatini Wolffgangi Ducis Bavariæ, publicata anno 1557. Ducis Boruſſiæ, Alberti Senioris, Marchionis Brandeburgenſis, publicata anno 1568. Ducis Brunſvvicenſis Julii, publicata anno 1569. In qvibus omnibus & ſingulis locis jus patronatus Eccleſiarum in nominandis, præſentandis & vocandis Paſtoribus approbatur, qvod etiam in viridi obſervantia adhuc uſurpatur, modò patroni vocandos Eccleſiis ante nominent & ſiſtant, ut eos videant & audiant, & liberè dicant, ſi qvid contra eorum doctrinam, dona, aut vitæ mores, habeant, qvod verè proferre qveant.

Concludo itaqve jus patronatus in ſe non eſſe impium, nec Pontificium figmentum; ſed à Juſtiniano Imp. in utilitatem Eccleſia-

13 rum ex ſingulari pietate conſtitutum eſſe: Maneat ergò * vera rei ſubſtantia, tollatur abuſus.

CAPUT VII.

De Definitione juris Patronatus Eccleſiaſtici.

SUMMARIA.

Juris patronatus propriè ſic dicti definitio. n. 1. & 3.

Nomen juris eſt generale. n. 2.

Juris patronatus effectus eſt nominatio, qvam vel ipſe facit patronus, vel alius ex ipſius conceſſione. n. 4. qvod declaratur. n. 5. & 6. *Jus*

Digitized by Google

Jus patronatus differt ab electione & collatione. n. 7.
Beneficia Eccleſiaſtica qvot modis obveniant. n. 8.
Ex jure patronatus qvatenus alicui jus qværatur. n. 9.
Differunt collatio, electio, præſentatio. n. 10.
Epiſcopus non inſtituit ſpreto patrono. n. 11. qvod ſi nihilominus fiat, inſtitutio eſt nulla. n. 12.
Præſentatio accipitur largè pro electione. n. 13. ſed propriè differt ab electione. n. 14.
Inſtitutio fit pluribus modis. n. 15.
Inſtitutio differt à Collatione. n. 16.
Jus inſtituendi tranſit in capitulum, ſede vacante. n. 17. qvod ſecus eſt in jure liberè conferendi. n. 18.
Inſtitutio differt à confirmatione. n. 19.
Confirmare eſt qvaſi ſimul firmare. n. 20.
Inſtitutio qvid ſit? num. 21.
Jus patronatus qvare dicatur eccleſiaſticum? n. 22. qvare ſpirituale? n. 23. non tamen eſt merè ſpirituale. n. 24.
Jus patronatus poteſt per laicum poſſideri & præſcribi. n. 25. & tranſit ad hæredes. n. 26.
Spiritualia ratione continentiæ cadunt in laicos. n. 27.
Laicus non poteſt poſſidere jus patronatus ſummo jure n. 28. ſed gratioſè, ut hac ratione alii invitentur ad benefaciendum. num. 29. 30.
Jus patronatus eſt jus ſeculare. num. 31. habet tamen aliqvod commune accidens cum rebus ſpiritualibus n. 32.
Jus patronatus precio nummario æſtimari, adeoq; vendi non poteſt. n. 33.
Beneficii appellatio qvalis olim fuerit. n. 34. & hodie in hac materia n. 35. & qvomodo beneficium hic accipiatur. n. 36.
Beneficium qvod conferri debet, neceſſariò ſit vacans. n. 38.
Pacta de futura ſucceſſione non valent. num. 38.

D Jus

Jus patronatus diverſum eſt à jure Epiſcopali. n. 39.
Patronus non poteſt ordinare & inſtituere. n. 40.
Jus patronatus nihil jurisdictionis tribuit patrono in clericū. n. 41.
Jus patronatus certis & legitimis modis acqviritur. n. 42.
In jure patronatus poſſunt plures concurrere, qvàm unus. n. 43.

DEfiniri poteſt jus patronatus Eccleſiaſticum, qvod ſit jus ſive
1 poteſtas præſentandi * inſtituendum Epiſcopo, ad vacans beneficium, ſive munus Eccleſiæ, vel Academiæ, vel ſimile, competens ex eo, qvod qvis Eccleſiam, vel Academiam fundavit, exſtruxit & dotavit. *Lancellot. lib. 1. inſtit. juris Canonici tit. 28. §. 1. Caniſius in ſumma juris Canonici lib. 2. tot. 29.* Germanis dicitur **Pfarrlehen/ Kirchenlehen.**

2 Genus in definitione eſt JUS: qvod eſt * nomen generale, & plus in ſe continet, qvàm definitum. Non enim omne jus eſt jus patronatus: qvippe qvod & ſervitutes, obligationes, actiones aliaqve jura ſint, & per jus definiantur. *tot. tit. Inſtit. de uſuf. de obligat. de act.* ſed benè è converſo dicitur: Omne jus patronatus, eſt jus.

Seqventia verba ſunt differentiæ loco, ac diſcernenda alia jura patronatus, de qvibus dictum ſuperius Cap. 2. per tot.

Qvando autem jus patronatus Eccleſiaſticum in definitone dicitur verſari circa præſentationem inſtituendi ad beneficium; eo ipſo
3 jus patronatus Eccleſiaſticum propriè * dictum, ita definitur. Ea namqve vis & effectus eſt juris illius patronatus, qvod patronus poſ-
4 ſit præſentare, vel * ipſe, vel alius, ipſius indultu ſive conceſſione; adeoqve patrono alterutrum horum convenit, ut vel ipſe qvem præſentet inſtituendum, *c. 3, h. tit.* vel ut electioni explicandæ interſit; vel ut jam factam præſentationem ſuo aſſenſu comprobet & ratam
5 habeat, ut in prælaturis, qvæ ſine inſtitutione per electionem * conferuntur, ubi jus patronatus locum ſibi vendicat; non ut eligendus per patronum prius præſentetur, ſed ut electione facta, ejus aſſenſus ſive comprobatio honeſtè reqviratur. *c. nobis 25. Ext. de jure patron.*
6 *c. cum terra 14. c. Sacroſanct. 51. Ext. de elect.* niſi * fortè patronus etiam tractandæ electionis jus habeat *d. c. nobis verſ. niſi aliter. Caniſ. d. l. tit. 19.*

Unde:

Unde conſtare poteſt, jus patronatus propriè ſic dictum, differre ab electione * & collatione. Beneficia enim eccleſiaſtica non 7
uno & eodem modo obveniunt clerico; ſed aut per * electionem. 8
tot. tit. de elect. aut per poſtulationem. *tot. tit. de poſtulat.* aut per collationem. *tot. tit. de conceſ. preb.* aut per præſentationem patroni, virtute juris patronatus; *tot. tit. de jure patron.*

Ex jure patronatus * non niſi inſtitutione facta alicui jus qværitur. *c. quod autem 5. &c. cum autem 24. &c. paſtoralis 29. Ext. de jure patron.* 9

Sicut enim collatio eſt fructus Epiſcopatus *gl. cum olim. de majorit. & obed.* & Electio * eſt fructus canonicatus. *Innocent. ad C. literas de reſtit. ſpoliat.* Ita præſentatio eſt fructus & effectus juris patronatus *gl. in c. cum Bertholdus de re judic.* Unde neqve Epiſcopus poteſt alium inſtituere ſpreto * patrono *c. illud in fin. de jure patron.* adeò 10
ut ſi de facto procedat absqve patroni conſenſu, inſtitutio * ſit nul- 11
la ipſo jure *per text. in c. decernimus 16. quæſt. 7. c. illud in fin. & c. ex inſinuatione, ubi Panorm. de jure patron.* 12

Sanè præſentatio largo modo etiam appellatur * electio *c. 2.* 13
ubi Panormit. de jure patron. At propriè ſumpto vocabulo, præſentatio diſtingvitur * ab electione, ut patet in *c. cum in illis §. cum au-* 14
tem in pr. de preb. nam præſentatio ea dicitur, qvæ ad patronum pertinet. *Abb. in d. c. nobis.*

Præſentationem ſeqvitur inſtitutio; qvæ qvidem * pluribus modis fieri poteſt. Sic namqve tradit Abbas Panormitanus *in c. autoritate de inſtit.* inſtitutionem propriè ſumi pro translatione juris non liberâ, à ſuperiore facta, qvando præſentatus per patronum inſtituitur; nam ibi transfertur jus plenum, cum patronus nullum jus ſpirituale tranſtulerit, ſed eſt illa translatio non libera, qvoniam ſuperior nolens volens tenetur illud jus conferre in præſentatum, ſi idoneus eſt repertus. *d. c. decernimus 16. q. 7.* 15

Et differt in hoc inſtitutio * à collatione; qvia Collatio propriè eſt juris translatio libera; qvippe qvi habet collationem beneficii, non tenetur conferre iſti vel illi, ſed liberè confert, cui vult, dummodò ſit habilis & idoneus. *c. relatum Ext. de præbend.* 16

 Unde

Unde eſt, qvod jus inſtituendi & confirmandi tranſit in capi-
17 tulum ſede * vacante. *c. 1. de inſtit. in 6. & c. cum olim. de major. &*
obed. Jus verò liberè conferendi, neutiqvam in capitulum tranſit, ſi
18 collatio * ſpectabat ad ſolum Epiſcopum, ut *in c. unic. Ut ſede va-*
cante in 6.

19 Præterea notanda eſt differentia * inter inſtitutionem & confir-
mationem, qvam tradit Abbas Panormitanus *in d. c. nobis de jure*
patr. Qvando præſentat Patronus, tunc ſuperior non ſimpliciter di-
citur confirmare, ſed potius inſtituere præſentatum: Confirmatio
namqve fit de electo à Collegio: & dicitur ſuperior confirmare, qva-
20 ſi * ſimul firmare, qvia per electionem jam fuit translatum plenum jus.
21 Unde inſtituere eſt * jus in beneficio, in alium transferre. *Panorm. d.*
loc. cum ibi alleg. Pet. Gregor. lib. 12. Syntagm. cap. 4. n. 23. & in par-
titionib juris Canonici. lib. 1. tit. 28. n. 2. Caniſ. dict. tit. 29. lib. 2.

22 Et hinc jus patronatus * dicitur eſſe jus Eccleſiaſticum; ideò
ſcilicet, qvod ad Eccleſiæ inſtitutionem & uſum ſacrum ſit ordina-
tum. *Panorm. in c. conſulere de Simonia.* Exinde etiam nominatur
23 jus * ſpirituale, qvia eſt adnexum ſpiritualitati. *c. qvanto de jud. c. de*
24 *jure. de jure patron.* qvocirca non rectè dicitur * merè ſpirituale *Pa-*
norm in d. c. qvanto. Unde eſt, qvod per laicum & poſſideri & præ-
25 ſcribi * poſſit. *c. qverelam de elect.* & in heredes * tranſeat *c. 1. de ju-*
26 *re patron. c. filiis 16. q. 7. Gail. 1. Obſerv. 38. n. 6.* Licet enim ſpiri-
tualia, ſecundùm Canones, non cadant in Laicum, tamen ratione
27 continentiæ vel connexionis * optimè poſſunt *ſec. Archidiac. in c.*
pia mentis 16. qvæſt. 7.

Qvoniam itaqve ſpiritualibus adnexa, ſpiritualium naturam re-
dolent *l. qvæ religioſis ff. de rei vendicat.* idcircò laicus juris cujuſcun-
qve ſpiritualis prorſus incapax *d. c. decernimus.* non poteſt ſummo
28 jure * poſſidere jus patronatus *Panorm. in c. de præb.* Verùm * gra-
29 tioſè laicis qvoqve id lex cônceſſit *c. qvod autem de jure patron.* ût
30 * cæteri ad Eccleſiarum conſtructionem invitentur. *gl. in c. nobis, & c.*
cum dilectus eod. tit. & ne beneficium periiſſe videretur, qvi in ſa-
crum uſum aliqvid contuliſſent *c. cum in officiis de teſtam. 6. ita nos*
in fin. 25. q. 2.

Cæte-

Cæterùm etſi revera jus patronatus ſit jus * ſeculare, ſive laicale, nimirum, qvia à laicis poſſidetur. *Cujat. ad c. 3. de judic. Gilken. de præſcript. p. 3. c. 9. n. 7.* ubi aliqvot rationibus probat, jus patronatus ſeculari juri potius adſcribendum eſſe: tamen illud * accidens cum rebus ſpiritualibus commune habet, ut ejus nullum ſit commercium: qva de cauſa nec vendi jus patronatus, nec precio * nummario æſtimari vel addici poteſt. *d. c. de jure patron.* non tam qvod ſit adnexum rebus ſpiritualibus, qvam qvod ſit inæſtimabile, qvod ſit ſine precio precioſum. *Cujat. ad d. c. 3. de judic.* 31 32 33

Additur in definitione, præſentationem fieri ad beneficium. Qvod beneficii nomen ut intelligatur, * ſciendum eſt, moris fuiſſe veteribus, prædia qvædam ac poſſeſſiones militibus tribuere, ut hoc beneficio devincti, animoſiores ad Rempublicam redderentur. Id factum ab Alexandro Severo, teſtis eſt Lampridius, qvem & alii Impp. ante Juſtinianum ſecuti ſunt, ut ex eorum conſtitutionibus apparet. *l. 1. C. de fund. limitroph.* Et hæc qvidem prædia non ineptè beneficia à qvibusdam appellata, & beneficiarii dicti ſunt, qvi ea poſſident. 34

Hunc verò morem, qvi in rebus profanis receptus erat, imitati ſunt Eccleſiaſtici * viri, & prædia poſſeſſionesqve ad miniſterium Eccleſiæ ſingulis miniſtris adſcriptas, beneficia appellarunt; eò qvod hi reditus Eccleſiaſtici magnam cum illis militaribus profaniſqve ſimilitudinem habere credebantur. Nam ſicut beneficia militaria ac profana, militibus ac profanis hominibus ob fidem & obſeqvia dantur; ita hæc ſacra beneficia DEO conſecrata, ob ſacram ſpiritualemqve functionem concreduntur. 35

Qvod igitur primarium ac præcipuum meritò habebatur qvondam, id nunc acceſſionis cujusdam locum vix obtinet; qva in re tanta eſt indignitas, ut eam diſſimulare nemo bonus poſſit. *Duarenus lib. 2. de beneficiis cap. 3.* Sumitur ergò in propoſita definitione beneficium pro miniſterio Eccleſiaſtico, vel alio qvotunqve beneficio. * patronato, qvod ad præſentationem perſonæ idoneæ per patronum Epiſcopi conferunt, facta inſtitutione præſentati per patronum *Pet. Gregor. in tract. de beneficiis cap. 11. n. 16.* id qvod in hoc tractatu benè notandum eſt. 36

Aſt illud beneficium , qui ſubjicitur in definitione, debet eſſe
37 non vacaturum, ſed * vacans *c. fin. ext. de jure patron.* In beneficiis
namqve illud perpetuum eſt, ut anteqvam vacent, alteri conferri vel
addici non poſſint. *c. 2. 3. 13. & c. fin. de conceſſ. preb.* Et qvis non
agnoſcit exſpectationes contra divinas humanasqve leges concilio-
rumqve decreta, nundinationibus impiis conferri. Videatur infra in
fine ſubjecta diſputatio *de conceſſionibus ſive expectationibus Profeſſio-
num & Parochiarum ſacr.*

38 Sic etiam jure civili * pacta de futura ſucceſſione certæ perſo-
næ viventis, de qva improbè aliqvis ſolicitus eſſe dicitur, rectiſſimè
improbantur. *l. licet & l. fin. ubi Dd. C. de pact. l. pactum, quod dotali
C. de collat. l. ex eos C. de inutilib. ſtipul. l. qui ſuperſtitis ff. de acquir.
hered.*

Præterea qvia patronus nihil amplius habet, qvàm jus præſen-
tandi clericum ad beneficium vacans, exinde conſpicuum eſt jus pa-
39 tronatus longè aliud & diverſum eſſe à * jure Epiſcopali. Nam li-
cet laicus Eccleſiæ, qvàm fortè exædificavit & dotavit, patronus ſit,
ad id, ut defuncto Rectore Eccleſiæ alium in ejus locum nominet, &
40 offerat Epiſcopo, tamen eum ordinare, inſtituere * & præficere Ec-
cleſiæ, itemqve de cauſis juris patronatus ipſe cognoſcere non pot-
eſt, ſed pertinet hoc ad Epiſcopum. *c. cum laici de jure patron. Cujat.
ad d. c. 3. de judic.*

Adeoqve jus patronatus patrono nihil juris vel jurisdictionis
41 tribuit in perſonam clerici * præſentati & inſtituti; qvia omninò ſe-
parata ſunt jus patronatus, jus Epiſcopale, & jurisdictio: ſed perti-
nent prædicta ad Epiſcopum, cui ſuprema inſpectio & poteſtas tam
in res, qvàm in perſonas Eccleſiaſticas competit. *c. preterea 4. in pr.
gl. c. 2. verb. deſtituunt. de ſuppl. neglig. prælect. de qvo latè dictum ad
Nov. 57. n. 9. & ſeqq.*

Præterea, qvando additur in definitione, jus patronatus compe-
tere illis, qvi Eccleſiam vel Academiam, vel aliud beneficium eccle-
41 ſiaſticum fundant, eo ipſo indicatur, jus illud debere acqviri * ex ju-
ſta & legitima cauſa, qvia ſcilicet qvis fundavit, vel conſtruxit, vel
dotavit, de qvibus modis conſtituendi & acqvirendi, dicetur infe-
rius *cap 13.*

Deni-

Digitized by Google

Denique quia in conſtituendo jure Patronatus etiam plures concurrere poſſunt, qvam * unus, ut ſi unus fundum det, alter ſuperædificet, tertius verò dotet; exinde additum in definitione, jus patronatus aliqvem vel ſolum, vel cum uno & altero conſorte conſtituere & acqvirere; qvod itidem ſuo loco declarabitur. 43

CAPUT IIX.

De Diviſione juris patronatus generaliter accepti, in jus patronatus civile tnqvam antiqvius; & jus patronatus Eccleſiaſticum, qvod recentius; itemqve de differentiis & convenientiis inter utrumqve illud jus patronatus.

SUMMARIA:

Juris patronatus duæ ſpecies. n. 1. Aliud eſt merè civile. num. 2. Aliud Eccleſiaſticum in ſpecie. n. 3.

Qvibus modis conveniat jus patronatus merè civile cum jure patronatus Eccleſiaſtico. n. 4. 5. 6. 7. 8.

In qvibus differat utrumq; jus patronatus inter ſeſe. n. 9. 11. 12. 13. 14. 15.

De ſignificatione vocabuli Manſi. num. 10.

De Jure patronatus Eccleſiæ, qvod ob manumiſſionem conſeqvitur in Eccleſiaſticum libertum. n. 16. de eo ſingularia qvædam jura. n. 17. 18. ſervos hodie non habent, nec Eccleſia, nec privati. n. 19.

DEfinitionem juris patronatus ſeqvitur ejusdem diviſio. Sunt autem juris patronatus in genere accepti duæ * ſpecies; Eſt jus patronatus merè civile,* qvod habet dominus ob manumiſſionem in libertum, de qvo ſaltem agitur in jure civili. *tot. tit. de jure patronatus & tit. de operis libert. & tit. de obſeq. parentib. vel patrono praſt.* eſt etiam jus patronatus * Eccleſiaſticum, qvod paulò ante in præcedenti capite definivimus, cujus ſedes eſt in Novellis conſtitutionibus, 1. 2 3

bus. *Nov.* 57. *& Nov.* 123. *& Nov.* 67. Et in jure Canonico *tot. tit. de jure patronatus.* Sed cum jus patronatus civile, & jus patronatus Eccleſiaſticum in plerisqve inter ſe conveniant, in qvibusdam autem
4 etiam à ſe invicem differant, * idcircò de iis pro majori evidentia videbimus.

Convenit jus patronatus civile, cum jure patronatus Eccleſia-
5 co in eo. Primò, qvemadmodum * patronus in auctoramentum datæ libertatis ſuccedit liberto ab inteſtato ex L. XII. tabb. ſi ſui heredes non adſint *in princ. inſtit. de ſucceſſ. Libert.* Cum aliàs, ſi non manumiſiſſet, omnibus juribus dominicæ poteſtatis in ipſum uteretur: Ita etiam patronus Eccleſiaſticus, qvi fundavit, conſtruxit, dotavit Eccleſiam, aut aliam ædem ſacram, fit in remunerationem defenſor & propugnator ejus Eccleſiæ, & conſeqvitur jus nominandi & præſentandi aliqvem in locum vacantem.

Secundò, qvemadmodum * libertus debet honorem patrono;
6 ita etiam patronus habet honorem & prærogativam in proceſſione & ſeſſione.

Tertiò, * qvemadmodum libertus tenetur alere patronum, ſi
7 pervenerit ad extremam paupertatem. *gl. in l.* 1. *c. de obſeq.* Ita etiam Eccleſia tenetur patrono egenti ſuppeditare alimenta.

Qvartò * & poſtremò, qvemadmodum patronus ſervum ma-
8 numittens amittit dominium ſervi: Ita qvoqve patronus Eccleſiæ poſt dedicationem & fundationem amittit dominium rei in Eccleſiam collatæ, & ſaltem conſeqvitur jus patronatus.

Differt jus patronatus civile, à jure patronatus * Eccleſiaſtico
9 in eo: Primò, qvòd dominus in manumiſſione ſervi poteſt ſibi reſervare aliqvas operas, & ſervitia præſtanda poſt manumiſſionem. *l. qvi ex cauſa & tot. tit. ff. de oper. libert.* At fundans vel exſtruens, vel dotans Eccleſiam, non poteſt ſibi reſervare ullum cenſum, vel reditum annuum in ſignum recognitionis, ne qvidem cum conſenſu Diœceſani. Qvod ſi tamen dos vel fundatio Manſum agri, vel neceſſarios ſumptus ad ſuſtentationem Eccleſiæ exceſſerit, Patronus etiam Eccleſiaſticus poteſt ſibi cum conſenſu Epiſcopi reſervare aliqvem reditum in ſignum recognitionis *c.* 1. *de cenſib. c. dilectus de conſuet. c. cum ſicut. de conſecrat. Eccl. vel altar.* De

Digitized by Google

De ſignificatione vocabuli * *Manſi* tractat gloſſa *in d. c. 1. de cerſib.* ubi manſum vocat agrum, unde percipitur frumentum vel vinum ad euchariſtiam faciendum *Z. ſ. de feud. tit. ad qvid Vaſallus, teneat. domino. Cujat. lib. 1. feud. tit, ſi de inveſt. feud. controv. fuer.* ubi dicitur, Manſum, eſſe vocem vernaculam Italorum, ſignificantem agrum ſive fundum, qvi duobus bobus ad laborandum in annum ſufficit. 10

Altera * differentia eſt in cauſis acqvirendi. Nam in jure patronatus civili, unicà tantùm eſt cauſa acqvirendi, videlicet manumiſſio. Jus verò patronatus Eccleſiaſticum ex pluribus & variis cauſis acqviritur, ut ſuo loco dicetur. 11

Tertia, * differentia conſiſtit in modo acqvirendi jus patronatus. Dominus enim ſervi manumiſſi ſtatim per ipſam manumiſſionem conſeqvitur jus patronatus; & ei iterum renunciare poteſt. *l. non poteſt. C. de bon. libert.* At patronus Eccleſiaſticus juri patronatus renunciare & alteri cedere in præjudicium Eccleſiæ non poteſt. *c. Epiſcopus 12. q. 1. Boich. de jure patronat. cap. 8.* 12

Qvartò, * jus patronatus Eccleſiaſticum habet adnexum jus ſpirituale. *c. qvanto Ext. de jud. c. c. ex literis Ext. de jure patron.* At jus patronatus, qvod habet patronus in libertum, eſt merè civile & ſeculare. 13

Qvintò, * jus patronatus Eccleſiaſticum poteſt eſſe penes plures heredes in ſolidum, & eſt individuum, qvoad effectum præſentandi. *c. 1. & 2. de jure patron.* At jus patronatus Civile Domini ſaltem ipſo intellectu dividuum eſt qvoad plures dominos. *§. fin. Inſt. de ſtipulat ſerv.* 14

Sextò & poſtremò * in manumiſſione non reqviritur conſenſus alterius; at ad conſeqvendum jus patronatus in Eccleſia reqviritur conſenſus Epiſcopi. *Nov. 67. Ut nullus fabricet oratoria præter voluntatem Epiſcopi.* 15

Non tantùm autem privati ob manumiſſionem in libertum conſeqvuntur jus patronatus: ſed etiam * eſt jus libertorum Eccleſiæ, ut 16 ſcilicet ſervi manumiſſi, & clericali ordini obligati, manumittenti Eccleſiæ teneantur, dum vixerint impendere famulatum in obſeqviis divino-

vinorum, neqve poſſint ſe ad aliam Eccleſiam transferre, niſi manumiſſi fuerint abſolutè. *c. eò libertas 6. de ſervis non ordin.*

Singularia namqve jura patronatus Eccleſiæ ſunt extra commu-
17 nes regulas privatorum in libertos. Primò * qvod propter operas non præſtitas revocentur liberti in ſervitutem. *c. Diaconi. c. liberti Eccleſiæ 61. & ſeq. 12. q. 2. c. qvi ex famulis 54. diſt.* Aliud autem eſt in privati liberto *l. obſeqvii ff. de liber. cauſ.*

18 Secundò, * qvod filii libertorum Eccleſiaſticorum ſunt obnoxii Eccleſiæ patronatæ *c. de libertis, & c. liberti Eccleſiæ 66, 2 q. 2.* ubi ratio additur, qvod nunqvam moriatur Eccleſia. Qvod aliter ſtatuitur in filiis libertorum privatorum. *l. 1. & 2. C. de libert. & eor. lib.*

Hodiè in tantùm Eccleſia invaluit & aucta, ut vix nec Eccleſia
19 nec Chriſtiani poſſideant aut habeant * ſervos Chriſtianos ejus juris, cujus erant ſervi antiqvorum. *Pet. Gregor. lib. 2. partit. jur. Canonici tit. 4. cap. 3. num. 2. per tot.*

CAPUT IX.

De Subdiviſione juris patronatus Eccleſiaſtici in Eccleſiaſticum in ſpecie, & Scholarum, tum Regiarum ſive publicarum, tum privatarum; Item, in jus Eccleſiaſticum populare, ſive laicum, & Eccleſiaſticum.

SUMMARIA:

Jus patronatus eſt vel Eccleſiarum, vel Academiarum, aliarumqve Scholarum: vel ſeculare, vel Eccleſiaſticum. n. 1, 2. Eccleſiaſticum qvid? n. 3. declaratur. n. 4.

Laicis qvare licitum jus patronatus poſſidere. n. 5. Illi tamen exinde non dicuntur perſonæ Eccleſiaſticæ. n. 6.

Jus patronatus laicum & Eccleſiaſticum qvomodo differant. n. 7. an & qvando præſumatur laicum vel Eccleſiaſticum. num. 8. 9. 10. 11.

Qvibus aliis modis differat jus patronatus Eccleſiaſticum, à jure patronatus laico. n. 12, 13. 14. 18. 19, 20. Pa-

Patronus laicus poteſt variare; Eccleſiaſticus non item. num. 16. Ratio diverſitatis. n. 17.

Laicis major gratia competit in jure patronatus, qvàm Eccleſiaſticis. n. 21. Ejus ratio. n. 22.

Juris patronatus natura aliqvando variatur, ita ut ex Eccleſiaſtico fiat laicale, & contra. n. 23. & 24.

JUs patronatus Eccleſiaſticum generaliter acceptum, eſt vel Eccleſiarum, vel Scholarum, tum Regiarum, * ſive Academiarum, tum 1
privatarum ſive trivialium. Rurſus jus patronatus Eccleſiaſticum dividitur à Canoniſtis ratione materiæ in populare * ſive laicum, a- 2
liàs ſeculare & Eccleſiaſticum. *Roch. de Curte tract. de jure patron. verbo jus n. 13. text. in c. unic. de jure patronat.*

Eccleſiaſticum eſt, qvando ex * Eccleſiæ bonis conſtituitur, vel 3
dotatur Eccleſia. Jus patronatus laicum eſt, qvando qvis, ſive clericus ſive laicus ſit, (Clerici enim qvoad patrimonialia in plerisqve comparantur laicis, *gl. in c. in poſſeſſione 16. q. 4.*) ex rebus proprii atqve domeſtici patrimonii beneficium Eccleſiaſticum fundavit, vel conſtruxit, vel dotavit. *gl. ordinaria & Clement. 2. de jure patron. & Panorm. in c. illud Ext. eod.*

Non diſtingvitur itaqve clericus, an verò laicus ſit, qvi fundavit ſeu conſtruxit, modò * ſi ex rebus & bonis propriis patrimonia- 4
libus id factum. *Covarr. pract. quaſt. cap. 36. n. 2. verb. diſtingvitur.*

Qvamvis itaqve laici ſpiritualia poſſidere neqveant, illud tamen non obſtinet in jure patronatus, qvod * laici ex gratia eis conceſſare- 5
ctè poſſident; id qvod ita conſtitutum eſt, ut & alii laici hac ratione invitentur ad parilem liberalitatem & beneficentiam in Eccleſiarum fundationes. *Abb. in c. 1. princ. de prabend.*

Neqve exinde dici debet, laicos eſſe perſonas * Eccleſiaſticas. 6
Nam jus patronatus eis illam qvalitatem non tribuit, ſed ſaltem hoc, ut conſeqvantur jus patronatus laicorum, ſive tres illos juris patronatus fructus, honoris, oneris, & utilitatis: & ſaltem tunc eſſe de foro Eccleſiaſtico, qvando de jure patronatus agitur. *c. quanto de judic. ubi Cujat.* Et hinc dici potius cauſam eccleſiaſticam, qvam perſo-

nam Eccleſiaſticam, tradit Lambertinus. *de jure patronatus 5. art. 11 C. quæſt. princ. n. 1.*

Qvia itaqve jus patronatus Ecclèſiaſticum dicitur, qvando de
7 bonis Eccleſiaſticis ſive rebus * Eccleſiæ fundatum, & laicale, qvando de bonis propriis: Exinde patet: attendi bona, ex qvibus jus patronatus fundatur; non etiam perſonam fundatoris: ut in ſimili dicitur de jure patronatus erecto à clerico de proprio patrimonio. *Achil. de Graſſ. deciſ. de jure patron.* qvia non refert, patronum eſſe clericum: ſiqvidem & is patronis laicis adnumerabitur, ſi jus hoc nactus fuerit ratione proprii patrimonii: qvod omnium conſenſu receptum extare, teſtatur Covarruvias *d. cap. 36. n. 2. verſ. diſtingvitur in fin. Maſcard. de probat. concl. 959. n. 9.*

Cæterùm, ſi à perſona Eccleſiaſtica fuit fundatum jus patrona-
8 tus, tunc * præſumitur eccleſiaſticum. *c. cum autem, c. propter. c. cum paſtoralis, c. cum dilectus de jure patron. Maſcard. d. concil. 959. num. 1.* At fundatum à perſona Eccleſiaſtica de ſuis bonis patrimonialibus, tum præſumitur laicale, non obſtante illa qvalitate Eccleſiaſtica perſonæ. *gl. in Clement. plures in verb. præſentare de jure patron. Maſcard. d. loc. n. 9.*

9 Qvod ſi verò * illud relictum ſit alicui perſonæ Eccleſiaſticæ, tunc licet ex bonis patrimonialibus ſit fundatum jus patronatus, nihilominus, ex qvo tranſit in perſonas Eccleſiaſticas, cenſetur Eccleſiaſticum & non laicum. *c. unic. de jure patron. in 6. Covarr. pract. qvæſt. cap. 36. num. 5. verſ. ſecund. illuderit obſervandum, &c. Maſcard. d. loc. num. 11.*

10 In dubio autem jus * patronatus præſumitur à laicis acqviſitum ex legitimis modis, puta, conſtructione, dotatione vel fundatione. *c. 3. de jure patronatus Covarruv. cap. 36. num. 6. Qvartò eſt in hac qvæſtione, &c.*

11 At qvando * ſit mentio juris patronatus, qvod tunc in dubio intelligatur de jure patronatus Eccleſiaſtico, tradit Riccius Aloyſius *deciſ. juris patronatus 186. num. 183.*

12 Deinde differt jus patronatus * Eccleſiaſticum à ſeculari ſive laicali; qvod perſonæ Eccleſiaſticæ acqvirant jus patronatus, etiamſi fun-

fundatio, conſtructio, refectio & dotatio Eccleſiæ facta ſit ex reditibus alterius *gl. in Clement. 2. h. tit. Covarr. d. cap. 36.* Laicus verò non acqvirit jus patronatus, niſi propriis ſumptibus Eccleſiam fundaverit, conſtruxerit, vel dotaverit.

Tertia * differentia eſt, qvod ſeculari ſive laico patrono ad præſentandum dentur qvatuor menſes. *c. qvoniam. c. 3. in fin. jure patron.* at ſi clerico ſive eccleſiaſtico competat, debet ille hoc peragere intra ſex menſes. *c. cauſ. 22. ubi Butrio & Boich. de jure patron.* 13

Qvartò * differt jus patronatus utrumqve inter ſeſe, qvod patronus Eccleſiaſticus magis Eccleſiæ ſubjectus eſt, qvàm Laicus. Nam legatus de latere poteſt conferre Eccleſiam ſpectantem ad patronum Eccleſiaſticum: at ille legatus vel prælatus, non poteſt conferre vel ſibi reſervare talem Eccleſiam ad patronum laicum. *c. cum dictus de jure patron.* 14

Qvintò * jus patronatus laicorum pingvius & fortius eſt, qvam 15
jus patronatus Eccleſiaſticum: qvia patrono * laico variare, adeoqve 16
plures ſucceſſivè præſentare licet, unum alteri accumulando, non revocando priorem: at patrono Eccleſiaſtico non licet variare poſt præſentationem, ſed uni ſemel præſentato, adhærere cogitur: cum talis præſentatio conferat jus, & habeat vim electionis: qvod ſecus eſt in præſentatione patroni laici. *c. cum autem 24. & c. qvod autem 5. Ext. h. tit, Roch. de Curte d. loc. num. 28. & 24.*

Diverſitatis ratio * eſt: qvia patronus Eccleſiaſticus habet longius tempus ad præſentandum, qvam laicus, & ideò variare non poteſt. *gl. in c. conſtitut. Secundò de appellat. & in c. cum vos. de offic. ordin.* 17

Sextò loco * addo hanc differentiam: qvod in translatione Eccleſiaſtici juris patronatus in aliam Eccleſiam, vel in alium locum religioſum, conſenſus Epiſcopi non exigitur: qvod ſecus eſt in jure patronatus ſeculari. *c unic. hoc tit. in 6.* 18

Septimò differunt * in eo patroni Eccleſiaſtici à laicis; qvod 19
poſſint exigere rationem de poſſeſſionibus ac bonis Eccleſiæ temporalibus. *juxt. c. cum & plantare §. in Eccleſiis Ext. de privileg. Abb. in c. de Monachis de prebend.* habent item cuſtodiam & adminiſtrationem Eccleſiæ *per text. in c. bona de appellat. ubi Panormit. in a-*

notabili, ubi dicit, hoc ſecus eſſe in patrono laico, qvia ubi patronus eſt laicus, qvod tunc cuſtodia & gubernatio Eccleſiæ vacantis pertineat ad Epiſcopum, cui ſubeſt Eccleſia. *Modeſt. Piſtor. conſil. 43. num. 27. vol. 1.*

20 Octava differentia * verſatur circa derogationem, qvomodo nimirum juri utriqve derogetur. Eccleſiaſtico juri derogatur, ſi collatio à ſummo Pontifice facta ſit, etiamſi nulla fiat mentio patronatus in literis: at laicis de jure ſuo non aliter cenſetur derogatum, qvam ſi derogationis formula literis Pontificiis expreſsè ſit inſerta. *Covarr. pract. qvæſt. 36. n. 1. & ſeqq. Roch. de Curte in verbo honorificum qvæſt. 3.* Exceptis duobus caſibus, qvos recenſet. Si namqve laicus jus patronatus ſive jus præſentandi, per privilegium, aut præſcriptionem, nec ex bonis privatis acqviſierit, tunc etiam, absqve diminutionis judicio, juris Eccleſiaſtici eſſe cenſebitur *Roch. de Curte d. qvæſt. 3. n. 11.* Et hinc utriqve generi juris patronatus ideò modus præſcriptus eſt, ne impar beneficio ſervitus Eccleſiæ impoſita eſſe videatur; qvamvis aliàs magnus in utroqve genere ſit favor; partim ideo, ut dotetur Eccleſia opibus, partim etiam ut homines alii ad ſimilem liberalitatem alliciantur.

Unde conſeqvitur, qvando jus patronatus pertinet ad Clericum, ſimul & ad laicum, qvoad derogationem hoc jus patronatus cenſeri eccleſiaſticum; qvod ita obtinet, qvoad privilegia & commoda juris eccleſiaſtici; hæc enim ſortitur patronus laicus ratione communionis, non etiam qvoad damna & incommoda.

Et ideò qvoad derogationem & reſervationes, verius eſt, hoc jus patronatus cenſeri debere jure laicorum, non etiam jure patronatus Eccleſiaſtici; qvippe qvod æqvum non foret, laicum ex ſocietate clerici damnum pati.

Qvod ſi jus patronatus ex parte clericorum potentius eſt; puta, ſi jus patronatus ad laicum unum, & ad duos clericos ratione Eccleſiarum perveniret, ita qvidem, qvod major pars ex duobus clericis, & potentius ſuffragium conſtaret, qvoad præſentationem poſſet admitti hujus patronatus derogatio, ut ita illud jus patronatus jure Eccleſiaſtico utrobiqve æſtimari debeat. *Covarr. dict. qvæſt. 36. n. 4. verſ.*

verſ. tertiò oportunè quæritur &c. Roch. verb. juſ. quæſt. 7. in pr. & quæſt. 1. acceſſoria.

Eodem modo, ſi perſona ſit laica, ordinem verò ſacrum ingreſſa; vel ſi jus patronatus verſetur in aliqvo Collegio ſive univerſitate, jure laici finetur, & non eccleſiaſtici.

Nam licet collegium cauſa pietatis conſtitutum adhæret alicui Eccleſiæ, ipſi tamen, ex qvibus Collegium & Univerſitas conſtat, & ad qvorum voces ac ſuffragia præſentatio fit, laici ſunt omninò; & idcircò ad hanc univerſitatem laicorum præſentatio pertinet, non ad Eccleſiam, nec ad eccleſiaſticam dignitatem. *Felin. in tractatu qvando litera Apoſtol. limitat. 4. Roch. de Curt. verb. jus quæſt. 7. & quæſt 3. acceſſoria n. 17. Covarr. d. qvæſt. 36. n. 8. per tot.*

Ex præcedentibus patet; in toto hoc genere, majorem tribui gratiam * populo; idqve ideò, ut excitati * ejusmodi privilegiis, 21 alii reddantur tantò liberaliores ad parilem beneficentiam, & adſtringendas ſibi ſimilibus beneficiis Eccleſias. *gl. in C. nobis verb. in Capella, verſ. hoc credo verum. Ext. de jure patronat.* 22

Illud adhuc omninò obſervandum; licet jus patronatus originem habuerit ex patrimonio * alicujus laici, qvod ejus natura tamen 23 mutetur, ſi vel ab initio, vel poſtea, donatione, teſtamento, aut alio qvovis titulo lucrativo vel oneroſo transferatur in Eccleſiam, aut in Collegium Canonicorum, ut ſcilicet ad illud collegium pertineat præſentatio, hoc jus patronatus planè dici jus patronatus clericorum & Eccleſiaſticum, non laicorum. *c. unic. §. ult. h. tit. in 6.*

Idem jus eſt, * qvando mutatio fit è converſo, ſi ſcilicet jus pa- 24 tronatus Eccleſiaſticum in ordinem laicum titulo oneroſo aut lucrativo transferatur. *Covarr. d. loc. num. 5.*

CAPUT X.

De his, qvi jus patronatus Eccleſiaſticum ſibi acqvirere poſſunt.

SUMMARIA:

Jus patronatus acqvirere poſſunt, qvi bonorum domini ſunt, n. 1. niſi

niſi ſpecialiter prohibeantur. n. 2. tam mares, qvàm fœminæ. n. 3. 6. Ratio. n. 4. & 5. tam laici, qvàm clerici. n. 7. etiam meretrices, ſi modò Chriſtianæ ſint. n. 8. occurritur objectioni. n. 9. etiam excommunicatæ & illegitimè natæ. n. 10. qvod amplificatur. n. 11. & 12.

Meretrix turpiter facit, ſed non turpiter accipit. n. 13. ideoq; de meretricio qvæſtu poteſt jus patronatus acqvirere. n. 14.

Hæretici, Pagani, Judæi, Turcæ ſunt infideles, idcircò non poſſunt conſtituere jus patronatus. n. 15. Ratio. n. 16. qvod explicatur de hæretico. n. 17. neqve Schiſmatici. n. 18. qvod limitatur. n. 19.

Univerſitas qvaliter acqvirat jus patronatus. n. 20. & qvatenus Princeps n. 21. item pupillus infans. num. 22.

1 JUs patronatus * acqvirere poſſunt omnes, qvicunqve habent liberam rerum adminiſtrationem & dominium; niſi ſpecialiter prohi-
2 biti * aut excepti ſint *arg. l. 1. §. 1. de procurat. & l. prætor. 12. de judic.* Nam jura concedunt illis jus patronatus, qvi exſtruunt, fundant & dotant Eccleſiam, *c. filiis 16. q. 7. c. qvoniam & c. nobis h. tit.*
3 Et qvidem utriusqve ſexus hominibus, tam fœminis qvàm * maribus, tam ſororibus qvàm fratribus, qvin & appellatione fratrum venit etiam ſoror, ſi fratribus jus patronatus conceſſum ſit. *pro l. fratres C. de inoffic. teſte l. tres fratr. ff. de pact. ubi gloſs.* Licet enim jura tribuentia jus patronatus loqvantur in maſculino genere: tamen ma-
4 ſculinum * comprehendit fœmininum. *l. ſi ita ſcriptum §. ſi ſub conditione ff. de legat. 2. l. 1. de verb. ſign. c. ſi qvis ſvadente 17. q. 4. junct. c.*
5 *mulieres de ſentent. excommunic.* Nam in his, qvæ ſpectant * ad cultum divinum, non eſt diſtinctio apud Deum, ſive maſculus ſit, ſive fœmina: Omnes enim mercedem à Domino expectare poſſunt. *Galat. 3. & c. 1. 29. q. c. 1. de conjug. lepros.* Et hinc eſt, qvod jus patronatus tranſit ad hæredem fœminam tam ex teſtamento, qvàm ab inteſtato, ſicut ad hæredem maſculum. *gl. in Clementinam fin. ubi Cardinalis in 6. de jure patronat.*

Et

Et ſic * Comitiſſam qvandam habuiſſe jus patronatus, traditur 6
in *c. fin. de conceſ. preb.* Qvod ipſum etiam in privata fœmina obtinere, ſcribunt Abbas & Ant. Brutio *in d. c. fin. Roch. de Curte verbo, qvibus competat. num. 1.*

Sic nec intereſt, laici ſint * an clerici: qvia & laici poſſunt ſibi 7
legitimis modis acqvirere jus patronatus. *c. nemo de conſecrat. c. generalis de elect. c. fin. de conceſſ. pra.*

Sed an fœmina qvæ meretrix eſt, poſſit eſſe patrona? dubitatum olim fuit. Sanè ſi meretrix * eſt Chriſtiana, non denegandum illi ac- 8
qvirere jus patronatus. Neqve impedit inhoneſtas meretricis, & qvod jus patronatus eſt honorificum: Nam * jus patronatus prin- 9
cipaliter gratiosè conceditur, non propter favorem laicorum, ſed potius in beneficium Eccleſiaſticum, & ut hac ratione invitentur laici ad Eccleſiarum fundationem, *c. qvoniam ubi Panorm h. tit.* ut exinde attendendum non ſit, an perſona Eccleſiam fundans ſit meretrix, vel excommunicata *Roch. de Curte d. loc. n. 4. & 5.* vel illegitimè * na- 10
ta, legitimata ſive non legitimata; non tantùm in conſeqventiam, qvando * nimirum ſuccedit in hæreditate relicta à transverſalibus vel 11
extraneis, cui adnexum eſt jus patronatus, ut voluit Baldus *conſil. 322. Incipp. præmittendum eſt.* Sed etiam principaliter, qvando * ei do- 12
naretur vel legaretur jus patronatus, vel etiam, ſi ipſe Eccleſiam vel Capellam fundaret *d. c. pia mentis & d. c. Frigentius*, ubi dicitur, qvod omni Chriſtiano jus patronatus competere poteſt. Et cur denegaremus ei hanc facultatem, cum ſit moderatrix rerum ſuarum? *l. in re, mandata. C. mand.*

Qvin licet meretrix * turpiter faciat, qvod meretrix ſit, non ta- 13
men turpiter, cum ſit meretrix, accipit; unde ad reſtitutionem non tenetur. *l. idem §. qvotiens ff. de Condict. ob turp. cauſ.* Qvocirca ſi meretrix ipſa de meretricio qvæſtu facit eleemoſynam, ſeu conſtituit * Eccleſiam, acqvirit etiam abſqve dubio jus patronatus. *gl. in* 14
verbo illicitis & Archidiac. in c. non eſt putanda 1. qvæſt. 1.

Qvia ergò jus petronatus ſaltem à fidelibus ſeu Chriſtianis acqviri poteſt, *d. c. pia mentis d. c. Frigentius, c. qvicunq; fidelium 16. q. 7.* idcircò non poterit fundare Eccleſiam, & acqvirere jus patronatus,

Digitized by Google

15 tus, Paganus, Judæus, Turca, imò * nec hæreticus: qvia ſeparatus
à fide non poteſt uti legitimis Chriſtianorum juribus & privilegiis,
l. qvicunqve l. quoniam multi C. de hæret. Videntur etiam hæretici
16 deſtituti facultate fundandi & dotandi, qvia * bona, qvæ ante hære-
ſin habuerunt, fiſco applicantur. *l. Manichæorum C. de hæret. c. cum
ſecundum leges eod. tit. in 6. Panorm. in c. 18. & 25. h. tit. Pet. Gregor.
de beneficiis Eccleſ. cap. 13. n. 2.*

Scribit tamen Lambertinus de jure patronatus *8. quæſt. princ.
ſecundo artic. num. 2.* uſu introductum eſſe patronatus jus, patrono in
17 hæreſin lapſo, hodiè * non ad fiſcum tranſire; ſed remanere penes
Eccleſiam, qvæ in effectu fiet libera.

18 Proximi hæreticis ſunt * Schiſmatici *c. inter hæreſin 24. quæſt. 3.*
ut exindè nec illis tutum ſit permittere Eccleſias ædificare, ne eas
ſubtrahant ab unitate. *Pet. Gregor. d. loc.*

Sed religione mutata, hodie nihilominus patronus hoc poteſt,
19 * dummodò Rectores Eccleſiis nominet, qvi conſentiunt cum rece-
pta in unoqvoqve loco doctrina Decreto Imperii de anno 1551.
§. Damit auch/ & §. Als dann auch den Ständen/ ꝛc.

20 Univerſitas & civitas * qvoqve poteſt acqvirere jus patronatus,
ſi qvando ex bonis univerſitatis Eccleſia vel monaſterium exſtruatur,
(qvo caſu tamen licet Corpus, Collegium, Civitas vel Senatus jus
patronatus habeant, & veluti patroni colantur, ſinguli tamen de cor-
pore, collegio, civitate vel Senatu non ſunt Patroni, neqve etiam ſin-
gulis reverentia debetur. *l. Sed ſi § qvi manumittitur ff. de in jus voc.*
Secus in liberto communi, qvi ſingulis patronis reverentiam & ho-
norem debet. *l. communis d. tit.* Ratio eſt, qvod libertus communis
ſit pro parte ſingulorum. *l. illud de ritu nupt. l. 5. de ſtipulat. ſerv.* At
libertas Collegii vel civitatis non eſt communis libertas, atqve adeò
nec pro parte ſingulorum. *l. in tantum §. 1. de verb. diviſ.* & proindè
Civitatem & Collegium rectè in jus vocat. *d. §. qvi manumittitur.*)
nam illi ſoli acqvirunt ſibi jus patronatus, qvi de ſuis propriis bonis
21 Eccleſias fundant & dotant. Hinc jus patronatus ad Principem * a-
liqvem, ideò qvod ſubditi ejus dotarunt, non pertinere, in ſpecie
probat Modeſtinus Piſtoris *conſil. 43. num. 22. vol. 1.* Nam ſicut Im-

pera-

Digitized by Google

perator non eſt dominus rerum particularium, ut inqvit Bartolus *in proœm. Digeſt. & in l. 1. §. per hanc ff. de rei vendicat.* ita & qvilibet Princeps in territorio ſuo, non eſt dominus rerum ſive bonorum particularium ad ſubditos ſuos pertinentium: & idcirco neqve per dotationem privatorum conſeqvi poteſt jus patronatus. *Modeſt. Piſtor. d. loco.* Et ſic Eccleſia debet dotari nomine Univerſitatis, non autem per ſingulos & ratione ſingulorum eleemoſynaliter *Gometz. 1 var. reſolut. 47.* hoc enim modo, & non alio, dicitur qvid fieri nomine Univerſitatis. *l. ſicut ff. Qvod cujusq; univ. nom.* Facit etiam huc, qvod jus patronatus Univerſitatis præſumitur ex uſurpatione. *Cavalc. deciſ. 28. n. 1. p. 2. & deciſ. 28. n. 10. p. 3. Achil. de Coraſs. deciſ. 4. de jur. patr.*

Sic in ſimili dicitur: ſi ex eleemoſynis populi monaſterium aliqvod factum & dotatum eſſet, qvod ex hoc jus patronatus non competat univerſiati, ubi ille populus. *Joh. Andr. in c. unic. h. tit.*

Deniqve jus patronatus competere poſſe pupillo * vel infanti, tenet Archidiaconus *in c. decernimus in pr. 16. qvæſt. 7.* fatetur tamen, qvod infans, qvi nondum habet ſeptem annos, præſentare non poſſit; ſed tutor ejus. *Abb. in c. fin. in fin. de conceſſ. præb. Roch. de Curt. d. loc. n. 12. & ſeqq. tit. Jus patronatus qvibus competat.* 22.

CAPUT XI.

De initiis & cauſis, qvibus inducitur ſive conſtituitur & acqviritur jus patronatus.

SUMMARIA:

Jus patronatus non deſcendit ex magiſtratus poteſtate. n. 1. Sed ex beneficiis in Eccleſiam collatis. n. 2.

Differentia inter juris patronatus acqviſitionem de jure Juſtinianeo, & jure Pontificio. n. 3. 4. & 5.

Jus patronatus acqviritur etiam præſcriptione & privilegio. n. 6. 7. acqviſitum transfertur ad alios, qvatuor modis. n. 8. Modi acqvirendi non ſunt extendendi. n. 9.

Digitized by Google

1 JUs patronatus non venit ex magiſtratus poteſtate * vel dignitate ;
jideò ſc. qvod qvi in magiſtratu eſt, habeat meram mixtumqve Im-
2 perium & omnimodam juriſdictionem : Sed deſcendit * à liberalita-
te & beneficiis in Eccleſiam collatis, qvæ jus patronatus compen-
ſat, uti ſuperiùs modò dictum. Sic enim Imperator Juſtinianus con-
3 ſtituit: Si qvis non ſolùm * templum, vel oratorium, vel alium lo-
cum ſacrum conſtituat ſive fabricet, (qvo verbo utitur Imp. Inſtit. in
Nov. 67. cap. 2.) Sed etiam idem ipſe neceſſarios ſumptus ad Cleri-
corum alimentationem, ac religioſæ domus cuſtodiam conferat, ut
ille templi vel oratorii illius ſit patronus, & jus patronatus habeat.
Nov. 123. cap. 18. & Nov. 57. cap. & Nov. 67. cap. 2.

Sed Pontifices poſtea diviſionem introduxerunt, & illud ita mi-
4 tigarunt * hoc modo, ut omnia ſimul concurrere in uno & eodem
non ſit neceſſe: Sicut enim modi conſtituendi & acqvirendi inter ſe
diſtincti, ita ſufficit, ut unus duntaxat ex eis modis ad jus patronatus
conſeqvendum, poſſit ſufficere ita nimirum, ut alius fundum aſſignet,
alius dotet, alius autem conſtruat. *c. monaſterium 16. q. 6. c. nobis de
jure patronat.*

5 Unde eſt, * qvod etiam tres patroni in eadem Eccleſia concur-
rere poſſint, unus videlicet, qvi det fundum ad eccleſiam conſtituen-
dam, alter qviſpiam qvi exſtruat Eccleſiam, & tertius, qvi Eccleſiam
fundatam & exſtructam dotet. *Joach. Steph. lib. 4. de juriſdict. Eccle-
ſiaſt. cap. 13. n. 10. & 11. & ad Nov. 67. n. 2. pag. 793. verſ. cujus Ponti-
ficiæ.*

6 Jus patronatus acqviritur etiam præſcriptione * *c. circa 11. ibi,
7 niſi fuerit legitima præſcriptione * munitus h. tit.* Itemqve privilegio
Menoch. lib conſil. 402. num. 6.

Præterea jus patronatus ſemel prædictis modis acqviſitum trans-
9 fertur in alios, qvi tum hoc ipſum itidem acqvirunt: * qvod fit qva-
tuor modis, ſucceſſione hereditaria, permutatione, donatione ſive le-
gato, & venditione univerſitatis bonorum ratione, cujus competit.
gl. ad Dd. in c. cum ſeculum de jure patron. inf. cap. 17.

Nemini itaqve jus patronatus competit, niſi vel ipſe, vel alius,
à qvo cauſam altero hujusmodi proditorum modorum habeat, acqvi-
ſierit

Digitized by Google

fierit uno de ſuperioribus modis *Panorm. ad d. c. cum ſeculum. Uran. conſil 18. n. 3. tom. 2.* Et qvia laicus hujus juris ſit ſaltem capax ex gratiâ effectus, non debet extra * illos modos fieri extenſio. *Abb. conſil. 19. Attingam n. 2. & 3.* 9

Prædictos modos ſeqventibus capitibus plenius & planius explicabo; modò prius præmiſſo, præter prædictos modos, neceſſarium etiam eſſe conſenſum Epiſcopi loci.

CAPUT XII.

De Conſenſu Epiſcopi neceſſario ad conſeqvendum ex fundatione, ædificatione & dotatione jus patronatus

SUMMARIA:

Ad conſeqvendum jus patronatus præter fundationem, exſtructionem & fundationem, reqviritur adhuc conſenſus Epiſcopi vel Prælati loci. n. 1. ſive acqvirens ſit laicus ſive clericus, n. 2. Rationes illius juris. n. 3. 4. 5. 6.

Exſtruens Eccleſiam abſq; conſenſu Epiſcopi, non meretur nomen Eccleſiæ. n. 7. & deſtrui poteſt. n. 8.

Sufficit ſi ex intervallo conſenſus Epiſcopi interveniat. n. 9. Ratio ejus. n. 10. qvod declaratur. n. 11. occurritur objectioni. n. 12. aliorum hac de qvæſtione ſententiæ recenſentur. num. 13. & 14 qvid ſi Epiſcopi copia haberi non poſſit? n. 15.

Conſenſus Epiſcopi aliqvando interveniſſe præſumitur ex curſu temporis. n. 16. qvod explicatur. n. 17.

In acqvirendo jure patronatus non eſt neceſſaria ſpecialis autoritas Epiſcopi n. 18. & 19.

MAnifeſti juris eſt, per ſolam fundi aſſignationem, ædificationem aut reſtaurationem & dotationem non acqviri jus patronatus, ſed deſuper reqviri, & neceſſarium eſſe expreſſum conſenſum Epiſcopi * illius loci ſive diœceſis, in qva Eccleſia fundatur, vel etiam 1

Diœceſani aut Prælati habentis dignitatem Epiſcopalem. *c. pia mentis 16. quæſt. 7. c. quod autem 5. in fin. c. cura paſtoralis 11. c. nullus 17. c. ſuggeſtum 20. de jure patron. Abb. in c. 3. d. tit.* Citra conſideratio-
2 nem, ſive * ſit clericus, ſive laicus, qvi Eccleſiam fundavit vel conſtruxit. *c. nobis c. cum paſtoralis &c. illud h. tit. c. 1. de relig. domib. cap. fin. Ext. de conceſſ. præb. c. pia mentis c. Frigentius c. conſiderandum 16. quæſt. 7.* Weſenb. *conſil. 48. num 13.*

3 Ratio eſt: tum qvia permittendum * privatis non fuit pro beneficiis in Eccleſiam collatis, eidem ſervitutem ex privato arbitrio imponere, vel absqve metropolitani conſenſu jus publicum conſtituere & acqvirere *d. c. pia mentis 16. quæſt. 7. c. quod autem 5. in fin. c. cura paſtoralis 11. c. nullus 17. c. ſuggeſtum 20. h. tit.*

4 Tum * qvia Epiſcopi eſt examinare locum erectionis Eccleſiæ, & dotem diſponere, qvaliter ſit regenda & gubernanda Eccleſia *Nov. 5. de Monachis cap. illud. 1. c. nemo de conſecrat. diſt. 1. Calderin. conſil. 20.*

5 Tum * qvia dignum eſt, ut Epiſcopus interveniat ad intelligendum ſive cognoſcendum, qvomodo dos ſit conſtituta, & an ſit congrua ſive ſufficiens: qvin & poſſet contingere, qvod ille qvi dotat, talis ſit, qvi forte ad jus patronatus non erit admittendus. *Calderin. d. conſil. 20.*

6 Tum qvia * accidere poteſt, opus qvidem inchoari, ſed non conſummari; qvibus omnibus in principio occurrendum eſt. *Abb. conſil. 85. vol. 2.* Meritò itaqve reqviritur conſenſus Epiſcopi: qvod adeò obtinet, ut ſi ſecus factum ſit, & qvis citra Epiſcopi conſenſum
7 ædificet, ædificium illud conſtructum non mereatur * nomen Eccleſiæ; ſed ſit inſtar prophani ac privati ædificii, qvod tanqvam tale
8 * demoliri poſſit. *c. cum olim §. inſuper. de privileg. c. placuit. 1. quæſt. 2. Nicol. Delphin. lib. 1. de jure patron. n. 97. §. ſed ex hoc quæro.*

At an initio intervenire Epiſcopi conſenſum oporteat; an verò ſufficiat, ſi ex intervallo ab ipſo interponatur? qvæſtionis eſt. Canoniſtæ communiter contendunt, ſufficere ratificationem, ſive talem
9 conſenſum poſt conſtructionem * ædificii accedere *per text. in c. cura paſtoralis & c. cum ſeculum. & c. ſuggeſtum h. tit. Abb. in d. c.*

cura

cura & conſil. 89. vol. 1. Et Epiſcopi conſenſum poſſe intervenire etiam poſtea, communem opinionem ità habere, teſtatur Zabarella *conſil. 6. ſub tit. de jure patron.* *Weſenb. conſil. 48. n. 13.*

Qvæ ſententia juvatur vulgari illa theorica: qvod in omni actu, in qvo reqviritur * alterius conſenſus, poſſit conſenſus ille ſeqvi; adeò qvidem, ut ſi appareat Epiſcopum malitiosè & ſine rationabili cauſa conſenſum denegare, per ſuperiorem compelli poſſit, ut fundationi Eccleſiæ conſentiat. *Panormit. in c. nullus h. tit. Bart. in l. ſi cum decem ff. ſolut. matum. l. fin. C. de bon. qvæ liber. Tuſcus vol. 4. concl. 1600. n. 4.* 10

Neqve tamen * propterea Epiſcopus vel Diœceſanus ſuo jure privatur: cum certi tantùm ſint caſus, de jure expreſſi, in qvibus ſucceſſio Archiepiſcopi in illum eventum locum habeat. *c. paſtoralis de offic. ordin. c. contra clericum. de foro compet. c. 2. de conceſſ. præb.* 11

Non obſtat huic ſententiæ, qvod hoc caſu non tantùm reqviritur conſenſus, ſed etiam autoritas * Epiſcopi; qvia conſenſus & autoritas in hac materia pro uno & eodem uſurpantur. *d. c. cum paſtoralis & c. illud. h. tit.* 12

Sunt autem * qvi etiam tacitum conſenſum Epiſcopi vel diœceſani ſufficere volunt, modò fundatio & conſtructio fiat ſciente Epiſcopo vel diœceſano. *gl. & Zab. in d. c. cura paſtoralis.* 13

Aliqvi etiam * reqvirunt ſaltem actum, ex qvo tacitè conſtet ſaltem de conſenſu Epiſcopi, argumento eorum, qvæ de conſenſu Domini in alienatione feudi traduntur. *c. 1. §. præterea. Qvib. mod. feud. Alvarot. in c. 1. de prohib. feudi alienat. Menoch. conſil. 512. num. 24. & ſeq.* 14

Sed qvid ſi Epiſcopi copia haberi non poſſit? Tunc illum actum, in qvo alioqvin * conſenſus Epiſopi reqviritur, etiam citra conſenſum Epiſcopi expediri poſſe, tradit Schraderus *conſil. 20. inter conſilia Bercholten vol. 2. pag. 160.* ubi probat, etiam idem juris eſſe, ſi Epiſcopi qvidem copia haberi poſſit; ſed Epiſcopus ad præſentandum conſenſum ſit inhabilis, tunc ſcilicet illum actum abſqve conſenſu Epiſcopi perinde expediri poſſe, atqve ſi Epiſcopi copia haberi non poſſit. 15

Qvin-

Qvin & in acqviſitione * ſive translatione juris patronatus con-
16 ſenſus Epiſcopi interveniſſe præſumitur ex temporis longi vel longiſſimi decurſu. *Roch. de Curte verb. pro eo, quæſt. 7. n. 19. Schrad. d. conſil. 20. verſ. & in acquiſitione.*

Id qvod de antiqvo patronatu intelligendum eſt. Nam ſi de
17 recenti jure qvæſtio ſit, * tunc docenda erit approbatio; qvod fieri haud difficulter poteſt, Epiſcopis enim ædis ſacræ locum ſolet deſtinare, dotem ſtatuere, & de his omnibus publica documenta reqvirere. *gl. & Zabarel. in d. c. cura paſtoralis. Roch. de Curte verb. pro eo qvod n. 21.* Et tantùm de qvæſtione propoſita: in qva concluſum eſt, ad conſtituendum monaſterium, Eccleſiam, ſeu alium pium locum, reqviri autoritatem & conſenſum Epiſcopi.

Sed jam iterum qværitur: An ſtatim ipſo jure per fundationem,
18 conſtructionem * & dotationem acqviratur jus patronatus? Exiſtimant enim aliqvi, etiamſi Epiſcopus in ædificationem Eccleſiæ conſenſerit, ſi tamen ejus autoritas etiam in acqvirendo jure patronatus ſpecialiter reqviſita non fuerit, tunc ex ſola conſtructione Eccleſiæ jus patronatus non acqviri. *arg. c. nobis. Ext. de jure patron.*

Sed verius videtur, nullam eſſe neceſſariam autoritatem ſpecia-
19 lem, pro * acqvirendo jure patronatus, ſed absqve conſenſus Epiſcopalis interventu, ex ipſa fundatione, qvæ tamen etiam vel expreſſa, vel tacita diœceſani voluntate facta eſt, conſtitui, nec illa amplius autoritate alterius opus eſſe: qvia ſufficit initio conſtitutionis eam interveniſſe. *Johannes Andreas in c. nobis h. tit. Martinus Uranius conſil. 18. num. 3. tom. 3.*

Sed nunc rectà progredior ad ſpecialem tractationem modorum ſive cauſarum conſtituendi juris patronatus.

CAPUT XIII.

De fundatione, exſtructione & dotatione, tanqvam modis conſtituendi & acqvirendi juris patronatus.

SUM-

SUMMARIA:

Fundationis nomen non uno modo accipitur. num. 1.

De reſervatione juris patronatus, quod ſc. illud acquiratur à fundatore Eccleſiæ, etiamſi hoc non reſervet. num. 2. & 3. Quæ ſententia eſt favorabilior & verior. n. 4. & defenditur. n. 5. & ſeqq. uſq. ad num. 10.

Jus patronatus laicorum eſt pinguius, quàm Eccleſiaſticorum. n. 9.

Fundator poteſt in totum vel pro parte remittere jus patronatus, & limitatè illud inducere. n. 11.

Fundatio, conſtructio & dotatio copulativè intervenire debent, ut jus acquiratur. n. 12. & 20.

Si plures in perficienda Eccleſia concurrunt, tunc ſinguli efficiuntur patroni. n. 13.

Jus patronatus eſt individuum. n. 14.

Si Eccleſia ab aliquo fundata, at necdum dotata, tunc qui eam dotat, conſequitur etiam jus patronatus. n. 15. & 16. reſpondetur ad contraria. n. 17.

Si dote Eccleſia deperdita, alius de novo eam dotat, ille fit patronus. n. 18.

Quod ſi illa dos depauperetur, & alius eam denuo ſupplet, non efficitur patronus invito patrono. n. 19.

Jura concedentia jus patronatus loquuntur in præterito, fundavit, vel fundaſſe. n. 21

Ædificans Eccleſiam in meo fundo, non conſequitur jus patronatus. n. 22.

Quid juris, ſi in fundo feudali quis Eccleſiam ædificet. n. 23.

Clericus ex reditibus beneficii ſui Eccleſiam extruens, acquirit jus patronatus Eccleſiæ. n. 24.

Domo in Eccleſiam converſa, exſurgit jus patronatus. n. 25.

1 Fundationis nomen, ut hoc præmittam, aliqvando craſſe * accipitur de dotatione & jure patronatus, & in hoc ſignificatu Senatus Roſtochii dicere poteſt, ſe fundaſſe Academiam. At propriè fundationis nomen, non tantùm de dotatione & jure patronatus, ſed etiam de inſtitutione & erectione Academiæ interpretandum eſt, & hac ratione Senatus Roſtochienſis non rectè dicitur Academiæ fundator, cum iſta res ad Regalia pertineat, qvorum civitas municipalis capax non eſt, *Cothm. conſil. Acad. 1. num. 35. & ſeqq. & reſp. 30 num. 17. & reſp. 47. n. 19. & ſeqq.* Et hinc dicitur in bulla, fundationis Academiæ Roſtochienſis ad deſiderium Ducum Megapolenſium, Academiam fundatam eſſe. His præmiſſis adhibito conſenſu Epiſcopi, mediante fundatione, exſtructione & dotatione, acqviri jus patronatus, certum eſt. *Nov. 128. cap. 18.* Sed tamen ſunt, qvi exiſtimant, etiamſi Epiſcopus in ædificationem conſenſerit, nihilominus adhuc reqvi-
2 ri, ut fundans & dotans Eccleſiam, * reſervet ſibi jus patronatus. Verùm verior eſt ſententia, acqviri ſcilicet jus patronatus ab eo, qvi Eccleſiam cum conſenſu Epiſcopi fundat, etiamſi id ſpecialiter non reſervaverit, dummodo ejus ſit voluntatis & animi, qvod hoc ipſo jus patronatus ſibi comparatum velit, vel etiam expreſsè illud non remi-
3 ſerit. *c. nobis h. tit.* qvia * nullibi fit mentio reſervationis, ſed ſimpliciter ſtatuitur, ut ex prædictis actibus fundationis, dotationis & conſtructionis jus patronatus ipſo jure (ut ſcil. ſpeciali reſervatione ejusdem non ſit opus,) absqve alio facto hominis acqviratur. Et hanc ſententiam tenet gloſſa *in c. ſi quis baſilicam, in verb. ſub tributaria de conſecrat.* & ſeqvitur Rota Romana *in antiq. deciſ. 255 ſub tit. de jure patronatus* Camill. Borellus *r. deciſ. 32. n. 12. Menoch. conſil. 312. num. 10. ubi communem dicit. Duarenus lib. 5. de ſacr. eccl. miniſt. cap 4. pr. Puteus deciſ. 379. ſub n. 7. lib. 1. Maſcard. de probat. concl. 958. n. 31. & 32. vol. 2. Archidiac in c. unic. in 6. eod Joann. Monach. ad c. quanto de judic. n. 7.* Et hanc deciſionem in practica benè notandam dicit Rochus de Curte *verb. Eccleſiam fundavit, quaſt. 8. num. 12.*
4 qvia ſcil. favorabilior * eſt qvàm eorum, qvi contrarium aſſeruerunt, ex fundatione nimirum ſola, vel dotatione non acqviri jus patronatus, niſi fundator vel dotans illud ſibi reſervaverit, in qvorum numero

Digitized by Google

mero ſunt : *Modeſtinus Piſtoris conſil. 28. quaſt. 4. n. 10.* Weſenbecius *conſil. 37. n. 9. vol. 1. & Paulus de Citudinis p. 3. de jure patron. cauſ. 2. adipiſc. jure patron. n 13.* Sed certè juridicis argumentis & fundamentis illi deſtituuntur, & refutantur vel ex eo, qvod uti modo dictum, * nullibi fiat mentio reſervationis illius, & qvod jura expreſsè velint, 5
ex ipſa fundatione ac dotatione, absqve interventu alterius facti, jus patronatus acqviri: Qvod itaqve jure communi conceditur fruſtrà precibus impetratur. *l. unic. C. de theſaur. lib. 10 l. C. de execut. rei judic.* qvia qvod ſemel meum eſt, amplius meum fieri non poteſt. §. *ſic itaqve diſcretis Inſtit. de act.* §. *Sed ſi rem legatarii Inſtit. de Legat.* neqve idem ex pluribus cauſis noſtrum fieri poteſt. *l. proprias C. de legat. l. 3. §. ex plurimis ff. de acqvir. poſſeſs. l. non ut ex pluribus. de reg. jur.*

Qvod attinet Weſenbecium *d. loc.* ille refert ſe ad dicta Abbatis *in c. præterea 2. de jure patron.* Qvi tamen * ipſius ſententiæ ni- 6
hil præſidii adfert, qvia Panormitanus ibi non loqvitur de reſervatione ipſius juris patronatus, ſed ſaltem de reſervatione ſervitiorum vel redituum nonnullorum, qvos non deberi, nec exigi poſſe à patrono, niſi tempore fundationis conſentiente Epiſcopo per eundem condicti fuerint, agit.

Modeſtinus Piſtoris nititur autoritate Citadini, cujus tamen rationes & fundamenta pro ſua * ſententia non firmiter ſtringunt, ut 7
cuivis legenti eas patebit. Inter alia ex eo elicere conatur, laicum non niſi ex ſpeciali reſervatione tam facile acqvirere jus patronatus, qvia illud cenſetur jus Eccleſiaſticum, aut ſaltem ſpiritualibus adnexum. *C. de jure Ext. de jure patron.* qvorum laici ſunt incapaces. *c cauſam de praſcript.* Sed ad illud reſpondendum eſt, laicum ex ſpeciali ratione in cauſa juris patronatus poſſeſſionis capacem, adeoqve etiam hujus prærogativæ participem eſſe. *c. conſultat c. ex literis de jure patron. c. cauſa de praſcript. Gilken de praſcript. p. 3. cap. 9. n. 27.*

Neqve valet à Citandino allata * illla ratio, qvod in dubio ma- 8
gis Eccleſiæ, qvàm laico favendum ſit; Qvia notiſſimum eſt, illud in materia juris patronatus non obſervari, ſed in multis contrarium ſtatui: idqve patet ex eo, qvod patronatus eccleſiaſticus ſcienter indignum præſentando, privatur jure præſentandi, non etiam laicus. *gl.*

& Panorm. in c. cum vos, de offic. ordin. Qvin & jus patronatus lai-
9 corum eſt pingvius & fortius, qvam jus patronatus * eccleſiaſtico-
rum: qvia eccleſiaſticus habet longius tempus ad præſentandum,
qvàm laicus, & ideò variare non poteſt poſt præſentationem, per ſu-
perius traditus. Qvapropter in caſu dubio hîc non verſamur: neq;
prætenſus favor qvicqvam ad rem facit, qvippe qvod & aliàs qvali-
cunqve favori juſtitia ſive qvod legibus vel Canonibus ſtatutum eſt,
præponderare debet. *c. ex tenore 11. Ext. de foro compet.* at eccleſiæ cer-
tè convenit, ut ſit cultrix & auctrix juſtitiæ. *c. 1. tit. de alienat. feud.
in uſib. feud.* Reliqvæ rationes Citadini, non merentur reſponſio-
nem. Ergò firma manet juris concluſio, ex ipſa fundatione & dota-
tione acqviri juspatronatus, abſq; ulla expreſſa reſervatione ejuſdem.
10 Neqve hanc ſententiam evertit, qvod fundator ſpecialiter jus patro-
natus in fundatione ſibi reſervare poſſit, qvamvis id ipſo jure illi e-
veniat. Qvia non novum eſt in practica, qvod qvamvis qvædam
ipſo jure, atqve ſine expreſſione debeantur & competant, nihilomi-
nus tamen majoris cautelæ gratia ſpecialiter in obligationem dedu-
cantur. Sic evictio debetur ex natura contractus, etiamſi de ea in-
ter partes nihil convenit. *l. non dubitatur C. de evict. l. 2. ff. de evict.*
Nihilominus ad majorem cautelam ab emtore plerunqve inſtrumen-
to venditionis inſeri jubetur.

Qvin etiam fundator poſſit in totum, vel pro parte remittere
11 jus patronatus, * & limitatè illud inducere in præjudicium here-
dum, prout ſibi placuerit, non ambigitur. *c. ſignificaſti. de teſtib. c. 2.
de jure patron. Riccius Aloyſius in praxi juris patron. concl. 140.*

Sed qvia dictum, jus patronatus ex fundatione, conſtructione
& dotatione oriri exinde adhuc de eo dubitari ſolet: utrum ad ac-
qvirendum jus patronatus, fundatio, exſtructio & dotatio, copula-
tivè reqvirantur. an verò disjunctivè intervenire ſufficiat, ut ſcilicet
ex ſola fundi datione, ſola exſtructione, ac ſola dotatione jus patro-
natus acqviratur? Vera eſt ſententia eorum, qvi defendunt, fun-
dationem, conſtructionem & dotationem copulativè intervenire de-
bere, vel per unam perſonam, vel per plures, eo fine, ut jus patro-
12 natus * acqviratur, ſeu ineſſe deducatur, *Abb. conſil. 106. vol. 2. per*

gl.

Digitized by Google

gl. in c. qvicunq; elect. l. 2. 16. quaſt. 7. Uti Abbas præſupponit, Eccleſiam non dici deductam in eſſe, niſi illa tria copulativè concurrant. *Duar. lib. 5. de benef. cap. 4. ferè in princ. Roch. in princ. n. 3. & verb. Eccleſiam fundavit. n. 2.* Nemo itaqve ſeparatim ex ſola fundatione, neqve ex ſola conſtructione, neqve ex ſola dotatione jus patronatus conſeqvi poteſt, ſed prædicta tria copulativè conjuncta eſſe oportet, qvia ſi horum aliqvod deſideretur, Eccleſia in eſſe non deducitur. *c. ſi qvis objecerit 7. verſ. ſicut nec anima 1. quaſt. 3. c. cum ſicut 8. de conſecrat.* Weſenb. *conſil. 48. n. 10. vol. 1.* tum qvia fundo eccleſiæ conſtituendæ ſaltem aſſignato, Eccleſia nondum eſt conſtructa, nec in eſſe deducta, tum qvia ſola conſtructione Eccleſiæ non acqviritur jus patronatus, niſi ipſe conſtruens, vel alius etiam eandem dotaverit, dum deniqve, qvia dotatio præſupponit Eccleſiam fundatam & conſtructam vel ab eo vel alio, ideoqve ex ſola dotatione non competit jus patronatus. *Roch. in verb. Eccleſiam fundavit quaſt. 2. n. 2. & verb. conſtruxit quaſt. 3. n. 3.*

Si in perficienda Eccleſia plures concurrant, unus ſcilicet fundum aſſignans, alter conſtruens, tertius * dotans; tunc ſinguli efficiuntur in ſolidum patroni; qvia * jus patronatus eſt individuum. *c. 1.* 13
§. 1. h. tit. Abbas ad Rubr. de jure patron. 14

Qvod ſi verò Eccleſia ab aliqvo fundata, & conſtructa eſſet, at verò nec dum dotata; eo caſu, ſi alius de conſenſu diœceſani hujusmodi Eccleſiam dotaverit, ille ſolus conſeqvitur * jus patronatus: ſed 15
tamen neceſſe habebit probare, Eccleſiam fuiſſe indotatam, nec potuiſſe habere recurſum ad fundatorem, vel conſtructorem, & conſenſum diœceſani conſtitutioni dotis interveniſſe. *Abbas in c. qvoniam de jure patron. Roch. de Curte, verb. & dotavit quaſt. 2. n. 3. Maſcard. de probat. concl. 958. n. 34. vol. 2.* qvi tamen conſentire non debet in dotationem, niſi prius reqviſitus fuerit ille, qvi conſtruxit; qvippè qvod ad eum aut heredes ejus ſpectet dotatio. *c. cum ſicut ubi gl. de conſecrat. Eccl. Joan. Andr. in c. 1. de jure patron.*

Et in tali Eccleſia jam prius conſecrata, ſed adhuc indotata, ſolam * dotem conſtituentem, jus patronatus etiam nanciſci, concludendum eſt. *Abbas Panorm. conſil. 59. verſ. ſecundo principaliter & conſil. 16.* 16

vol.2. Roch. de Curte verb. & dotavit n.4. Ubi dicit hanc eſſe communem concluſionem.

Contrariam ſententiam tenet gloſſa *in dict. c. pia mentis h. tit.* ubi ſcribit, ſi qvis poſt conſecrationem dotet eccleſiam, eum per hoc
17 non fieri patronum. Sed illa gloſſa * communiter reprobatur, ideò qvod ratio pro illa ſententia adducta non ſubſiſtat. Dicit enim qvod hac ratione rei ſacræ videretur imponi ſervitus, qvod eſſe non debet. *l. ſervitus §. fin. ff. de ſervitutib.*

Verùm, qvia favore Eccleſiæ ipſa dotis conſtitutio retrotrahitur, & fingitur Eccleſia dotata ante conſecrationem, ut ſic qvis inducatur ad dotandum, propter acqviſitionem juris patronatus, idcirco non dici poteſt, ſervitutem rei ſacræ imponi. *Joan. Andreæ in c. 1. verſ. fin. de jure patron.* æqvè ut favore matrimonii liberi nati antè contractum matrimonium finguntur geniti poſt matrimonium contractum. *Roch. de Curte verb. & dotavit, n. 5.* ubi tradit, hanc opinionem, tanqvam favorabilem, Eccleſiis, cum hac ratione homines ad Eccleſias dotandas facilius alliciantur, tenendum eſſe. *arg. l. ſunt perſona ff. de relig. & ſumt. fun.*

Sed qværat aliqvis, qvid juris ſit, ſi qvis Eccleſiam, cujus dos in totum periit, de novo dotet? Certè omninò dicendum eſt, eum ex
18 ſubſecuta ſola dotatione * conſeqvi jus patronatus, ſi modò doceatur, dotem primam fuiſſe redactam de eſſe ad non eſſe. *Abb. in c. qvoniam h. tit. Roch. de Curte verb. conſtruxerat. n. 12. qvaſt. 8. & verb. dotavit qvaſt. 3. n. 3.*

Nam ſicut ex nova reædificatione Eccleſiæ penitus deſtructæ (ut infra probatur *cap. 14. ſeq.*) Sic etiam ex nova dotatione acqviritur jus patronatus *Cardinal. in d. c. qvoniam.* Neceſſe autem eſt, ut, ſicut dos Eccleſiæ tota periit, ita etiam integrè & totaliter dotet Eccleſiam illam. Nam ſi qvis ex parte tantùm ſupplet dotem, vel legat, aut donat qvippiam Eccleſiæ; illa tanqvam libera, non eſt redigenda in ſervitutem ex ſolo argumento dotis. *gl. communiter recepta in c. piamentis 16. qvaſt. 5.* & ille non tam dicitur dotator, qvàm benefactor. At jura non benefactori, ſed dotandi indulgent patronatum *c. filius 16. qvaſt. 6.* ubi Abbas idcirco monet, ut cauti ſint, qvi volunt

Digitized by Google

voſunt dotem conferre Eccleſiæ, & expreſsè dicant, ſe bona Eccleſiæ oblata pro dote Eccleſiæ largiri. Qvia ſicut in refectione tantùm Eccleſiæ non acqviritur jus patronatus; ita nec ex refectione vel ſuppletione dotis: aliud namqve eſt ſupplere dotem, aliud dotare: ſicut aliud eſt ædificare, aliud reficere. *c. conſult. de Judæis Roch. de Curte verb. & dotavit n. 5.*

Qvando verò concorditer plures ſimul dotarunt, eo caſu non eſt dubium, omnes effici patronos, *Abb. conſil. 28. & ſup. Rubricam de jure patron.*

At qvando unus jam dotavit Eccleſiam, & eo ipſo jus patrona-
tus conſecutus eſt, poſtmodum * dos ipſa depauperetur, & alius 19
eandem denuò ſuppleat, tunc per id, qvod dotem ſupplevit, priore
patrono invito non efficitur patronus. *Joan. Andr. in c. 1. de jur. patron.*

Qvod ſi patronus primus conſentiret ſuppletioni dotis, & cuperet ſupplentem habere compatronum, (qvod conſentiente Epiſcopo licitè fieri poteſt,) tunc ſecus eſt; qvippe qvod primus patronus ſine aliqva ſuppletione dotis poſſit alteri jus patronatus donare, vel eum facere compatronum cum conſenſu Epiſcopi, *c. illud &c. qvod autem h. tit.* Qvidni itaqve poſſet admittere eum in compatronum, ſi ſuppleat dotem depauperatam? *Roch. de Curt. verb. & dotavit q. 3. n. 5.*

Ex præmiſſis itaqve concludendum eſt, jus patronatus ex ſola
fundatione, conſtructione * vel dotatione ſeparatim ac disjunctivè 20
non acqviri.

Contrarium ſentientes qvod attinet *Roffred. in pract. juris Pontificii p. 5. de jure patronatus n. 3. artic. 1. Menoch. lib. 3. præſumt. 90. Covarr. 2. pract. qvæſt. 36. n. 6.* illorum tradita conciliari poſſunt ex prædictis, qvod ſc. benè aliqvis fieri poſſit Patronus ex ſola nempe fundatione, exſtructione, vel dotatione, dummodo alius vel alii ſuppleant Eccleſiam, nimirum fundatam conſtruendo ac dotando *Abb. conſil. 106. vol. 2.* Unde etiam dictum eſt, ſi qvis det fundum pro conſtruenda Eccleſia, & alter ædificet, & alter dotet, omnes illos effici patronos. Et hinc deſcribitur jus patronatus, qvod competat pro eo, qvod qvis Eccleſiam fundavit, conſtruxit, & dotavit, vel ſolus vel alio concurrente. *Roch. de Curte in prolegomenis. n. 2.*

Dein-

Deinde, qvod dicitur in *c. nobis §. pro fundatione h. tit.* hoc intelligendum eſt pro plena fundatione, in qva præſumitur acceſſiſſe conſtructio & dotatio: nam aliàs Eccleſia non poſſet dici ad eſſe deducta ſive perfecta. Solet etiam in contrarium allegari textus in *c filius 16. q. 7.* ſed qvod ibi dicitur, conſtruxit vel dotavit, illud ita ſupplendum eſt, conſtruxit alio ſc. dotante, vel dotavit alio ſcil. conſtruente. Non enim aliter dici poteſt Eccleſia ad eſſe deducta, niſi fundus, conſtructio & dotatio copulativè concurrant. *Roch. d. loc. n. 4.*

Illud etiam notandum, qvod omnia jura concedentia jus patronatus ex conſtructione, vel fundatione, loqvantur in præterito
21 fundavit, vel fundaſſe, ut * in *c. pia mentis &c. Frigentius 16. qvæſt. 7.* qvod verbum de ſui natura importat actus perfectionem, non inceptionem tantùm *l. ſi qvis verſ. qvod ſi dum proponitur ff. de jurisd.* Et dicitur fundare, qvi ſuis propriis ſumptibus fundavit Eccleſiam. *c. monaſterium 16. qvæſt. 7.* Volenti itaqve incipere, & poſtea pœnitenti, nihil acqviritur ex tali propoſito; ſed reqviritur fundatio & conſtructio Eccleſiæ, qvæ exſtructa dici non poteſt, usqve dum aliqvid ſupereſt conſtituendum. Ergò neqve tali inceptori, etiamſi habuerit voluntatem perficiendi, ſed tamen non perfeciſſet, & alteri iſtam voluntatem exeqvendi mandatum non reliqviſſet, verum paſſus fuerit alterum perficere, acqviritur jus patronatus; qvia voluntas in his, qvæ ſunt facti, ut ædificare conſiſtens per mille annos in cogitatione, non habetur pro facto. *c. 1. Ext. de eo, qvi mitt. in poſſeſſ.*

Si autem per alium ordinaſſet perfici, impeditus fortè morte, vel alio modo, qvia per eum non ſtetit, qvo minus conſtruxit, is tunc conſtruere dicitur. *l. uter ex fratribus ff. de condit. inſtit.* & hinc indubitatè acqviritur jus, vel heredibus ſuis, qvi enim per alium qvid facit, per ſeipſum facere videtur. *c. qvi per alium de reg. jur. in. 6.*

Sed qvid ſi aliqvis me inſcio in fundo meo Eccleſiam exſtruat, cuinam jus patronatus competet? Certè cum Eccleſia tanqvam ſu-
22 perficies privata ſolo meo ceſſerit, magis eſt, ut juri patronatus * locus non ſit. *l. adeò §. cum in ſuo ff. de acqvir. rer. dom. §. cum in ſuo Inſtit. de rer. diviſ. & acq. ear. dom.* Potero itaqve ergò propria autoritate occupare illam Eccleſiam. *l. ſi in area 33. verb. cum autem de condict.*

Digitized by Google

c. ex dict. indeb. vel demoliri, *l. qvemadmodum 29. §. 1. verſ. aliud dicendum eſt. ff. ad L. Aqvil. junct. text. in c. 2. Ext. de novi oper. nunciat.* Qvod ita obtinet in Eccleſia nondum ab Epiſcopo conſecrata; qvo caſu mihi ſaltem fundi æſtimatio à conſtructore numerabitur. *c. comperimus 16. q. 4.* Niſi & ego Eccleſiæ fundum meum ceſſerim, etiam ſex poſt facta. Nam hoc caſu, utriqve & mihi & ædificatori jus patronatus accedit, ratione nimirum fundationis & conſtructionis. *dd. jurib. ſup. citatis & arg. l. 3. C. de rei vendicat.*

Qvid ſi vaſallus in prædio feudali Eccleſiam ædificet? Sanè qvia hæc ædificatio ad alienationem ſpectat, qvæ vaſallo * etiam religionis cauſa interdicta eſt, idcircò vaſallus ædificans Eccleſiam ejus patronus non efficitur. *c. Imperialem §. habito. de prohib. feudi alienat. per Frider. & c. 1. §. donare. Qval. olim pot. feud. alien. cedet.* Igitur jus patronatus directo domino, ſi Eccleſia ſacra facta ſit. *§. cum in ſuo Inſtit. d. tit. Roch. de Curte verb. Eccleſiam fundavit. num. 9.* 23

E diverſo autem, qvia feudi alienatio in Eccleſia, domino etiam invito vaſallo permiſſa eſt, *c. unic. §. 1. de allodiis* meritò ille conſtituendo Eccleſiam in feudo, jus patronatus ſibi acqvirit.

Qvod ſi Clericus ex reditibus beneficii ſui Eccleſiam exſtruxit, non tam ſibi & ſuis heredibus, qvàm ſuæ Eccleſiæ jus patronatus acqvirit. *c. Apoſtolicas in fin. 12. qvæſt. 2. junct. relatum 14. Ext. de pecul. cler.* Fundare enim is dicitur, qvi ſuis propriis ſumptibus Eccleſiam conſtruit. *c. monaſterium 16. qvæſt. 7.* 24

Deniqve domo in Eccleſiam converſa, nihilominus jus patronatus exſurgit; * Cum nihil interſit, ædificium in Eccleſiam à principio, an verò poſtea redactum ſit. *Roch. de Curte d. loc.* 25

CAPUT XIV.

An & qvatenus per reædificationem Eccleſiæ deſtructæ jus patronatus acqviratur.

SUMMARIA:

Eccleſiam deſtructam aliò transferens, ille jus priſtinum recuperat, n. 1.

Magis

Magis favorabile eſt collapſa reparare, qvàm nondum exſtructa conſtruere. n. 2.

Qvi reparat, cenſetur de novo ædificare. n. 3. qvod declaratur num. 4 5. 6. & 7.

Alia eſt cauſa refectionis, & qvæ non planè collapſa, & ejus qvæ planè collapſa. n. 8.

Si unus incipiat ædificare, qvi deinde deſtitit, & tertius compleat, ille ſit patronus. num. 9.

Si Tertius juſſu magiſtratus ex cauſâ aliqva Eccleſiam fundaſſet, non conſeqvitur jus patronatus. n. 10. & 11.

Deus non eſt remunerator nominum. ſed adverbiorum. n. 12.

SI Eccleſia funditus deſtructa ſit, qvam prior patronus inſtruit vel in
1 alium locum transfert, tunc * ille jus priſtinum recuperat. *Menoch.*
conſil. 90. n. 27. & conſil. 512. n. 9. Si verò prior patronus eam reficere nolit, tum alius qvi conſentiente Epiſcopo eandem de novo reædificat, fieri ejusdem patronum, eodemqve loco eſſe, ac ſi ab initio eam novam conſtruxiſſet, *textus eſt in Nov. 65. cap. 2. ubi Gothof. lit. R.* & tenet Petrus Peccius *in tract. de Eccleſ. reparandis. cap. 34. n. 1.* cum magis favorabile ſit, collapſa reſtaurare, qvàm nondum
2 * exiſtentia conſtruere. *c. Rainutius de Judæis*, & certè à pari judicantur, ædificare & reparare; qvippe qvod dicatur ædificare ille, qvi re-
3 parat * æqvè ac qvi de novo ædificat. *d. Nov. 65. cap. 2. ubi Bart. & l. 3. §. hoc autem ff. de itin. actuq́; priv. Roch. de Curte verbo conſtruxit. n. 22. Modeſt. Piſtor. conſil. 43. n. 32. vol. 1.*

Qvod ut maximè obtinet, qvando Eccleſia funditùs deſtructa
4 reparatur, ut tunc perinde * ſit, ac ſi de novo conſtitueretur *arg. c. conſuluit de Judæis.* Unde etiam fit, qvod prior patronus per totalem illam ruinam deſinat eſſe patronus, qvia res & obligatio ſemel extincta amplius non reviviſcit. *l. qvi res §. arcam ff. de ſolut. c. qværis. de conſecrat. diſt. 4.* qvod declaratur ita, niſi ipſe eam reparare paratus ſit, aut reparet. Sed hoc de eo ſaltem accipiendum, qvi propter fundum aut ædificium tantum, jus patronatus acqviſivit. Nam

ſi

ſi ex aliis bonis, fundis, prædiis & reditibus dotem Eccleſiæ conſtituit, eo caſu jus patronatus apud eundem manet, ſicut dos ipſa manet: Sed iſtum, qvi Eccleſiam ex ſuo reficit, & qvem ipſe ad reparationem admittit, compatronum ac veluti ſocium habebit. *Roch. de Curte verbo, conſtruxit qvaſt. 8. qvod,* qvod probat & ſeqvitur Peccius *d. cap. 34. n. 2.*

Atqve ita is, qvi Eccleſiam * in totum dirutam reædificat, videtur eam naturaliter ad eſſe deducere, ſicuti qvi eam ab initio ædificat. *Citadin. de jure patron. p. 3. cauſ. 4 n. 7. & cauſ. 1. n. 42.* ubi dicit, qvod ſicuti homo mortuus non eſt homo *c. Moſes 32. q. 2. Clement. 1. de Summ. Trinit.* ita nec diruta Eccleſia, dicatur eſſe Eccleſia. 5

Secus itaqve eſt, ſi Eccleſia non ſit funditùs deſtructa; num tunc antiqvus patronus, * niſi planè eam negligere velit, manet patronus. 6 *arg. l. Prætor. §. vicinales ff. Ne qvid in loco publ.* qvia aliud eſt facere, aliud reficere: Qvam rationem adfert Roch de Curte *d. verbo conſtruxit num 12.* ex Panormitano *in c. conſuluit de Judæis.*

Et ſanè eſſe aliam cauſam refectionis ejus rei, qvæ non planè collapſa eſt, & illius, * qvæ totaliter deſtructa fuit, probat Felinus 7 *ad c. cum acceſſiſſent de conſt. per l. ſi ita legatum §. 1. de legat. 1.* ubi dicitur: Si teſtator alicui legavit domum, qvam poſtea particulatim refecit, legatum non cenſeri revocatum, ſed deberi adhuc legatum: at ſecus eſſe, ſi domum penitùs deſtructam de novo reædificarit, nam tunc cenſeri revocatum eſſe legatum, qvaſi jam non ſit eadem, ſed alia domus: Sic ædificium ex toto deſtructum reficienti novum, opus nunciari non poteſt; at ſecus ſi pro parte deſtructa ſaltem reparetur *Bartol. in l. ſi qvis ædificium ff. de novi oper. nunciat Pet. Peccius dict. cap. 34. n 2. & 3.*

Et hanc ſententiam probat etiam Roffredus *in tract. libellorum ſuper jure Pontificio de jure patronatus n. 5. per l. 1. §. ſi qvis ædificium ff. de novi oper. nunciat.* addita ratione; qvia Eccleſia referta eadem cenſentur cum prima *arg. l. qvod inde §. non tantùm ff. Qvib. mod. uſusfr. amitt. l. ſi ita legatum §. ſi demum ff. de legat. 1.*

At cum ex veteri materia Eccleſiam qvis omnino reficiat, qvod rarum eſt, plus dubitationis ſubeſſe ſolere, ſcribit Peccius *d. cap. 34.*

Digitized by Google

ſub n. 2. Nam ſicut idem eſt judicium, licet mutetur judex & populus *l. proponebatur ff. de judic.* & eadem eſt navis licet tabulæ ipſius ſucceſſivè transferantur *l. qvod tamen ff. Qvib. mod. uſusfr. amitt.* ita & eadem videtur eſſe Eccleſia, qvæ ex eadem materia reſtaurata eſt.

Et ſicut ubi ſublatum eſt ædificium, ex qvo ſtillicidium cadit, ſi ſub eadem ſpecie & qvalitate reponatur, antiqva utilitas, manet *l. ſervitutes §. ſi ſublatum ff. de ſervit. urb. præd.* ita etiam veteri patrono hoc caſu jus patronatus integrum permanere debere, videri poſſet.

Sed cum in his & aliis ejusmodi plurimis, non de his agitur, qvæ in univerſum ſemel conciderint, ſed aliqva ſaltem ex parte remanſerunt, utiqve ab iis ad hæc juſtiſſimam argumentationem duci non poſſe concludit Peccius *d. loc.* ex Cardinali *ad c. qvoniam de jure patron.* & inde diſtingvit cum Felino *ad d. c. cum acceſſiſſent de conſtit.* aliam eſſe cauſam refectionis ejus rei, qvæ non planè collapſa eſt, & illius, qvæ * funditus deſtructa *per l. Si ita legatum §. fin. de*
8 *legat. 1.* prout illa ipſa diſtinctio paulò antè etiam tradita & explicata eſt.

Sed qvid, ſi unus incipiat ædificare Eccleſiam, qvi poſtmodum ab opere deſtitit, qvam poſtmodum tertius ædificando complevit, uter ex his duobus acqvirit jus patronatus? Hunc, qvi ſtructuram
9 perfecit, * in jure patronatus ei, qvi incepit, præferendum eſſe, tradit Citadinus *p. 3. n. 37. & ſeqq.*

Illud addo; ſi Titius juſſu Magiſtratus ex præcedente aliqvâ
10 cauſa Eccleſiam fundaſſet, non conſeqvitur * ex hac fundatione jus patronatus. Cum enim laicis jus illud tantummodo in remunerationem beneficii in Eccleſiam ſpontè collati, conceſſum ſit, ideoqve
11 non * videtur, qvod beneficium coactum, & non voluntarium hujusmodi remunerationem promereri poſſit *arg. text. in c. non ſatis diſt. 86. c. ſicut enim 32. qvæſt. 5. Citadin. d. loc. n. 52.* Et Deus non eſt
12 remunerator nominum, ſed adverbiorum, * an ſc. malè vel benè, ſpontè vel coactè feceris. *gl. in c. 1. verb. qvalitas Ext. de colluſ. deteg.*

Paul. de Citadinis cauſa 1. tertia partis princ. num. 51. & ſeqq.

CAP.

CAPUT XV.
Adhuc de dotatione, tertio modo acqvirendi jus patronatus.
SUMMARIA:

Dotis vocabulum non uno modo accipitur, ſed variè. n 1 2. & 3.
Dos Eccleſiæ data debet eſſe ſufficiens qvoad qvalitates & qvantitates. n. 4. & debet conſtitui onere fundatorum. n. 5. Debet etiam eſſe perpetua, ut ſit. n. 6. Debet dari pro modo facultatum patroni, & dignitate Eccleſiæ. n. 7. Qvod explicatur. n. 8.
Tutius & honeſtius eſt, fundare Collegium per tres, qvàm per duos, & ratio. n. 8. & 9.
Dos Epiſcopatuum qvænam ſingularia habeat. n. 10.
In monaſteriis fundatione qvæ & qvanta dos reqviratur. n. 11.
Academia debet fundari certâ dote & ſufficienti. n. 12.
Epiſcopus loci debet exigere cautionem de dote ſufficienti Academiæ conſtituendæ, qvod exemplo declaratur in Academia Roſtochienſi. n. 13. & 14.
Res dotationis qvales eſſe poſſint. n. 15. 16. & 17.
Meretrix ex injuſtè qvæſitis an acqvirat jus patronatus. n. 20.
Qvid ſi de rebus alienis ædificetur Eccleſia? n. 21.
Dotatio poteſt fieri ſine conſenſu Epiſcopi. n. 22.
Conſenſus Epiſcopi reqviritur ad id, ut qvis per dotationem fiat patronus num 23.
Aliqvando ex dotatione majus jus patronatus acqviratur, qvàm ex fundatione. n. 24.
Si plures ſint patroni, omnes aqvè ſint patroni, etiamſi unus plus qvàm alius pro dote contulerit. n 25. Ratio. n 26.
Conſtructori incumbit Eccleſiam dotare, ſi nullam dotem habeat. num. 27.

Conſenſus Epiſcopi tempore dotationis intervenire debet n 28.
Si dos Eccleſiæ amiſſa, non cogetur patronus, eam denuò dotare. num. 29.
Trium Eccleſiarum in Gryphisvvaldo jure patronatus Abbas Hildenſis donavit Academiæ ibidem. n. 30.

IN præcedenti *Cap.* 13. dictum eſt conjunctim de fundatione, conſtructione, itemqve etiam de dotatione. Sed qvia ibidem omnia & ſingula eò pertinentia, convenienter tradi non potuerunt, idcircò illa hoc loco tanqvam utilia apponenda neceſſarium duxi.

Præmittendum autem eſt, vocabulum dotis non uno modo
1 * accipi. Primò namqve largiſſimâ appellatione dotis ſignificatur, qvidqvid boni adeſt alicui vel à natura, vel ab induſtria, aut deſtinatione hominis. Et hoc modo in homine dotes animi & corporis conſiderantur: Ut cum dicimus; Iſte puer habet præclaras ingenii dotes. Qvin & JCtus ea, qvæ fundis inſerviunt, dotes prædiorum appellavit. *l. 2. §. 1. & l. Seja & liberta ff. de fundo inſtruct. legat.*

Deinde dos propriè * refertur ad matrimonium vel nuptias; qvo
2 reſpectu ſignificat rem à muliere ejus nomine, matrimonii cauſa ad ſuſtinenda onera datam: Sic accipitur *in tot. tit. de jure dotium, & tit. pro dote ff. & C. & aliis* omnibus titulis de dote loqventibus, Germanis: Ehegeld / Brautſchatz / Eheſteuer / item Heyrath-Geld / der Frauen Einbringen oder Mitgifft.

3 Deniqve largè * dos etiam dicitur id, qvod qvis donat Eccleſiæ à ſe vel alio ædificatæ ad luminaria, ad ſacrorum miniſterium, ad domus cuſtodiam, adeoqve pro ejus Rectore vel Sacerdote, qvi qvaſi maritus onera ejus in miniſtrandis Sacramentis & celebrandis ſacris ſubiturus. Talis donatio dicitur Dos. Et qvi ita dotavit, ſeu ditavit Eccleſiam, patronus ejus dicitur, & de hac dote agitur *Novell. 67. cap. 1. & 2.*

Unde dicitur in *c. cum ſicut Ext. de conſecrat. vel altar.* qvod nulla Eccleſia ſit conſecranda, niſi de dote ei proviſum fuerit: ex qvo Panormitanus *ibid.* notat, qvod fundans Eccleſiam, obligetur ad dotem congruam, & competentem illi dandam, prout pater carnalis obli-

obligatur ad dotem competentem filiæ conſtituendam. *juxta l. fin. §. utramq; C. de dotis promiſs.* ſicut enim dos datur marito ſecundum facultatem conſtituentis, ſc. nobilitatem & qvalitatem & conditionem viri & mulieris. *l. cum poſt divortium § gener C. de dotis promiſs.* Ita & dos eodem modo conſtituitur. Item ſicut dos datur marito propter onera matrimonii ei incumbentia. *d. tit. de jure dot.* Et ſecundùm qvantitatem debent poſtea ſervitores & clerici in Eccleſia ordinari. *Nov. 16.* Ita debetur Eccleſiæ dos ſufficiens ad cuſtodiendam ſive conſervandam * illam, & luminaria ſimiliaqve præſervanda; vel 4
breviter: aſſignatur dos, ut ex illa Eccleſiæ ſumtus & onera expendi qveant. *c. pia mentis 16. qvæſt. 7.* adeoqve debet res donata talis eſſe, non tantùm qvoad qvalitatem, ut donans det ſponte ſine coactione. *c. non ſatis diſt. 86.* Sed etiam qvoad qvantitatem, ut hoc jus mereatur: non enim propter qvamlibet rem modicam datam efficitur qvis patronus, modica enim dos non meretur nomen dotis. *Auth. Præterea c. unde vir. & uxor. Gail. 2. obſ. 88. n. 11.* niſi tantam ipſe dederit, vel à pluribus conferatur, qvod ſufficiat ad neceſſaria miniſtrorum & ad luminaria. *c. nemo de conſecr. diſt. 1. gl. c. qvicunq; fidelium 30. verb. aliqvid 16. q. 7. Cothm. conſil. Acad. 29. n. 125.* Plures namqve etiam ad dotationem eandem concurrere poſſunt, qvi omnes in jurepatronatus æqvo jure admittuntur: licet conſultiùs Eccleſiæ foret, ſi hæc omnia ab uno & eodem ob vitandam diſcordiam peragerentur. *l. cum pater 77. §. dulciſſimos ff. de legat. 2. arg. l. 2. de exercit. act.*

Qvi itaqve aggreditur ædificare Eccleſiam, ipſo facto videtur ſe obligare ad eam dotandam; & qvidem ante * fundationem dos 5
aſſignatur *c. nemo diſt. 1.* Alius autem qvantumcunqve poſtea illam Eccleſiam ditet, licet benefactor ſit, nunqvam tamen patronus cenſendus, qvi non deduxit Eccleſiam de non eſſe ad eſſe. *Cothm. reſp. Acad. 30. num. 7.*

Qvin & dos * debet dari, ut ſit perpetua dos illius Eccleſiæ, 6
qvippe qvod patronus Eccleſiæ vel etiam Academiæ nemo fiat, qvi reditus ſive dotem dat qvoqvo modo repetendam, nec in perpetuum permanſuram. *Coth. reſp. Acad. 29. n. 12.*

Dotans itaqve ſive dotem conferens, acqvirit jus patronatus,

tunc

tunc nimirum, ſi dos ſit congrua & ſufficiens ad conſervationem Ecclesiæ vel Academiæ & ſuſtentationem. Non enim intereſt ad præſens negotium, an parum detur Eccleſiæ vel nihil. *Panorm. ad c. audientium de Eccleſ. ædif.* ſi ſumptus neceſſarii pro miniſtris & luminaribus conſtituantur. *c. nemo de conſecrat. gl. in c. qvicunq; 16. q. 7.* dixi, neceſſarios ſumptus: Neutiqvam enim patroni in ipſa dotatione nimium onerandi ſunt, ne expenſarum magnitudine à tam laudabili opere deterreantur. *Panorm. in c. ſicut de conſecrat. Eccl.*

Dos ergo Eccleſiæ & pro modo facultatum patroni, & dignitate præfecti, ſeu qvalitatis Eccleſiæ * erectæ conſtitui debet, argu-
7 mento conſtituendæ dotis à patre filiæ & genero. *l. cum poſt 69. §. gener. à ſocero 12. §. nuptiis & l. qværo qvanta pecunia 60. de jure dot.*

Dotis ſufficientia conſideranda etiam erit habita ratione temporis fundationis, qvia eo tempore conveniens eſſe debet. *d. c. nemo de conſecrat. diſt. 1. c. placuit 1. qvæſt. 2. c. conqverente de Epiſc. & cler.* Qvare ſi tunc ſufficiat, & poſtea vel ratione cladis ſupervenientis, vel caritatis annonæ, deſinat eſſe ſufficiens, vel fuerit imminuta lapſo patrono facultatibus: & tunc imputare ſibi debet Eccleſia, ſi patronum, anteqvam laberetur facultatibus, non interpellaverit: qvemadmodum reſponſum de republica, qvæ ſuo tempore officialem ſuum ſibi obnoxium non exegerit, anteqvam deſtitueretur facultatibus. *l. 1. C. de peric. nominatorum lib. 11.* Cæterum qvanta eſſe debeat dos Eccleſiæ, & ejus ſufficientia, explicat gloſſa. *ad d. c. ſicut de conſecrat. Eccl. vel altar & ibi Panorm. Pet. Gregor. in tract. de beneficiis cap. 15. ſub num. 3.*

Moderatio itaqve exhibenda eſt, ut ſi Eccleſia collegiata ſit, dos conferatur pro dignitate & numero collegarum, & ut ad minimum ſaltem pro duobus aut tribus ſufficiens dos ſit; qvia duo faciunt congregationem: tres collegium *gl. in c. 1. de elect. l. Neratius ff. de verbor. ſignificat.*

Sed tutius & honeſtius erit, non fundare collegium vel conven-
8 tum, niſi ſaltem tres ſint: nam facilius per tres * expediri negotia communia, qvàm per duos, poterunt. Cum enim duo tantùm erunt, poterunt ab invicem diſſentire, & diſpares in ſententia, qvo ipſo

ipſo negotia infecta relinqverentur. Si verò tres ſunt, duorum ſententia unius opinioni præferetur, & ſecundùm eam expediri poterit * negotium. *l. item ſi unus 17. §. principaliter de recept. arbitr. Pet.* 9
Gregor. d. cap. 15. ſub n. 3.

Dos pro Eccleſia non collegiata, ad minus pro duobus ſufficere debet. *gl. in c. ut qvisq; in verb. clericum de vita & honeſt. cleric. Cacher. conſil. 159. n. 3. & ſeq.* Si itaqve ſit Eccleſia parochialis, ita moderatio inſtituenda eſt, ut tunc reditus ſufficiunt ſaltem victui duorum, presbyteri, inqvam, & clerici, qvia non poteſt presbyter ſolus divina officia peragere. *c. ut qvisq; de vita & honeſt. cler. c. propoſuiſti de filiis presbyt.* Expediret tamen, ſi fieri poteſt, duobus presbyteris parare neceſſaria; ut ſi forte unus in caſum adverſum ægritudinis incideret, qvo non poſſet myſteria inchoata perficere, alius vices ſubiret, *juxta c. illud qvæſt. 1.* Et aliqvando placuit, ut dos tribus ſufficeret. *c. ut qvoq; de conſecrat. diſt. 1. Thalos d. loc.*

Epiſcopatuum dos habet ſingularia * jura pro dote, qvæ *in c.* 10
conqverens de offic. ordin. veluti Cathedralium *c. 1. 10. q. 1.* Enthroniaſticum, nempe pecuniam, qvæ datur ob Inthroniſationem vel confirmationem Prælatorum inferiorum. *Nov. 123. de ſanctiſſ. Epiſc. §. ſi qvid autem. & §. ſed neq; clericum procurationem c. cum Apoſtolus de cenſib.* Qvartam epiſcopalem *c. officii c. reqviſiviſti de teſtam. c. de qvarta. de præſcript.* Indictiones extraordinarias ratione charitativi auxilii ſive ſubſidii, *d. c. cum Apoſtolos de cenſib. & d. c. conqverente de offic. ordin.* Compendia mulctarum, & reditus ex jurisdictione. *Clement. pen. de elect. c. licet de pœn. c. irrefragibili. § fin. ff. de offic. ordin.*

In monaſteriorum * fundatione debet dos ſufficere ad nutrien- 11
dos presbyteros, diaconos, ſubdiaconos, cantores & lectores ſecundùm numerum deſtinatum; item debent ibidem hoſpites recipi, & jura Epiſcopalia ſolvi. *Nov. de Monachis 5. cap. 1. Pet. Gregor. d. cap. 15.*

Pontificatus maximos peculiares reditus, ex decimis clericalibus, ex annatis &c. Qvæ exempla hic pauca ſufficiant. Longum enim eſſet Epiſcoporum & Patriarcharum, Primatum, Metrapolitanorum patrimonia perſeqvi, Ducatus, Comitatus, Marchionatus & ditiones adjicere, qvæ omnia qvilibet habent ita ſibi cognita, ut ali-

qvando aliqvibus ea ſint notiora magis, qvam divinum officium, & munus conjonctum. *Pet. Gregor d. loc. n. 7. in fin.*

Sic qvoqve nulla Academia eſt fundata & erecta autoritate ſu-
12 perioris, qvæ non ſit inſtructa * certa dote, unde ipſum corpus cum membris ſuis poſſit ſuſtentari. Sed qvæ olim fuerunt ſtipendia, tum Profeſſorum, tum Clericorum in Eccleſiis & Scholis, illa hodie in tanta caritate annonæ vix ſunt mediocria; qvod hoc tempore omnes experiuntur, qvi Academiis & Scholis ſunt affixi.

Qvin & ut Academiis & Eccleſiis eò rectius conſulatur, Epi-
13 ſcopus loci debet exigere cautionem * adeo ut ſi hoc facere omittat, vel ſine dote conſecret, ipſemet teneatur Eccleſiam dotare; ſicuti ei tenetur providere, qvem ordinaverat ſine titulo. *c. 2. c. Epiſcopus c. cum ſecundùm Apoſtolum de prabend.* Qvod latius explicat Pet. Gregor. *d. cap. 15. n. 3.*

Hinc eſt, qvod Duces Megapolenſes cum impetrarent jus eri-
14 gendæ Academiæ in Roſtogt / Pontifex * Martinus cautionem de dotanda Academia illa ab ipſis Ducibus exegit, qvæ etiam nomine Ducum præſtita eſt, de qvo apud Erneſt. *Cothm. reſp. Academ. 33. num. 3. & reſp. 29. n. 121.*

15 Reſtat inqvirere, * ex qvibus rebus conſtare dos Eccleſiæ fundandæ poſſit? Et qvidem poſſit dici, univerſa bona, patronum in dotem Eccleſiæ ſuæ dare poſſe exemplo. *l. mulier. bona. de jure dot. l. nulla lege C. eod.*

16 Sed rurſus dicimus, * eam poſſe conſtare vel ex pluribus, vel ex paucioribus: eſt enim beneficii nomen univerſale. *Panorm. ad c. ſignificaſti. de prabend. c. cum venerabilis de except.* Qvare dos non continet ſingulares in ſpecie res, ſed omnes, qvæ ejus juris cenſentur; ut dicitur de appellatione hereditatis, *l. hereditas 50. de petit. hered.*

17 Res igitur dotationis * ejus eſſe poſſunt mobilia & immobilia. *c. terrulas & ſeqq. 12. q 2. c. hoc jus 10 q. 2.* Res etiam beneficii & Eccleſiæ, jura Eccleſiaſtica appellantur: *c. 2. de reb. Eccleſ. non alien. c. fin. de pact. in 6. Pet. Gregor. Tholoſan. d. cap. 15. n. 14.*

Qvemadmodum autem fundatio & conſtructio debet fieri de
18 bonis propriis, & ab omni onere liberis, * ita qvoqve dotatio fieri debet.

debet de bonis, qvæ reſtitutioni aut repetitioni non ſunt obnoxiæ, non etiam de bonis emphytevticis ſine conſenſu domini. Qvia amplius exigitur, ut fundator de ſuis bonis & legitimè qvæſitis fundet, * qvicqvid enim in Dei ſacrificio ex ſcelere offertur, non placat iracundiam, ſed irritat, *c. non eſt putanda eleemoſyna 291. qvæſt. 1.* Hoſtiæ impiorum ſunt abominabiles, qvæ offeruntur ex ſcelere. *Proverb. c. 22.* Idem qvoqve de aliis ex rapina, tyrannide & impiis artibus qvæſitis dicendum, ex qvorum eleemoſynis ſeu fundatione qvis non meretur nomen Patroni. *Paul. Citadin. 3. part. in cauſ. acqvir. n. 56. & ſeqq. usq; ad num. 65.* 19

Si tamen de malè qvæſitis, in qvibus non eſt locus repetitioni, agatur, dicunt Interpp. in remiſſione peccatorum fundari & dotari poſſe Eccleſiam, eleemoſynas fieri, ut explicat gloſſa. *ad d. c. non eſt putanda 27. Pet. Gregor. dict. cap. 15. n. 3.*

Hinc etiam concludunt Interpp. meretricem ex injuſtè acqviſitis fundare poſſe Eccleſiam, * vel dotare: qvia illud repeti non poteſt. *l. item § quoties ff. de condict. ob turp. cauſ. ſup. cap. 10. verſ. ſed an fœmina, quæ meretrix eſt &c.* 20

Qvod ſi de rebus alienis de facto ædificata Eccleſia vel conſecrata, qvandoqvidem qvod ſemel conſecratum * eſt, non poteſt reſtitui, debet pretium dominis ab Eccleſia reddi. *c. comperimus 14. qvæſt. 5.* Semel enim Deo dicatum non debet in profanos uſus converti. *c. ſemel Deo dicatum de reg. jur. in 6. c. ligna de conſecrat. diſt. 1. l. ædeſ ſacra ff. de contract. emt. Pet. Gregor. d. loc.* 21

Non autem refert utrum dotatio conſecrationem & dedicationem Eccleſiæ vel loci religioſi præcedat, vel ſeqvatur; idqve favore Eccleſiæ, ut retrahatur, perinde ac ſi ab initio facta fuiſſet: pro qvo videtur expreſſus textus. *in c. cum ſicut de conſecrat. Eccl. vel altaris.* Sicut dicitur de filiis, qvi legitimantur per ſubſeqvens matrimonium, qvi ſunt legitimi perinde, ac ſi ab initio interveniſſet matrimonium. *c. tanta qvi filii ſunt legit. § fin. Inſtit. de nupt.*

An dotatio fieri poſſit * ſine conſenſu Epiſcopi? qværi ſolet. Qvod adfirmatur; cum unusqvisqve poſſit benefacere & beneficium conferre in Eccleſiam, monaſterium vel alium pium locum, absqve 22

conſenſu Epiſcopi; qvia eo ipſo nullum præjudicium infertur Eccleſiæ, ſed potius agitur de ipſius commodo & utilitate.

At ut per dotationem qvis conſeqvatur jus patronatus, id absqve conſenſu Epiſcopi fieri non poteſt. Ratio diverſitatis eſt: qvia
23 * hoc caſu tenetur de aliqvo onere, ſeu qvaſi ſervitute Eccleſiæ, & idcircò conſenſus Epiſcopi omninò eſt neceſſarius, maximè cum jus patronatus habeat adnexum aliqvod ſpirituale. *c. qvanto de judic.*

Et ita ex prædictis patet, qvomodo per fundationem, ædificationem & dotationem conſtituatur & acqviratur jus patronatus: & qvidem ipſo jure, nulla teſtatione adhibita. *per text. in c. ſignificavit 14. Ext. de teſtib. ubi Panormit. c. piæ mentis &c. decernimus 16. q. 7. Lambert. in 1. lib. 4. artic. 2. qvæſt. princip. 1.* Siqvidem beneficium eſt à jure ſpontè delatum patrono. *c. filiis d. c. decernimus.*

24 Cæterùm illud non rarò evenire ſolet, ut ex dotatione * majus jus patronatus acqviratur, qvàm ex fundatione. Ponamus enim, qvod Cajus ex fundatione fuerit Patronus in aliqvo monaſterio. *c. 3. Ext. de ſtat. monach.* Sanè hoc caſu jus patronatus Cajo in primo monaſterio ex fundatione qvæſitum, penitùs extingvitur, cum tamen illud ſi ex dotatione competiiſſet, ad ſecundum monaſterium tranſiret.

Qvamvis autem unus plus qvàm alius contribuerit in fundatio-
25 ne, nihilominus tamen æqvè omnes ſunt patroni, * nec unus plus qvam alius, vel magis minusve patronus dicitur, qvia unus ex ſociis, qvi minus tribuit pecuniarum, æqvaliter cenſetur ſocius cum magis contribuente; qvod induſtria plerunqve in defendenda Eccleſia ſuperet pecuniam alterius. *per l. ſocietates ſ. & l. ſi non fuerint ff. pro ſo-*
26 *cio.* Patronatus enim * cauſa magis reſpicit jus, qvam res patrimonii, & pro indiviſo pluribus uni patrono, ex diverſis ſuccedentibus æqvaliter competit. *Clement. 2. de jure patron. c. 1. & 2. eod. P. Gregor. d. tract. cap. 17. n. 5.*

Sanè ſecundum majus & minus differunt, qvod explicat D. Cothmann. *conſil. Academ. 29. n. 37.*

Sed ponamus, Eccleſiæ jam conſtructæ nullam dotem attributam eſſe; cui ergò jus dotandi incumbet? Conſtructori * hoc in-
27 cumbere, probat textus *in c. cum ſicut Ext. de conſecrat. Eccl.* ob ta-

citam

etiam obligationem, qva ſe ſimul ad dotandam obſtrinxit. *arg. l. ſi duo in fin. de acqvir. vel omitt. hered. l. legatis ff. de alim. & cibar. leg. l. fin. de jurisd.*

Sed qværitur, an etiam ex ſimplici donatione vel legato Eccleſiæ non dotatæ relictæ proveniat? Qvod concedendum non eſſe, etiam antehac traditum, niſi ab ipſo ædificatore donatum vel relictum ſit Eccleſiæ. *arg. l. fin. C. de dotis promiſs.* aut ab alio extraneo, cum conſenſu Epiſcopi; ut ſic conſenſus Epiſcopi illud operetur; his enim ſpeciebus res dotis munere fungetur. *Roch. verb. & dotavit num. 9. & ſeq.*

Hunc verò * conſenſum Epiſcopi, tempore dotationis intervenire neceſſe eſt, cum ex intervallo interpoſitum pactum nihil obſit Eccleſiæ liberæ. *c. 3. Ext. de cenſib. junct. l. fin. ff. de pact.* 28

Sed qvid ſi dos Eccleſiæ amiſſa incendio, inundatione aut alio caſu, cogetur ne patronus * ſecunda vice dotare Eccleſiam? 29 Minimè qvippe qvod nemo ad ſecundam dotem conſtringi poſſit. Actus etiam noſtri ultra intentionem non obligant. *l. omnis 19. ff. de reb. cred. l. fin. C. Ne uxor pro marito.*

Qvod ſi qvis alterius nomine fundet, ædificet, aut dotet, qvid dicendum? certè non dubitandum eſt, illum patronum fieri, ex qvo illius nomine geſſerit, vel jus inde creatum illi communicaverit. Feciſſe namqve dicitur is etiam, qvi per alium fecit, vel cujus nomine ab alio factum eſt. *l. ita autem §. geſſiſſe de adminiſt. tut. c. qvi facit de reg. jur. in 6. Pfeill. conſil. 182. n. 88.*

Ex præcedentib. itaqve ſatis ſuperqve conſtat, fundatione & dotatione acqviri jus patronatus; ubi hoc addendum eſt: Civitatis Gryphisvvaldenſis prima fundamenta jeciſſe Abbatem Monaſterii Hildenſis; & Monachos Hildenſes Eccleſiarum Parochialium D. Nicolai, Divæ virginis Mariæ, & D. Jacobi fundatores & conditores fuiſſe, adeoqve jura patronatus earum Eccleſiarum olim ad Abbatem & Collegium Monachorum Hildenſium pertinuiſſe. Qvæ jura patronatus trium Eccleſiarum illarum poſtmodum Theodoricus Iven, Abbas Hildenſis * conſenſu ſui collegii noſtræ Academiæ Gryphisvvaldenſi donavit, cujus donationis diploma eſt in Academiæ Archivo: 30

ubi hæc verba leguntur: *Donamus ad novam univerſitatem almi ſtudii Gryphiſvvaldenſis tres Parochiales Eccleſias, videlicet Præpoſituram ad D. Nicolai. Eccleſiam beatæ virginis, & Eccleſiam D. Jacobi, qvarum jus patronatus ad noſtrum monaſterium, primævo jure dignoſcitur pertinere, &c.*

CAPUT XVI.

De præſcriptione, qvatenus illa eſt modus acqvirendi jus patronatus, itemqve de privilegio Pontificis.

SUMMARIA:

Jus patronatus acqviratur præſcriptione. n. 1. Qvod ut maximè obtinet in Eccleſia patronata. n. 2. Nam ſecus eſt in Eccleſia non patronata, ſive libera. n. 3. qvod explicatur. n. 4. uſqve ad num. 9. ubi traditur, an jus patronatus à laico acqviri poſſit in præjudicium Eccleſiæ.

Qvantum temporis reqviratur, qvando laicus vult præſcribere jus patronatus. n. 10. 11. 12. 13. & 14.

Jus patronatus acqviratur per unum actum nominationis bona fide factum, ſi modò inſtitutio facta ſit. n. 15.

Acqviritur etiam jus patronatus privilegio & ſingulari beneficio. num. 16.

1 JUs patronatus * præſcriptione acqviri poſſe non dubitatur: eamqve ſententiam qvamplurimi etiam tuentur *Lambertinus l. 1. quæſt. 10. artic. 5. Rol. à Valle conſil. 47. n. 32. lib. 1. Menoch. conſil. 90. Covarruvias in c. poſſeſſor de reg. jur. in 6. § 11. n. 2. Baldus de præſcript. p. 5. princ. quæſt. 9. n. 1. Cothmannus reſp. 47. n. 47. vol. 1.* ubi ſcribit, certi juris eſſe, jus præſentandi non tantùm tempore, cujus initii memoria non extat, ſed & 40. annorum ſpatio jus patronatus acqviri per *ibi allegatos Dd.* textus eſt, *in cura 11. ibi, niſi fuerit legitima præſcriptione munitus Ext. de jure patron.* ubi gloſſa legitimam præſcriptionem

nem explicat pro qvadrigenaria cum bona fide *Auth. Quas actiones C. de SS. Eccl. c. de qvarta, ubi Coler. n. 47. de præſcript. pag 956.* Alius textus eſt in *c. qverelam 24. ibi, in qvaſi poſſeſſione præſentandi Clericum de elect. c. generali 13. in fin. verſ. fundatione vel antiqva conſvetudine de elect. lib. 6.*

Et hæc ſententia, ut maximè vera eſt, ſi Eccleſia ſit patronata, * ſive habet patronos; qvod ſc. laicus tunc poſſit contra patronum 2 acqvirere præſcriptione jus patronatus. Si verò ſit Eccleſia non patronata, ſed verè libera, de qva conſtet, eam * nec à laicis conſtructam, 3. nec dotatam fuiſſe, qvod tunc in Eccleſia præjudicium laicus non poſſit præſcribere jus patronatus Eccleſiaſticum, qvod diligenter explicat Covarruvias *ad c. poſſeſſor malæ fidei de reg. jur. in 6. in 2. part. relect. §. 10.* Et hanc eſſe magis communem opinionem teſtatur Tuſcus *verb. jus patronatus concl. 604.*

Sunt tamen, qvi ſimpliciter negant, laicos præſcriptione temporis jus patronatus acqvirere poſſe. *Archidiaconus in c. hortamur 21. diſt. Abbas Panormitanus in c. qverelam de elect. & conſil. 106. lib. 2. Felinus in c. cauſam 7. n. 7. de præſcript.* niſi præſcriptio ſit temporis hominum memoriam excedentis, qvia illa habeat vim tituli, *arg. c. 1. de præſcript in 6. Covarr. d. loc. n. 2. verſ. poſſet tamen.*

Qvidam exiſtimant, laicos ordinariâ præſcriptione temporis 40. annorum non poſſe jus patronatus acqvirere, ſed tum demum, ſi juſtus adſit titulus, bona fides, & ſpatium longiſſimi temporis. *arg. c. 1. de præſcript. lib. 6. Fachin. lib. 8. controv. cap. 24.* ubi putat, hanc ſententiam eſſe probabiliorem, & juri Canonico magis conſentaneam.

Sed tenenda eſt prædicta duplex diſtinctio inter Eccleſiam patronatam, & inter Eccleſiam * liberam 1. Qvod ſc. in Eccleſia pa- 4. tronata, jus patronatus etiam à laicis poſſit præſcriptione acqviri adverſus priorem & verum patronum: 2. In Eccleſia verò libera jus patronatus præſcriptione acqviri non poſſe, utramqve concluſionem breviter explicabimus.

Prima concluſio, laicum jus patronatus in Eccleſia patronata præſcriptione acqvirere poſſe, probatur primò per *d. c. qverelam.* per qvem textum concludit Joannes Andreæ, qvod laicus præſcriptione

qvæ-

qværere poſſit jus patronatus; qvem communiter ſeqvuntur moderni, ut expreſsè dicit Panormitanus *ad dict c. qverelam*, & ideò ab illa opinione, per vulgaria, conſulendo & judicando non eſſe recedendum, tradit Schurffius *cent. 2. conſil. 87. n. 9.* Item clari juris eſſe, nec non etiam Dd. communiter tradere, jus patronatus etiam à laicis præſcribi poſſe, illamqve ſententiam receptam & approbatam eſſe teſtantur, allegati Dd à Schradero *inter conſilia Borcholten vol. 2. conſil. 20 pag. 163.* Et contra opinionem illorum Dd. qvi volunt jus patronatus, præſertim à laicis, præſcribi non poſſe communiter reprobatam, & idcircò nullo modo tenendam vel ſeqvendam, cum contraria ſententia citra omnem controverſiam procedat, notat idem Schraderus *d. conſil. 20. pag. 173. per ibi alleg. Dd.*

5 Et hæc ſententia fundatur * hac ratione: qvod jus patronatus dicitur poſſideri à laico *d. c. qverelam & c. conſultationibus de jure patron.* unde etiam ſeqvitur, qvod idem etiam præſcribi poſſit *per vulg.* Et niſi diceretur poſſideri per laicum jus patronatus tum ſaltem detineretur nomine Eccleſiæ *c. cum Apoſtolici ibi, & aliud qvod detineretur à laico nomine Eccleſiæ.* Præmiſſam opinionem, qvod unus patronatus contra alium præſcribere poſſit, tenet Ludovicus Romanus *conſil 368. Incip. Præſens conſultatio.* Itemqve Alexander *conſil. 74. Incip. viſo puncto vol. 4.* qvod uti jus patronatus poſſideri poſſit, idem etiam poſſit præſcribi *c. cauſam qvæſt. 7. de præſcript.*

Neqve poteſt dari diverſitatis ratio, qvare id potius liceat in perſona Clerici qvam laici; Nam certè Clericus ex cauſa præſcriptionis etiam tale jus acqvirere poteſt, qvod viginti annorum ſpatio: prout regulariter in his præſcriptionibus circa res eccleſiaſticas tanti temporis diſſimulatio & negligentia exigi ſolet. *c. illud 1. de qvart. de præſcript.* Sanè prætenditur ea diverſitatis ratio, qvod Clericus ſaltem ſit capax ſpiritualium, non etiam laicus: at verò jus patronatus eſſe ſpirituale. *c. 3. de judic. c. de jure verb. h. tit.*

Sed ea non ſtringit. Jus patronatus enim non eſt merè jus ſpirituale, ſed ſolùm adnexum ſpiritualitati, ad id, qvod cauſa juris patronatus debeat tractari coram judice Eccleſiaſtico. Nam ſi ſecundam ſuam naturam eſſet ſpirituale, ſeqveretur, qvod per laicum neqve poſſi-

poſſideri poſſit; cujus contrarium tamen eſt verum, *d. c. q. querelam & d. c. conſultationibus Schurff. d. conſil 87. n. 13.*

Et jus patronatus non eſſe merè ſpirituale, ſed temporale, fatentur Panormitanus, Decius, & communiter Canoniſtæ *in c. quarto de judic. Roch. de Curte verb. jus.* Sic decimæ non ſunt res ſpirituales, ſed ſpiritualium miniſterio deputatæ, adeoqve ſunt res temporales & carnales. *Molin. in SCto Franciæ contra abuſum paparum ſub tit. Epitome gl. 15. ſubtractionis n 38. & ſeq.*

Et Cujatius *ad Decretales pag. 5.* etiam docet, jus patronatus revera eſſe jus ſeculare, jus laicale, qvia à laicis poſſidetur.

Concludendum itaqve eſt, jus patronatus non eſſe rem ſpiritualem, ſed ſpiritualitati annexum, & qvamvis regulariter de connexis unum ſoleat eſſe judicium. *l. ſi aliena §. 1. de uſurp. & uſucap.* tamen id obtinere non ſolet, qvando aliqva ratio diverſitatis eſt. *l. qui fundum §. 1. pro emt.* qvæ inde metuenda videtur, qvod laicus in cauſa juris patronatus poſſeſſionis capax eſſe deprehenditur. *d. c. cum conſultationibus &c. ex literis h. tit.* Si poſſeſſionis; ergò certè à ceſſante ratione, & hujus prærogativæ particeps eſſe poterit, *Gilken. de praeſcript. p. 3. cap. 9. n. 27.*

Neqve adverſatur huic ſententiæ * qvod hæc prærogativa juris 6
patronatus ex gratia ab initio videtur conceſſa. Nam licet habita ratione antiqvorum Canonum fundatum Eccleſiæ jus patronatus non acqvireretur, *c. decretum c. noverint 10. quaeſt. 1.* & idcircò ex gratia conceſſum poſtea videatur; tamen habita ratione noviſſimi juris, qvo laicis fundatoribus jus patronatus acqviritur, non videtur ex gratia, ſed jure communi conceſſum. *c. 3. de jure patron.*

Imò tantùm abeſt, ut patronus ex fundatione jus præſentandi habeat ex mera gratia, (uti commenti ſunt novi Canoniſtæ) ut hoc habeant jure primitivo, & tanqvam partem juris & dominii priſtini, ut ſcribit Molinæus *d. loc. n. 34. pag 241. per text. in l. talem in fin. & ibi Bald. & Imola de hered. Inſtit. Bald. in d. c. quanto &c. ſignificavit in fin. de teſtib.*

Addit etiam Molinæus *dict. loc. n. 24.* Reges eſſe fundatos in temporalibus in regno ſuo *alleg. Panormitan. in cap. veniens*

viens n. 4. de accuſat. & conſeqventer in fundatione & patronatu Eccleſiarum ſaltem majorum regni ſui, puta, Epiſcopatuum, Abbatiarum & Prioratuum, ut tradit Archidiaconus. *c. lectis 63. diſtinct.*

Neqve obſtat, qvod certæ cauſæ ſint, & enumerentur, ex qvi-
7 bus jus patronatus nobis deferri poſſit, * nam illa enumeratio non excludit alios caſus alibi deſignatos. *Gilken de præſcript. pag 733. in pr.*

Cætera, qvæ huic ſententiæ ſolent objici, diluuntur à Gilkenio *d. tract. p. 3. cap. 9. per tot.* ſolidis rationibus, qvibus etiam Factunxo, contrariam ſententiam tenenti, ſatisfactum puto.

8 Nunc videndum * eſt, qvantum temporis in hac ipſa præſcriptione reqviratur. Qvoties ſc. agitur de præſcribendo jure patronatus à laico adverſus alium patronum. Sunt, qvi exiſtimant tempus 10. vel 20 annorum ſufficere, modò ſuffragentur illa, qvæ in longi temporis præſcriptione reqviruntur, relati à Gilkenio *d. cap. 9. n. 14.* ubi tamen dicit, ſibi illorum opinionem minimè probari, præterqvam in caſu univerſalis fundationis, qvo caſtrum aliqvod, cui jus patronatus adnexum, fuiſſet in alium translatum, ita tamen ut uſucapionis adminiculo opus fuerit; hoc enim caſu, eodem temporis ſpatio jus patronatus acqviri potuiſſe in perſona emtoris. *l. decima §. 1. ff. de uſucap. & uſurpat.* idqve ex cauſis & rationibus qvatuor, qvas ordine ſubnectit.

Sed hæc opinio non placet Covarruviæ *d. §. 11. n. 8.* ubi ſic ſcribit: etſi adverſus laicum patronum præſcriptio procedit, qvia tamen ipſius Eccleſiæ intereſt, non mutare patronos, & idcircò ad præjudiciū Eccleſiæ verius ac tutius, qvod ad hanc præſcriptionem exigatur poſſeſſio 40. annorum, absqve titulo tamen, vel immemoriale tempus. *Lambert. 1. lib. 1. par. qvæſt. 11. artic. 5. Citadinus in 6. parte 3. artic. 9. 17. Rol. à Valle conſil. 47. vol. 1. n. 41.*

At non reqviri titulum, eſſe verius, ſcribit Schraderus *apud Borcholten conſil 20. pag. 163. p. 2.*

9 Altera concluſio * eſt, in Eccleſia libera, qvæ ſcil. nullo onere patronatus alligata eſt, jus patronatus à laico in præjudicium Eccleſiæ acqviri non poſſe; Cujus ſententiæ autores ſunt Archidiaconus *in c. hortamur 71. diſt.* Panormitanus *in c. qverelam de elect.* Felin. *in*

c. cum

c. cauſam de præſcript. Abb. *in d. c. cauſam.* Balb. *de præſcript. 1. p. 5. princip. quæſt. 9.* Lambertin. *lib. 1. quæſt. 10. artic. 5.* Covarr. *d. §. 16 n. 2.*

Et qvidem laicum ex præſcriptione temporis etiam centum
annorum talem prærogativam, * ut ſcilicet ſibi aſſerat jus patronatus 10
in libera Eccleſia, qvod nunqvam laico qvæſitum fuit, ſibi adſcribe-
re non poſſe, notat Gilkenius *de præſcript. d. cap. 9. n. 3.* tum qvia ejus
juris patronatus, qvod non eſt, qvod nunqvam qvæſitum, nulla poſſit
eſſe qvalitas aut determinatio. *l. Celſus ff. de uſurpat. l. actor. C. de probat.
ubi Bald. n. 16.* tum qvia ſalva conſcientia non poſſit in hujusmodi
Eccleſia ſibi talem honorem & commoda patronatus promittere, cum
nullus titulus eum inſtruat; & diſpoſitio juris, ejus intentionem op-
pugnet *Gilken d. cap. 9. n. 4.* ubi tamen *n. 5. & 6.* adducit caſum, qvo
laicus ex cauſa præſcriptionis in Eccleſia libera ſibi aſſerere jus patro-
natus poſſit, ſi nimirum privilegio Pontificio niteretur; item ſi urgens
ſit cauſa, qvæ Epiſcopum eò conſilii compellat, ut tale jus alicui in
Eccleſia libera concedat.

Sic etiam Schurffius *d. conſil. 87. n. 10.* caſum refert, qvo laicus
qvoqve contra Eccleſiam præſcribit jus patronatus, qvando ſc. laicus
non ſolùm fundat ſe ex præſcriptione, * ſed etiam ex vi juris patro- 11
natus, & ſic ex titulo præſcribat jus patronatus etiam contra Eccle-
ſiam, ſecundùm ea, qvæ proponit Panormit *in d. c. qverelam*, ubi di-
cit, utile eſſe vindicanti jus patronatus, ut fundet ſe non ſolùm ſuper
præſcriptione, ſed ſuper jure patronatus, & qvod ad illud allegat præ-
ſentationes plurimas, & temporis cauſam, ad præſcriptionem reqvi-
ſitum, ut eſt tempus 40. annorum contra Eccleſiam.

Sic ad præſcriptionem juris patronatus, præſentandiqve Recto-
rem in Eccleſia liberâ, neceſſarium eſſe tempus 40. annorum cum ti-
tulo, vel tempus immemoriale ſine titulo tradit Covarruvias *d. §. 10.
n. 7.* idqve probat hac ratione: Siqvidem in hac ſpecie vehemens
juris communis præſumtio eſt adverſus præſcribentem; Cùm omnes
Eccleſiæ præſumantur liberæ, & in omnibus Eccleſiis, juris communis
præſumtione * collatio libera beneficiorum & miniſtrorum inſtitu- 12
tio ad Epiſcopum pertineat. *c. omnes baſilicæ 16. q. 7. c. ex freqventibus
de inſtit. c. cum venerabilis de except.* idcircò inſpecta deciſione textus

in c. 1. de præſcript. omninò reſpondendum eſſe, fore neceſſariam qvaſi poſſeſſionem qvadraginta annorum cum titulo, vel temporis immemorialis ad acqvirendum jus patronatus adverſus ipſam Eccleſiam, qvæ libera olim fuit. Addit etiam ſe huic ſententiæ tantum (aliis rejectis) ſubſcribere, qvod in hac præſcriptione præſumtio juris & qvidem gravis ac ſpecialis ſit contra præſcribentem. Et hanc opinionem tenent Panormitanus *conſil. 106. lib 2.* Alexander *conſil. 75. lib. 4.* Balbus *de præſcript. 1. part. 5 princ. qvæſt. 9. verſ. tertia concluſio.*

Sic qvare ſuffragio vetuſtatis ſibi qvis jus patronatus etiam in Eccleſia libera vindicare poſſit, docet Gilkenius *d. cap. 9. n. 8.* ubi
13 ſcribit, non ſubmovendum, ſi hoc præſidio temporis * legitimi ſeſe tueri velit; nam cum hujus temporis illa natura ſit, ut præſcindat omnem ſpem & facultatem indagandæ veritatis atqve exordii; ejusqve rei *l. hoc jure §. ductus aqvæ ff. de acq. qvotid. & æſt. c. ſuper qvibusdam de V. S.* & veriſimile ſit, hoc jus patronatus natum eſſe ex aliqva trium cauſarum, qvibus jus patronatus acqviritur, iniqvum profectò eſſe, ſi is eo prætextu rejiceretur, qvod in ſpecie non diceret majores aut autores ſuos, tale jus partim habuiſſe ex fundi collatione, Eccleſiæ ædificatione, vel dotatione, aut privilegio Pontificis: Silentium enim tam longævi temporis, & tacitus conſenſus jus poſſidentis hoc modo fatentium talem allegationem planè obterere, vel ad munus elidere. *Felin. in c. cauſam de præſcript. n. 7. Covarr. d. §. 10. n. 2. verſ. poſſet tamen Koch. de Curte verbo, ipſe vel 15. à qvo qvæſt. 36. Balb. d. qvæſt. 9. n. 8* ubi tamen, (qvod non improbat Gilkenius *d. loc.* & multi id concedunt.) Videtur deſiderare, ut & titulus allegetur, & de qvibusdam præſentationibus doceatur.

14 Deniqve noviſſimis * moribus receptum, ſi parochiani tantum tempus, cujus initii memoria non exſtat, fuerunt in qvaſi poſſeſſione & conſvetudine nominandi, tanqvam patroni, illos hoc ipſo jus iſtud præſcriptione acqviſiviſſe cenſeri, adeoqve in hoc caſu defendi, ſi modò conſvetudo probata ſit, notat Menoch. *conſil. 402. n. 11. lib. 5.* Coribald. *comm. opin. verb jus patronatus reg. 1.* ubi dicit: Parochiam & populos ex antiqva conſvetudine præſentandi acqvirunt jus præſentandi.

Qvin

Qvin etiam qvaſi poſſeſſionem juris * patronatus uno actu nominationis per nominantem bona fide factæ acqviri, ſi modò inſtitutio per Epiſcopum inſecuta fuit, & exinde, qvi inſtitutus eſt, eum non depellendum ab officio, qvod obtinuit patroni beneficio & aſſenſu Epiſcopi, etiamſi poſtea appareat, patronum illum non fuiſſe legitimum, maximè ſi non ſatis tempeſtivè fuerit contradictum; licet ſi oportuno tempore lis mota fuerit, differendum eſſe inſtitutionem; notat idem Menochius *d. conſil. 90. n. 17. & 137. poſt. Rol. à Valle conſil. 49. n. 18. & 27. lib. 1. Roch. de Curte d. loc.* 15

Deniqve, ne qvid omittamus, certum eſt de jure Pontificio jus patronatus etiam pro privilegio * & ſingulari beneficio concedi, ipſa enim Eccleſiæ ſuæ jure nitenti, hoc patronatus onus imponere poteſt. *Roch. de Curt. pro eo qvid diœceſani n. 34.* 16

CAPUT XVII.

Qvibus modis jus patronatus conſtitutum & acqviſitum, poſtmodum ad alios transferatur.

SUMMARIA:

Jus patronatus acqviſitum, qvomodo in alios transferatur. n. 1. Per donationem. n. 2. Legato. n. 3. Permutatione. num. 4. Per univerſitatem. n. 5. Conditione & alienatione fundi. n. 6. Inveſtiturâ ſive infeudatione. n. 7. Item per univerſitatem prædiorum. n. 8.

An creditor in pignnore habeat jus patronatus. n. 9. Qvod urgetur, qvia illud ad Patron. debitorem. n. 10. Niſi aliter inter creditorem & debitorem ſit conventum. n. 11.

Jus patronatus tranſit etiam cum univerſitate dotis in maritum. num. 12. Item cum publicatione bonorum. n. 13. Item in uſufructuarium univerſitatis. n. 14. Item ceſſione vel alienatione univerſitatis. n. 15. Ut & venditione univerſitatis. n. 16.

Differentia, an jus patronatus acceſſerit, an verò principaliter in alienationem venit. num. 17.

Digitized by Google

Jus patronatus qvaliter per ſucceſſionem ad heredes devolvatur, tùm ex teſtamento, tùm ab inteſtato n 18. uſq; ad finem hujus capitis, ubi dilucidè & diſtinctè illa qvæſtio explicatur.

EX præcedentibus conſtat, cauſam ex qva oritur jus patronatus, eſſe fundationem, ædificationem, & dotationem Eccleſiæ, itemqve præſcriptionem ſive conſvetudinem, & privilegium ſive conceſſio Pontificis.

Nunc conſeqvens eſt videre, qvibus modis jam ante conſtitu-
1 tum & acqviſitum ab uno vel pluribus, illud * poſſit in alium vel plures transferri. *c. ex inſinuatione 14. Ext. h. tit. & c. unic. eod. tit. in 6. gl. in c. piæ mentis 16. q. 7. Roch. de Curte verbo, ipſe vel is à qvo.*

Sicuti enim jus illud ſingulari Canonum permiſſione tam alienari qvàm acqviri poteſt, ita etiam iiſdem ferè modis comparatur atqve transfertur illud jus, qvibus aliàs acqviri atqve amitti, rerum dominia dicuntur *gl. in c. ſeculum 13. de jure patron.*

Illa translatio fit duobus modis, vel inter vivos, donatione, locatione, permutatione, venditione, item per ingreſſum monaſterii, vel mortis cauſa, per ſucceſionem ex teſtamento vel ab inteſtato; de qvibus hi verſus:

Jura patronatus tranſire facit novus heres
Res permutata, donatio, venditioqve.

De omnibus & ſingulis modis, qvibus jus patronatus transfertur, pluribus dicendum eſt. Modo illud præmiſero, patronum Eccleſiaſticum non poſſe jus alimentorum, retento patronatu, per venditionem in alium transferre, qvia eſt jus perſonale inhærens oſſibus patroni, *c. privilegium perſonale de reg. jur. in 6. Surdus in tract. de alimentis tit. 9. qvæſt. 12. n. 12.* emolumenta tamen & reditus ſui juris patronatus licitè vendit. *Sic Innocent. in c. præterea in fine h. tit.* æqvè uti Rector Eccleſiæ reditus omnes ſuæ Eccleſiæ, retento tamen titulo, vendere non prohibetur *Felin. in c. ſedes de reſcript.*

Nunc videamus, qvomodo titulo ſingulari per donationem
2 * transfertur jus patronatus. Qvod enim ille, qvi patronus eſt, jus ſuum

ſuum patronatus alii dare poſſit, valereq; donationem, & effici donatarium patronum, ſi id fiat cum conſenſu Epiſcopi conſtituti juris eſt, *c. quod autem c. illud. c. nullus, c. ex inſinuatione 14. Ext. h. tit. & c. unic. eod. tit. in 6. gl. in c. piæ mentis 16. quæſt. 2. & in c. cum ſeculum Ext. h. tit.* Et hanc ſententiam eſſe communiter approbatam, tradit Roch. de Curte *in verbo ipſe vel is. n. 1.*

Neqve tantùm totum jus patronatus, ſed etiam pars ipſius, altera parte retenta, titulo donationis ſive conceſſionis gratuitæ in alium transferri poteſt. *Roch. de Curte d. loc. quæſt. 18. n. 34.* Qvod ſi verò donatio ab Epiſcopo confirmata non ſit, tunc eſt nulla. *Craſſ. deciſ. 10. de jure patron.* Si autem Epiſcopus nollet ſuum præſtare conſenſum in donationem, tunc poterit cogi per metropolitanum. *c. nullum h. tit. Ricc. deciſ. 180. n. 152.*

Licet autem jus patronatus neqve in ſolidum, neqve pro parte absqve conſenſu Epiſcopi in laicum titulo donationis vel conceſſionis gratuitæ transferri poſſit: Secus tamen eſt, ſi donatio fiat in Eccleſiam, in Clericos, ſive loca religioſa, nam iis etiam absqve conſenſu Epiſcopi jus patronatus in ſolidum vel pro parte, titulo donationis applicari poteſt. *c. 1. in pr. ubi Archidiac. h. tit. lib. 6. c. illud ubi Panorm. Ext. eod. Lambert. pag. 267. n. 1. Roch. de Curte verbo, pro eo quæſt 2. n. 3. & 4. & verbo ipſe vel is. quæſt. 17. n. 32.* ubi dicit, hoc ita communiter receptum eſſe.

Et idem juris eſt, ſi jus patronatus titulo donationis ſimul concedatur laico & clerico, ſive loco religioſo; qvia de jure patronatus, qvod Clericus vel locus religioſus commune habet cum laico, in omnibus & per omnia idem jus ſtatuitur. *gl. in c. 1. §. fin. verb. Eccleſiaſticum h. tit. lib. 6. Rebuff. privileg. Schol. 106. n. 6. Schrad. inter conſil. Borcholt. p. 2. conſil. 20.*

Illudqve jus patronatus qvod de laico in clericum pervenit & tranſit, efficitur ſpirituale, ut concludit Anchoranus *in c. 1. h. tit. in 6. notabili*, qvem refert Vincentius de Franchis *deciſ. 696. n. 4.* qvia mutatione perſonæ tanqvam de laico, mutatur qvalitas rei & bonorum. *l. fin. C. de impon. lucrat. deſcript. lib. 10. l. fiſcus ff. de jure fiſci. Cavall. de cognit. per viam violentiæ p. 2. quæſt. 50. n. 9.*

Qvod

Qvod dictum eſt de donatione, qvod ſc. jus patronatus dona-
3 ri poſſit, idem obtinet etiam * in legato juris patronatus, cum lega-tum etiam ſit qvædam donatio. *§. inſtit. de legat. & l. legatum ff. de legat. 2. Lambertin. pag. 197. n. 4.*

4 In permutatione * qvoqve idem jus eſt, ſi nimirum permutatio fiat cum alia re ſpirituali, puta, cum alio jure patronatus. *c. ad quæſtionem 6. Ext. de rer. permut. c. nemini Regum 16. quæſt. ult.*

Illud hoc loco addendum; jus patronatus in donatione omnium bonorum mobilium & immobilium, jurium & actionum comprehendi. *Abb. in c. ex literis n. 12. h. tit. Tiraq. de retract. ligna §. fin. gl. 7. n. 5.*

Venit enim jus patronatus appellatione jurium univerſorum,
5 * qvia tranſit cum univerſitate. *d. c. IX literis & c. cum ſeculum. h. tit. Ricc. deciſ. 140.*

Adeoqve non dubitatur, ſi vendatur univerſitas, in qva comprehenduntur etiam jura corporalia & incorporalia, etiam jura patronatus transferri. Ejusmodi nomina univerſitatis ſunt, hereditas, bonorum poſſeſſio. *l. item veniunt 22. §. ait Senatus in fin. de petit. hered. l. 1. ff. Qvor. bon.* Ducatus, Marchionatus, Comitatus, territorium, civitas, pagus, caſtrum, prædium *l. cum fundus 10. in fin. de legat. 2. l. ſi mercedem 55. §. 1. de act. emt.* in qvibus Eccleſia continetur: eorum enim alienatione & jus patronatus illis inhærens una transfertur. *c. ex literis & c. cum ſeculum h. tit. Tuſcus vol. 4. concl. 612.* ſi modò ſingulatum rerum traditio vel qvaſi accedat. *Felin. ad c. cauſam 7. n. 8. in fin. Ext. de præſcript.*

Ratio eſt in univerſitate; qvod jus patronatus eo caſu non principaliter veniat, ſed acceſſoriè, ſive jure qvodam acceſſorii & conjunctionis. Non enim abſurdum eſt, ut ea, qvæ per ſe & ſeparatim & ſolvendi ſive alienari non poſſunt, ea per univerſiatem rectè transferantur. *l. qvædam 62. ff. de acqvir. rer. dom. l. in modicis 24. in fin. de contrahent. emt. junct. c. acceſſorium de reg. jur. in 6.* Sic patrono monaſterium ingreſſo, transfertur ſemel jus patronatus in monaſterium; nam monachus ſe ſuaq; bona omnia per ingreſſum religionis transfert in monaſterium *Aut. ingreſſ. C. de SS Eccl.* Ergò & jus patronatus, qvod ſc. adnexum univerſitati bonorum, qvæ

ad

ad monaſterium venit, adeoqve in conſeqventia una tranſit jus patronatus. Qvod ſi itaqve juris patronatus qvalitas non adhæreret certæ rei, ſed eſſet perſonalis, tunc extincta perſona, cujus induſtriam elegit fundator, tacitè nominaſſe cenſetur aliqvem alium deſcendentem ſeu collateralem, aliamve qvamlibet perſonam. Extincto enim naturaliter vel civiliter patrono, extingvitur & jus patronatus, transitqve in nominatum verè, non in nominatum per fictionem, qvemadmodum eſſet monaſterium *Tiraq. de primogen. q. 10. Ricc. deciſ. 220.*

Idem eſt in venditione & alienatione * qvavis tacita feudi; qvippe qvod feudo vendito & alienato & tradito, etiam jus patronatus tranſeat; Secus itaqve eſt, ſi ſeparatim & per ſe venditum & traditum ſit jus patronatus; hujus enim alienatio nulla eſt, *c. de jure 16. & c. cum ſeculum 13. Ext. h tit.* 6

Sic per inveſtituram * ſive infeudationem villæ, caſtri, pagi, ſimul jus patronatus implicitum ſive cohærens iſti univerſitati villæ, caſtro, pago, non remanet apud directum dominum, ſed tranſit in feudatorem ſive vaſallum, qvi habet utile dominium, niſi ſpecialiter & expreſsè excipiatur. *Sec. gloſſ. & Dd. in c. ex literis de jure patron. & in c. cum titulum eod. tit. Natt. conſil. 505. n. 22. lib. 3. Menoch. conſil. 401. n. 135.* 7

Et hinc eſt, qvod literæ inveſtiturarum probant, jus patronatus ſimul cum aliis feudi pertinentiis ex conſvetudine & obſervantia conferri, ut ita jus patronatus hodiernis temporibus cenſeatur pars feudi, qvod feudo qvaſi inhæret, & cum feudo per inveſtituram Vaſallo conceditur *Eberh. conſil. 124. n. 1. & ſeq.*

At ſimpliciter jus patronatus in feudum dari non poteſt; qvia pro feudo datur homagium. At homagium non debetur in ſpiritualibus. *c. fin. de reg. jur. in 6. Lambert. pag. 497. n. 2.*

Dixi modò, jus patronatus tacitè tranſire unà cum ipſa univerſitate rerum temporalium, in qvibus conſiſtit, & qvibus adhæret, niſi ſpecificè fuerit exceptum. *c. ex literis 7. h. tit. & c. 18. Ext. de ſent. & re judic.*

Qvo ipſo feudum differt à jure hoc patronatus. Nam in venditione curtis ſeu curiæ expreſsè oportet nominari ipſum qvoqve be-

neficium ſeu feudum. Alioqvi enim in generali alienatione feudum & vaſalli non continebuntur. *c. Imperialis de prohibit. feud. alienat. per Lothar junct. l. ult. C. de reb. non alien. Clar. §. feudum.*

Sic & jurisdictio non ſeqvitur alienationem curtis ſeu territorii, ſive ea fuerit ſola, ſive cum feudis vendita, niſi nominatim etiam de jurisdictione actum fuerit. Nihil enim commune habet jurisdictio cum feudis vel contra, ut benè monuit Cujatius *ad tit. 19. lib. 4. & ad §. in generali tit 26. lib. 2. feud.*

Jus itaqve patronatus tranſit cum univerſitate, qvod aliàs ſolùm & per ſe non tranſiret, neqve obligaretur. *c. ex literis 7. Ext. h. tit. ubi CC.*

8 Ita etiam cum univerſitate * qvadam prædiorum, in locatione caſtri, villæ ſive univerſitatis agrorum cum omnibus pertinentiis, ſi locatio per longum tempus ſit, tranſit jus patronatus, cum hac ſpecie dominium utile ad longum tempus locatum in conductionem tranſeat. *c. ex literis 7. h. tit. Roch. de Curte rubr. de translat. juris patronatus. in verbis Ipſe vel is, à qva quaſt. 26. n. 57. pag. 451. n. 57.*

Secus ergò erit in locatione in brevius tempus concepta, cum nullum dominium utile in hoc transferatur. *l. non ſilet 39. ff. locat. l. 1. §. qvod ait prætor: de ſuperficieb. l. 3. junct. l. 3. ff. ſi ager. vectig.* Mynſ. *6. obſ. 30. nil vult de feud. lib. 1. cap. 10. n. 48.*

Qvandoqvidem ergò in creditorem, cui univerſitas jure pignoris Pfandsweiß/ obligata ſaltem eſt, non tranſit dominium utile; imò ne qvidem ullum commodum rei pignoratæ: *l. 1. l. 2. C. de pignorat. act.* idcircò in eo creditore ſecus eſt, qvi habet rem jure pignoris, ut ſc. ille non habeat jus patronatus. *gl. in d. c. ex literis,* ubi dicit, ex contra-
9 ctu, * per qvem utile dominium transfertur, tranſire etiam jus patronatus cum univerſitate; at ſecus eſſe, in creditore qvi SC. pignoris jure univerſitatem habeat. *c. cum Bertholdus Ext. de re judic. Sichard. conſil. feud. 10. n. 3.* ubi addit, rationem differentiæ, qva per contractum, translato utili dominio, tranſeat cum univerſitate jus patronatus, niſi exceptum ſit ſpecialiter; non etiam per obligationem pignoris ex dicta gloſſa hanc eſſe, qvod ſoluto debito, vel pignore liberato tolluntur omnia jura, qvæ creditor habuit *l. 1. ff. Qvib. mod. pign. vel hypoth. ſolv.*

Sylv. l. 1. & 2. C. ſi pign. dat. fuer. Sed tunc ſi ſoluto debito omnia jura ſolverentur, tunc ſeqveretur, qvod etiam præſentatus ante per creditorem, eſſet ab Eccleſia removendus; qvod tamen eſt contra *c. inventum 16. q. 7. & c. ſatis perverſum 17. diſt. c. fin. de exceſſ. prælat.* qvæ ipſa ceſſant in contractu, per qvem translatum eſt utile dominium. *Sichard dict. loc.*

Sic Johannes Zangerus *ad c. cum Bertholdus 18. de ſent. & re judic. n. 17. & ſeqq.* notat; jus patronatus in generali conceſſione venire, ex titulo translativo dominii, non etiam pignoris, veluti, qvando vel caſtrum cum omnibus pertinentiis titulo emptionis ſimplicis, aut pactum de retrovendendo adnexum habemus, donationis, locationis perpetuæ, vel alio titulo juſto & legitimo in alium transfertur, vel ejus utile dominium ad longum tempus locatur, vel uſusfructus in eo conſtituitur. *CC. communiter in d. c. ex literis h. tit. Paul. de Citad. n. p. 9. n. 10. & ſeqq. Roch. de Curte verbo ve 15. à qvo n. 36. & 54.* Secus autem eſſe, ſi caſtrum cum omnibus pertinentiis pignori detur. *d. c. cum Bertholdus ex c. ex literis de conceſſ. præb. Roch. de Curte d. loc. n. 58.*

Rationem differentiæ hanc reddit Zangerus *d. loc.* qvod ideò non transeat jus patronat. in contractu pignoris: qvia creditor omnem fructum vel qvaſi qvem capit ex caſtro pignori dato, reſtituere, vel ſibi in ſortem imputare, & ſi conſumpſit, ad æſtimationem tenetur. *l. 1. 2. & 3. C. de pignor. act.* Secus autem eſſe in emtore, donatario, conductore, uſufructuario, & aliis, qvi non jure pignoris, ſed alio titulo caſtrum pertinent.

Præſentatio autem qvæ eſt fructus juris patronatus, reſtitui non poteſt; qvippe qvod iniqvum eſſet eum, qvi creditore ſciente & volente præſentatus & inſtitutus eſt ob id, qvod caſtrum ad creditorem redeat, removeri. Æſtimatio qvoqve præſtari non poteſt: eſt enim præſentatio res inæſtimabilis, & nullo pecuniario commodo licitè æſtimari, nec conſeqventer in patrimonio eſſe videri poteſt; eſt enim qvid ſacrum & ſpirituale, ut tradunt *CC. ad tit. de jure patronatus.* Unde etiam eſt, qvòd nec alienari poteſt, niſi cum univerſitate bonorum, ut ſupr. dictum. Penſiones igitur ob jus patronatus creditori debentur ex caſtro pignorato; qvia eas reſtituere, vel in ſortem

tem imputare poteſt. *Roch. de Curte d. loc. verſ. ipſe vel is, n. 59. 60.*

10 Debitor * autem eſt verus patronus; unde & ſolus præſentat & nominat miniſtrum Eccleſiæ vicinæ miniſterio. At contra creditor non eſt patronus, etiamſi à Rectore Eccleſiæ qvotannis perceperit penſiones propter jus patronatus; nam ſola penſitatio non eſt idoneum argumentum juris patronatus. *c. inter dilectos in fin. de fide inſtrum. Zanger. & Cujat. ad d. c. Berthold. per tot.*

Ex prædictis itaqve patet, tempore oppignorationis præſentationem adeoqve jus patronatus pertinere ad debitorem, non etiam ad creditorem; qvæ deciſio fundatur *in ſæpe allegato c. Bertholdus de re judic.* ubi Bertholdus miles fundum, qvem & curiam vocat, creditori pignori dedit, expreſſim (qvod notetur) retento & recepto ſibi jure patronatus. Qvamobrem & in fine illius *cap. Bertholdus* verus patronus dicitur. Qvia itaqve debitor ſibi expreſsè jus patronatus in contractu pignoris reſervarit, non potuit creditor ſibi aſſerere illud jus, licet penſiones propter jus patronatus perceperit, ubi modò dictum eſt.

Qvod ſi itaqve aliqvis debitor creditori ſuo fundum pignori dedit, non reſervato jure patronatus, certè illo caſu dicendum erit, ita
11 pignori dato fundo, tacito intellectu & jus patronatus, * qvod ei fundo adhæret, pignori ſuppoſitum videri. *d. c. ex literis*, ut maximè, qvando præſupponimus inter creditorem & debitorem conventum eſſe, ut creditor interim donec precium reciperet, lucretur omnes fructus ſine ulla diminutione ſortis, vel reſtitutione ex re oppignorata; cujusmodi pactum ſive conventio, ut ſc. creditor pro intereſſe & uſu pecuniæ lucretur fructus etiam in mutuo & pignore adeò licita eſt, *per l. ſi ea C. de uſur.* ut eo prætextu, qvaſi uſuratum eſſet infringi neqveat. *Vult inter conſilia Marpurg. vol 3. conſil. 18. n. 236.*

Et in hac facti ſpecie ita reſponſum & judicatum eſſe in judicio conſiſtoriali, in cauſa Philippi de Bredovv contra Alexandrum & Auguſtinum de Bredovv, qvoad Parochiam **zu Senßke im Rauerlande**/ notat Schepliz *ad conſvetudines Brandeburgenſes p. 1. tit. 1. §. 5. num. 14.*

Præterea jus patronatus etiam tranſit cum univerſitate dotis

* in.

* in maritum, ut ſcil. maritus, cum caſtrum, vel alia univerſitate bonorum, qvibus jus patronatus adnexum eſt, in dotem data, jus præſentandi ad beneficium vacans habeat; *arg. d. c. ex literis. Roch. de Curte.* Riccius contendit, jus præſentandi competit non marito, ſed uxori ideo, qvod domina dotis ſit. *l. in reb. C. de jure dotis*, ſed tamen addit, ſe conſulere, ut maritus præſentet conſentiente uxore; ideò qvod licet uxor ſit domina rerum dotalium, hujusmodi tamen dominium durante matrimonio obumbrari. *l. in rebus C. de jure dot.* per quam maritus plenam dotis adminiſtrationem habet. *Roch. verb. ipſe vel is, n. 60. q. 28. Lambertin. 7. artic. 5. qvæſt. princip.* 12

Item cum publicatione * bonorum in fiſcum, ſi ſc. jus patronatus eſt cum univerſitate feudi aut villæ: tunc enim jus patronatus confiſcatur, confiſcato feudo. *d. c. cum ſeculum ubi Dd. h. tit. gl. ad c. filiis 16. q. 7. Panormit. ad c. cum laici. n. 3. Ext. h. tit. Roch. de Curte verb. competens alieni. n. 6. & verb. ipſe vel is, à quo cenſ. hab. n. 65.* 13

Nec non etiam in uſufructuarium univerſalem ſive univerſitatis, cui jus patronatus * adnexum eſt, qvippe qvod omnis rei fructus, 14 utilitas & obſervationes ad uſufructuarium pertineat. *l. item ſi fundi junct. l. 4. de uſufr. Roch. verbo ipſe vel is. n. 64. Gvedo Papæ deciſ. 340.* ubi tradit uſufructuarium omnium bonorum æqvipollere heredi. *per l. fin. de uſuf. legato.*

Ceſſione vel alienatione * univerſitatis tranſit etiam jus patronatus; communiter enim placuit, ex ſpeciali ceſſione facta laico jus patronatus non competere. *c. illud 8. in pr. c. cum paſtoralis 11. c. præterea 25. eod.* at ſi ſpecialiter ſive nominatim exceptum non ſit, ad ceſſionarium tranſire, per tradita Menochii *lib. 3. præſumpt. cap. 90. n. 13.* Et qvidem ſi jus illud ſingulatim alii cedatur, gratis hoc fieri debet, ne committatur Simonia. *c. qvia clerici h. tit.* Omninò autem ceſſio debet fieri conſenſu Epiſcopi; niſi ea fiat alicui ex compatronis. *Menoch. conſil. 401. n. 135.* 15

Venditione univerſitatis, * veluti ſi prædium ſingulare, cui Eccleſia inædificata eſt, venditum fuerit, ſimul etiam jus patronatus tranſit & acqviritur, ideò qvod in hac ſpecie jus patronatus fungatur vice acceſſionis, *l. modicis 24. in fin. de contrah. emt. l. qvadam 62. de legat. 2.* 16

L 3 &

& fundo ſive prædio tanqvam univerſitati inſit. *l. cum fundus 10. in fin. de legat. 2.* Qvamvis qvidam hanc ſententiam improbent, teſte Panormitano *ad d. c. cum ſeculum Ext. h. tit.* Crotus *ad d. c. ex literis. n. 30. 12. n. 35. Ext. h. tit.* per illum textum, & *in l. ſi mercedem 53. §. 1. de act. empt. Lambert. lib. 1. qvæſt. 5. princ. p. 2. artic. 77.* Cæterùm de eo qværatur, ſi alicui lis moveatur de jure patronatus, an ſicut jus patronatus principaliter vendi non poteſt, ita nec lis & actio ad jus patronatus vendi non poſſit? Negat hoc Riccius *deciſ. 214.* propter regulam juris communis, qvæ vult, qvod actio judicatur juxta naturam rei, ad qvam datur. *Tiraq. de retract. lignag. in §. 1. gl. 7. n. 3. Vincent. de Franch. deciſ. 75. & 595.* Et inde eſt, qvod qvi actionem habet ad rem recuperandam, ipſam rem habere videtur. *l. qui actionem de reg. jur.* Imò & in bonis noſtris rem habere dicimur, cum actionem ad rem habemus. *l. rem in bonis de acqvir. rer. dom.*

Illud autem intereſt inter jus patronatus, qvod acceſſoriè, &
17 qvod principaliter in alienationem * venit: Qvod in illo Epiſcopi conſenſus non reqviritur; at in hoc planè neceſſarius ſit, *d. c. ex literis c. cum ſeculum Ext. h. tit.* niſi & hic in Eccleſiam aut in alium locum religioſum, aut in clericum ratione Eccleſiæ translatio fiat. *d. c. unico eod. tit. in 6. Lambertin. d. loc.* Capituli conſenſus autem rectè non reqviritur, cum textus tantùm Epiſcopi mentionem faciat. *Lambertin. d. artic. 6.*

Ex his qvæ diximus, conſeqvens eſt, uti alia jura, ita etiam jus patronatus bello poſſe acqviri & amitti. *tot. tit. de acqvir. rer. dom. & tit. de capt. & poſtlim. reverſ.*

18 Nunc videndum eſt, qvatenus per ſucceſſionem * ad heredes devolvatur jus patronatus, *de qvo gl. in c. piæ mentis 16. q. 7. per c. illud 8. h. tit. Roch. de Curte verbo, ipſe vel is, à qvo. n. 17. & n. 68. Covarr. var. reſol. 2. cap. 18. n. 7. Schurff. cent. 2. conſil. 87. n. 4. Weſenbec. conſil. 48. n. 50.* Non enim dubium eſt, per ſucceſſionem ex teſtamento & ab inteſtato jus patronatus ad heredes patroni tam fœminas qvàm maſculos transmitti, qvippe qvod jus patronatus transmittatur ad hæredes, non jure ſangvinis, ſed jure hereditario *c. ſignificavit. c. 1. h. tit.* in tantum, ut filius heres non poſſit here litatem

repu-

repudiare, & jus patronatus acceptare. *Covarr. 2. var. reſol. 18. n. 2.* qvia regulatur ab hereditate, *c. conſiderandum c. ſi plures 16. q. 7.* & hereditas eſt jus univerſale; unde is qvi ab hereditate excluditur, idem etiam à jure patronatus, adeoqve à jure præſentandi removetur. *Panorm. in c. ſeculum Ext. eod. & conſil 58. lib. 1. Roch. de Curte verb. ipſe vel is qvæſt. 6. n. 15.* Neqve tantùm defertur jus patronatus ad deſcendentes ſive heredes ſangvinis, ſine diſcrimine omnes, ſed etiam agnatos & cognatos; imò etiam ad extraneos ſcriptos heredes *per text. in d. c. 1. c. cum ſeculum h. tit. c. conſiderandum 16. q. 7. c. fin. de conceſſ. preb. Clement. 1. de jure patron. Schurff. conſil. 85. n. 3. cent. 2.* adeò ut etiam ad fœminas producamus, cum & illæ ſint capaces juris patronatus. *c. fin. Ext. de conceſſ. preb. Abb. in c. 1. n. 2. h. tit.* niſi à teſtatore in teſtamento vel etiã in conceſſione aliter ſit diſpoſitum, qvod non debeat tranſire ad fœminas, qvo caſu illæ Eccleſiæ cenſentur excluſæ, & ad maſculos tantùm devolvitur. *Tuſchus concl. 607. n. 1. & concl. 610. n. 7.*

Sic etiam filia, ſi non ſuccedit patri, qvia renunciavit hereditati, non ſuccedit in jure patronatus cum filiis maſculis; at ubi filia eſt heres, ſicut maſculus, ſuccedit etiam in jure patronatus ſicut maſculus. *Panorm. in d. c. ſeculum. Joan. Andr. in c. nobis h. tit.*

Eodem modo etiam regulatur jus patronatus ab hereditate etiam inter filios; ut ſi filius non ſit heres, non ſuccedat etiam in jure patronatus, qvia non conſideratur qvalitas ſangvinis, ſed hereditatis, qvando in ipſa hereditate jus patronatus conſiſtit. *c. filiis vel nepotibus 16. q. 7. d. c. conſiderandum. Joan. Andr. in c. ex inſinuatione h. tit.* ubi dicit; ſi in aliqvo loco ſit conſvetudo, ut in Anglia; ſaltem primogenitum ſuccedere in hereditate, & non alii filii; qvod tunc ad ſolum primogenitum devolvatur jus patronatus, aliis filiis excluſis à jure illo patronatus. *arg. l. ſi verò 64. §. de viro ff. ſolut. matrim. l. commodiſſimè ff. de lib. & poſth. Schurff. d. conſil. 85. n. 4.* Qværitur, utrum in jure patronatus, in qvo primogenitus eſt, vocatus, patruum nepos excludat? Qvod adfirmandum eſt; Qvia primogeniti filius dicitur primogenitus, non ſolùm fictè, ſed etiam verè. *text. in c. qværitur. §. item opponitur 22. qvæſt. 2.* Nepos ergò natus ex primogenito præferendus eſt in tali jure, ex vi repræſentationis: qvàm opinionem

veno-

venorem dicit Covarr. *pract. quæſt. cap. 38. n. 13.* Riccius *deciſ. 222.* Vide Fr. Marci *q. 1133.* An nepos admittatur cum patruo ad jus repræſentationis.

Qvod ſi jus patronatus acqviſitum ſit fratribus & eorum heredibus, tunc illud etiam competit ſorori; qvia ſoror venit appellatione fratrum *l. fratres C. de inoffic. teſtam. l. tres fratres, ubi gl. ff. de pact. Decius in l. fœmina n. 122. ff. de reg. jur. Dd. comm. in Clement. 2. de jure patron. Rol. à Valle conſil. 47. n. 5. vol. 1.* Illud adhuc addendum, ſi exiſtentibus maſculis, filiæ fœminæ alicubi ex ſtatuto excluduntur ab hereditate, ab inteſtato, tunc illas etiam excluſas eſſe à jure præſentandi. *Roch. verb. ipſe à quo quæſt. 6. Citad. pag. 9. quæſt. 1. amph. 3.* qvod procedit, ſi filia reperiretur dotata de bonis illius, à cujus hereditate venit excludenda *Teſſaur. deciſ. 68. & deciſ. 101.* Si verò non fuerit dotata de bonis patris ab inteſtato, tunc ſuccedit per jus commune in jure patronatus & aliis bonis. *Cavalc. deciſ. 13. in pr. & deciſ. 29. d. p. 3.*

Dixi ab inteſtato: Nam ſi pater eam heredem cum maſculo inſtituit, tunc ſimiliter ſuccedit. *Abb. in conſtit. regni in aliquib. q. 5. n. 5.* Qvin & ſi filius vivit, ſed eo mortuo non relinqventur filii maſculi, tunc ipſa fœmina ſuccedit tam in jure patronatus, qvàm in hereditate. *Abb. conſil. 92. vol. 2.*

Cæterum jus patronatus fundatum pro ſua linea, intelligitur de linea directa. Si itaqve in inſtrumento fundationis juris patronatus qvis uſus fuerit his verbis (pro me & deſcendentibus ex linea mea;) illa linea debet intelligi de directa, non etiam de inflexa ſive per transverſum. *Bald. conſil. 121. vol. fin. Caſtr. conſil. 295. vol. 2.*

Nam linea eſt collectio perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium gradus continens, & numeros diſtingvens *Capic. deciſ. 159. n. 5.* qvocirca ad præfatum jus patronatus vocati cenſentur omnes deſcendentes à linea ipſius teſtatoris. Nam linea alicujus dicitur propriè, qvæ habet originem, & deſcendit ab illo per directum, non autem per transverſum. Adeoqve non ſufficit, qvod ſint de eodem cognomine ſeu familia iſtius fundatoris, ſed oportet, qvod deſcendant à linea prædicta fundatoris. *Rol. à Valle conſil. 23. n. 39. vol. 4.*

Sem-

Semper autem forma fundationis juris patronatus inſpicienda, & ſervanda eſt. *c. præterea elect. 2. cum ibi not. de jure patron.* & an etiam aliqvid ſingulariter in ea diſpoſitum & conſtitutum qvoad filios vel filias, vel etiam an fundator ſibi aliqvid reſervarit *d. c. præterea*, ubi patronus etiam tempore fundationis Eccleſiæ poteſt autoritate ordinarii reſervare aliqvid tempore ſibi annuatim ſolvendum. Qvidni igitur poterit aliqvis diſponere legando alicui in ſua ultima voluntate jus patronatus, & ejus deſcendentibus, ita tamen, ut ſemper ſenior maſculus aliis præferatur. *Schurff. d. conſil. 58. num. 3.*

Non enim diſtingvunt jura inter legatum & hereditatem: Sed indiſtinctè dicunt, jus patronatus ſucceſſione transferri poſſe. Et is, qvi habet ex legato, idem habet etiam ex ſucceſſione. Adeoqve dicendum eſt, jus patronatus per ſucceſſionem & legatum transferri poſſe in laicum, etiam ſine conſenſu Epiſcopi. *Schurff. d. conſil. 85. n. 3.*

Concludendum itaqve eſt, ex ſucceſſione defuncti, qvi habuit jus patronatus ad aliqvam Eccleſiam Parochialem, vel ad alia beneficia eccleſiaſtica, per aditionem hereditatis tale jus patronatus transire in heredes ipſo jure. *c. 1. & 2. c. qvoniam in qvibusdam c. cum ſeculum h. tit.* Secus tamen eſt qvoad poſſeſſionem, qvæ actualiter debet apprehendi *l. cum heres de acqvir. poſſ.* cujus legis diſpoſitio obtinet etiam in jure patronatus; nam procedit ea etiam in juribus incorporalibus. *Bald. in c. paſtoralis. n. 3. & ſeq. de cauſ. propriet. & poſſ.* & exinde rectè dicitur, actualem apprehenſionem reqvıri ad acqvirendum jus patronatus. *Sec. Gabriel conſil. 185. n. 17. vol. 2. Riccius deciſ. 192.*

Illud addendum: Qvando jus patronatus ita relictum in teſtamento, ut omnes de familia, ſive de domo ejus, admitterentur, illud pertinere ad omnes de familia, ut ſcil. omnes ad illud admittantur. *l. cum ita §. in fideicommiſſ. de legat. 2. l. peto. §. fratre de legat 2. Menoch. lib. 6. præſent. 16. n. 4.* Non tamen ut omnes admittantur ſimul & ſemel ad præſentandum, ſed ad eum ſaltem de familia qvi pro tempore erat proximior teſtatori. *l. cum ita §. in fideicommiſſo de legat. 2.* Cujus textus diſpoſitionem habere etiam locum in jure patronatus tradit Covarr. *pract. qvæſt. 38. in fin.* Mynſ. *conſil. 122. & ſeq.* &

ita judicatum in Senatu Delphinenſi, dicit Fr Marc. *deciſ. 1136. pag* 1. Qvin etiam conſtat, idem eſſe diſpoſitum in ſucceſſione feudi *Riccius deciſ. 169.* ubi dicit, ſe eo argumento motum, & validum eſſe argumentum de feudo ad jus patronatus. *Decian. conſil. 32. n. 12. lib. 1.* Sed pone, fundare aliqvem jus patronatus pro ſe & ſuis heredibus, deinde cum nullos deſcendentes ex ſua familia & linea habuiſſet, inſtituit qvendam extraneum omnium ſuorum bonorum heredem, qværitur igitur, an per præfatam hereditatem tranſivit etiam jus patronatus ad extraneum, an verò beneficium illud ſit liberum effectum, & proinde ad collationem Epiſcopi ſpectet, excluſo penitus patrono? Rectè pro inſtituto extraneo herede contra Epiſcopum reſpondendum eſt; qvia juxta magis receptum ſcribentium ſententiam, jus patronatus reſervatum illi de familia, tranſit ad extraneos heredes, ſi eſt finita linea per allegatos à Riccio *deciſ. 206. Roch. verb. ipſe vel is. n. 77.* Et hanc ſententiam, tunc ut maximè obtineret, qvando jus patronatus relinqvitur cum clauſula, heredibus qvibuscunqve, qvia ea operatur, ut tranſeat ad heredes extraneos, tradit Riccius *deciſ. 206. num. 255.* Qvid ſi verò in inſtrumento fundationis nihil appareat de perſonis vocatis ad jus patronatus, ſed conſtat ſimpliciter fuiſſe erectum, eo caſu præſumi dicitur ea mente fuiſſe fundatum, ut ad illud non admittantur, niſi heredes, tam qvia ſtipulando aliqvis pro ſe intelligitur etiam pro ejus heredibus, qvamvis de iis nulla facta fuerit mentio. *l. ſecundùm reſponſa C. de cont. ſtipul. l. ſi heres de probat.* tum qvia pater ſtipulando rem pro ſe & filiis cenſetur, ſtipulatur pro filiis ut heredibus. *gl 12. Dd. in l. ſi tibi decem §. ſi pactus ff. de pact.* tum qvia in dubio ſemper cenſetur, teſtatorem ſe confirmare diſpoſitioni juris communis, qvod ad jus patronatus noluit admitti, niſi heredes. *Seraphin. deciſ. 378.*

Qvin & ſucceſſio ab inteſtato, vel ex teſtamento, per qvam ſc. ſucceditur patrono, eſt fortior modus, per qvem acqviritur jus patronatus: cum defunctus & heres juris fictione una & eadem perſona habeantur. *Nov. 8 de juramento à morientib. præſtito.* Idqve adeò obtinet, ut ſi qvis renunciet hereditati, & reſervet ſibi jus patronatus, ea renunciatio ſit nullius effectus; ſed qvod una cum hereditate tenetur

tur etiam carere jure patronatus; de qvo caſu eſt optimum conſilium Schurffii *d. conſil. 56 per tot.* qvia jus patronatus tranſit ſaltem cum hereditate in heredes inſtitutos à patrono.

Idqve recipiendum etiam eſt in filio in re certâ inſtituto; hic enim etiam heredis loco eſt. *l. 1. de hered. inſtit.* At ſi pater in teſtamento ſuo inſtituat filium vel filiam in re certa, & extraneum univerſalem heredem, tunc jus patronatus non tranſit in filium vel filiam, qvia tunc magis legatarii loco eſſent; ſed in heredem univerſalem.

Si autem ſunt plures heredes, tunc omnes efficiuntur patroni *gl. in d. Clementin. fin. in verb. heredes,* ubi aſſignat rationem; qvia ex qvo jus non diſtingvit, nec nos diſtingvere debemus. *Schurff. dict. conſil. 56. n. 2.*

Sed qvando plures heredes ſunt, magna olim diſputatio erat, inter antiqvos, an ſucceſſio fiat in ſtirpes, an verò in capita? Qvidam enim exiſtimant in capita fieri ſucceſſionem: tum qvia patroni libertis ſuis eo modo ſuccedunt, *tot. tit. Inſtit. de ſucceſſ. libert.* tum qvia jus patronatus eſt individuum, habet namqve juris rationem, *c. 1. de jure patron.* unde nec diviſionem recipit *Chaſſ. ad conſvet. Burg. rubr. 4. §. 6. n. 3. verſ. qværo.*

Verùm exploſa illa ſententia, communiter placuit, ſucceſſionem fieri non in capita, ſed in ſtirpes *per Clement. de jure patron.* qvia hæc ſucceſſio regulatur ad inſtar ſucceſſionis hereditatis, in qva locum habet ſucceſſio in ſtirpes: Si itaqve unus ex pluribus patronis moriatur, in ejus heredes tranſit jus patronatus in ſtirpes, ita ut unius illius patroni plures heredes habeant in præſentatione ſaltem vocem unius, puta, patroni defuncti, qvem illi repræſentant. *c. 2. h. tit. l. cum fundus ff. de condit. & demonſtrat.*

Hinc etiam eſt, qvod plures heredes ex diverſis & inæqvalibus partibus ſcripti, non habeant jus patronatus in ſolidum, ſed ſaltem ſinguli pro parte in præſentationem admittantur. *arg. l. majorem ff. de pact. Crotus ad c. 1. h. tit. n. 27.*

Et id procedit, qvando ſucceditur jure hereditario. Nam ſi jure legati, vel donationis acqviratur jus patronatus familiæ, tunc omnes

de familia ſuccedunt in capita, & non in ſtirpes. *Ita Alexander conſil. 63. n. 3. & 4. Bald. in l. 2. n. 4. C. de ſuis & legat.*

Idem obtinet, qvando jus patronatus pertinet ad ſingulos ut ſingulos; qvia tunc etiam ſucceditur in capita; At ſi jus patronatus pertinet ad ſingulos, ut univerſos, puta, qvando competit alicui collegio, ſeu familiæ ut univerſis, tunc fit præſentatio per ſtirpes, & non per capita. *Lambertin. artic. 25. q. 9. Ricc. deciſ. 210.*

Neqve obſtat, qvod in hereditate fratrum liberi ſuccedant patruo in capita; Nam illud poſt multas diſputationes Interpp. juris civilis, tandem ita per Carolum V. Imp. in Comitiis Auguſtanis deciſum. Præterea diverſa eſt ratio hereditatis & juris patronatus; qvia illa ipſo jure dividitur ex LL. XII. tabb. hoc verò qvamvis ſit individuum, intellectu tamen recipit diviſionem.

Cæterùm illud jure admiſſum, ut in diviſione hereditaria uni coheredum jus patronatus integrum ſive in ſolidum addici poſſit. *c. ex inſinuatione Ext. h. tit.* ut alternis vicibus ſinguli heredes præſentent. *c. 2. h. tit. Lambertin. lib. 1. q. 2. p. 2.*

An jus patronatus Eccleſiaſticum tranſeat etiam ad fideicommiſſarium? qvæſtionis eſt. Qvidam adfirmant; per rationem qvod fideicommiſſarius ſit loco heredis. *l. ſi verò 4. §. fin. de bon. libert. l. 2. de petit. hered.* & omnia hereditaria commoda conſeqvatur. *l. facta 63. ff. ad SC. Trebell. Covarr. 2. var. reſol. 18. n. 8.* Item qvod jura patronatus tranſeant ad heredem. *Rol. à Valle conſil. 47. n. 6. & n. 36. lib. 1.* & idcircò etiã ad fideicomiſſarium. *gl. in l. ſi patroni ff. ad SC. Trebell* & poſtremò, qvia juspatronatus cum univerſitate tranſit. *c. ex literis, h. tit.*

Contra negant alii, ideò qvod in fideicommiſſum non tranſeant ea, qvæ non recipiunt æſtimationem pecuniariam, veluti ſunt jura ſepulcrorum. *l. qvia perinde 42. ff. ad Trebell.*

Deinde, qvod nullo jure proditum ſit, jus patronatus tranſire in fideicommiſſarium. Et licet omnia jura tranſeant in fideicommiſſarium, facta reſtitutione re vel verbo. *l. ſi facta ff. ad Trebell.* tamen non videri cogendum heredem reſtituere jus patronatus, cum ſit qvid ſpirituale. *c. 3. de judic.* & ideò non eſſe ejus naturæ, cujus ſunt cætera jura hereditaria, qvæ recipiunt æſtimationem pecuniariam. Et

hæc

Ex negantium ſententia videtur verior eſſe Fachineo, *lib. 10. controverſ. 94.* ubi etiam ad contraria adfirmantum argumenta reſpondet. Et jus patronatus Eccleſiaſticum non tranſire in fideicommiſſarium, ſed remanere apud heredem gravatum, tenet etiam Nicolaus Intrigliolus *cent. 3. de ſubſtit. quæſt. 74. n 54.* ubi ex peregrino teſtatur hanc eſſe communem: *Graſſ. in §. fideicommiſſum quæſt. 52.* ubi itidem teſtatur communem opinionem: *Covarr. 2. var. reſol. 18. n. 6. Roch. de Curte verb. ipſe vel is. n. 20. Lambert. lib. 1. p. 2. q. 10. artic. 3. n. 20.*

Ex eodem ferè fundamento decidi poteſt qvæſtio illa: An jus patronatus tranſeat in emtorem hereditatis? Negativè, qvod ſc. non transferatur, ſed qvod remaneat apud venditorem, qvi & heres manet intellectu juris, & propriè loqvendo: etſi ratione effectuum certorum vicem ſive perſonam heredis gerat. *l. ei qvi in fin. l. 3 §. qviſi d. icommiſſum ff. de hered. inſtit.*

Nititur hæc ſententia etiam fundamento *in l. qvia perinde ff. ad Trebell.* ubi Bart. qvod jura ſepulcrorum non tranſeant in fideicommiſſarium, licet extraneis etiam heredibus competant; qvæ ratio eſt firmiſſima; nec infringitur per generalem theoricam; qvod nimirum in hereditate omnia veniant, qvæ qvocunqve titulo & jure ad heredem ſpectant. Illud enim verum eſt de iis rebus, qvæ vendi poſſunt: Atqvi jus patronatus, ſi dato pretio comparare ſibi qvis velit, talem contractum, irritum & inanem jus Canonicum pronunciat. *c. qvia clerici h. tit.* Deinde in omni emptione precio accepto ad factum traditionis obligatur venditor: atqvi jus patronatus per ſe nec vendi nec tradi poteſt.

Contrarium ſtatuit Covarruvias *2. var. reſol. 18. n. 8.* ubi dicit, contrariam ſententiam adfirmativam omnium ferè conſenſu receptam, adeò, ut parte etiam hereditatis vendita tranſire jus patronatus ſtatuat, pro rata videlicet. Deinde fundamentum pro negativa allatum, convellere nititur Covarruvias hac illatione, qvando dicit, eatenus tranſire jus patronatus in emptorem, qvatenus aliis rebus hereditariis accedit: cujus dicti ea ratio eſſe poteſt, qvod jus patronatus etſi vendi per ſe non poſſit, tamen cum univerſitate rerum temporalium tranſire. *c. ex literis, ubi Abb. c. cum ſecundum h. tit.* Sed

reſp. utcunqve conſideremus jus patronatus, ſemper tamen verum eſſe, reſpectu principii, materiæ & formæ contractus emptorem tales res tenere pro pretio; & eo ipſo qvod emptor hereditatis dicitur intelligitur emptor rerum earum, qvæ emi vendi poſſint. Atqve ita intelligi debere Lambertin. *lib. 1. p. 2. q. 5. artic. 15. n. 2. 4.*

An translato jure patronatus Eccleſiæ transferatur jus ſepulturæ? Tract. Treutlerus *conſil. 58. per tot.* ubi vide pro & contra.

CAPUT XIIX.

De effectu juris patronatus; ſive de juribus, qvæ conſeqvantur Patroni ex jure patronatus.

SUMMARIA:

Jus patronatus transfert honorem, utilitatem & onus, qvæ tria explicantur. num. 1. 2. 3. & 4.

HUcuſqve traditum, qvomodo conſtituatur & acqviratur jus patronatus. Deinceps itaqve videndum eſt de fine & effectu ejusdem, ne ſit nudum ſine re Sciendum itaqve, in patronum vi conſtituti & acqviſiti juris patronatus, conferri tria jura, Jus nimirum honorificum, jus utile, & jus oneroſum. *Thuſc. vol. 4. concl. 596. in fin.*
1 Et hæc tria * jura plerunqve à Canoniſtis definitioni juris patronatus ſolent inſeri: qvod nimirum jus patronatus ſit jus honorificum, utile, & oneroſum, &c.

2 Dicitur jus honorificum, * qvia patronus alios præcedit honore patronatus in Eccleſia patronata. *c. nobis §. fin. h. tit.* Item qvod præſentet inſtituendum ad beneficium vacans; adeò, ut ſine ejus præſentatione Epiſcopus non poſſit providere Eccleſiæ. *Nov. 7. c. monaſterium c. decernimus 19. q. 7. c. ex inſinuatione c. qvod autem. c. illud præmittendum. c. ex conſultatione. c. conſuluit. c. relatum. de jure patron.*

3 Dicitur jus * utile; Qvando enim patronus vergit ad paupertatem vel ad extremam inopiam, tunc Eccleſia patronata tenetur eum & filios alere, ne ingrata ſit Eccleſia. *c. nobis §. fin. h. tit.* ita tamen,

ut etiam habeatur ratio bonorum Eccleſiæ, nec non etiam qvalitates perſonarum patronorum, *c. fin. 10. qvaſt. fin. l. ſed & ſi qvis §. 1. de uſufr.* Habet itidem patronus jus ſepulcri & exedræ.

Deniqve dicitur jus onerosum: * qvia patronus tenetur ſuam Eccleſiam defendere & proſpicere, ne diſſipentur bona ejusdem, *c. filiis 16. q. 7.* & ſi bona non ſufficiant, ipſe tenetur de ſuis ſupplere *Clement. 1. de jure patronatus c. 6. de prabend. in 6.* de hoc triplici jure ſunt hi verſus: 4

Patrono debetur honos, onus, emolumentum,
Præſentet, præſit, defendat, alatur egenus.

Verùm cum in his juribus tota vis & natura juris patronatus conſiſtat, idcircò omnia & ſingula latius erunt explicanda: Seqvitur igitur primo loco de honore patroni.

CAPUT XIX.
De honore patrono debito in proceſſione & ſeſſione.

SUMMARIA:

Patrono debetur honor proceſſionis. n. 1. & qvidem honor debitus ratione perſonæ dignitatis. n. 2. Nam patroni differunt ſecundum majus & minus. n. 3.

Qvando collegium eſt patronus, tunc ſingulis non debetur honor, ſed ſaltem toti collegio. n. 4.

In concreto autem conſiderato jure patronatus major honor & pingvius jus debetur, illi qvi plus contulit. n. 5.

Ducibus Megapolenſibus igitur major debetur dignitas & honor, qvàm Senatuì Roſtochienſi ab Academia Roſtochienſi; qvia illi ſunt longè digniores his, num. 6. & 7.

HOnor, qvi patrono debetur, eſt honor proceſſionis ſeu * prælationis; qvia patronus præ aliis debet honorari in Eccleſia patronata, eiqve locus primus in proceſſionibus, aliisqve actibus ſolen- 1

nibus

nibus tribui tam in præcedendo qvàm ſedendo. *Panorm. ad Rubr. h. tit. c nobis. §. fin. h. tit. c. pia mentis in fin. c. Frigentius in fin. 16. q. 7.* idqve naturalis honeſtas & ratio ſvadet, ita qvidem, ut ejusmodi patrono Eccleſiæ non minor reverentia, atqve patrono liberti debetur, qvocirca uti libertus non poteſt in jus vocare ſine venia prætoris libertum. *l. ſi ſine venia ff. de in jus voc. l. qvi manumittitur C. de oper. libert.* Sic nec per præſentatum patronus Eccleſiæ poſſit in jus vocari, *Roch. de Curte pag. 151. n. 89. Paul. de Citadin. pag. 691 n. 5.*

Debetur enim honor patrono, debitus ſcilicet, habita nimirum
2 ratione perſonæ, * dignitatis & conditionis ejus, qvi eſt patronus, & ejus, cujus eſt patronus. Nam & murarius, qvi ſuo ſumtu & labore Eccleſiam vel Academiam extruit, utiqve patronus eſt. *Cothman. reſp. Acad. 29. n. 9.*

3 Patroni itaqve ſecundùm majus * minus differunt: Si namqve una cum murario ædificaſſet & dotaſſet aliqvis Eccleſiam, alter a tem in dignitate conſtitutus; certè huic debebitur præ alio dignior & honoratior locus: qvod itidem naturalis honeſtas & ratio ſvadet. Hinc Hugolinus inqvit: Etſi aliqvis eſt Eccleſiæ patronus, tamen juxta Prælatum, non ſupra Prælatum incedit. *Joann. de Turrecremata in c. pia mentis 16. q. 7. n. 19. in fin.*

Qvod ſi collegium aliqvod, vel Senatus in civitate ſit patronus,
4 non habentur ſinguli ex collegio de patronis, * nec ſingulis honor patrono conveniens debetur, cum patroni non ſint, ſed ſaltem toti collegio tanqvam patrono debitus honor deferendus eſt. *l. Sed ſi §. qvi manumittitur ff. de in jus voc. l. in tantum §. 1. de rer. diviſ.* Sic ſi duo Eccleſiæ patroni fiant, certè jus patronatus non diviſim, ſed in ſolidum penes utrumqve eſt, qvamvis unus minus qvam alius in dotatione contribuerit. *c. ad audientiam de eccl. ædific.* æqvè ut unus ex ſociis, qvi minus contribuit pecuniarum, parili modo cenſetur, ſocius cum eo, qvi majus qvid contribuit. *per l. ſocietates contrahuntur 5. & l. ſi non fuerint ff. pro ſocio.* eò qvod induſtria plerumqve in defendenda Eccleſia ſuperet pecuniam alterius. *arg. d. l. ſocietates.*

Idqve ita eſt, jure patronatus abſtractivè ſive in abſtracto con-
5 ſiderato. Nam in concreto, * præeminentia & dignitas amplior magisqve

gisqve honor, gratia, emolumentum & jus pingvius debetur, qvi plus contulit, qviqve dignior eſt, *Paul. de Citad. p. 3. cauſ. 12. n. 45. in fin. & p. 6. artic. 4. n. 12. Lambert. lib. 1. p. 1. princ. q 3. artic. 8. n. 1. verſic. colligitur ſecunda concluſio.* Et hanc ſententiam eſſe veriorem, æqviorem, receptiorem & rationabiliorem, probat Cothman. *reſp. Acad. 1. n. 46.* per modò allegatos, & plures alios adductos, tum qvia jus patronatus venit ab officiis, & beneficiis præſtitis, eaqve compenſat, ac proinde tam divino, qvàm humano jure juſtum & æqvum eſt, ut plus honoris ferat, qvi plus contulit.

Et infert exinde ad Duces Megapolenſes, & Senatum Roſtochienſem, utrumqve Patronum Academiæ Roſtochienſis, Principes præferendos eſſe Senatui, tum qvia plus in Academiam contulerunt * atqve etiam hodiè plus conferant, tum qvia perſona & vox patro- 6
ni Illuſtriſſimi, longè anteferenda eſt perſonæ & voci ignobilioris & inferioris: tum qvia ad Ducum deſiderium Academia eſt inſtituta; qvantò autem qvis in Academiæ inſtitutione & fundatione eſt clarior, antiqvior & dignior, tantò magis præhonorari debet, *arg. c. non coguntur 41. diſtinct. Lambert. d. artic. 8. n. 5. & 9* tum qvia Duces ea in re ſunt clariores, antiqviores, & longè digniores: tum qvia Duces Megapolenſes in Roſtock jus ſuperioritatis habent, qvod jus eſt longè ſublimius, qvàm merum mixtumqve Imperium, qvod Senatus titulo oneroſo, nimirum * ex titulo empti habet: tum qvia jus pa- 7
tronatus Laico eiqve inferiori magiſtratui competens, ex ſola & mera gratia dependet, & proindè uni præſertim eminentiori & ſuperiori magis gratificari poſſimus, qvàm alteri depreſſiori & inferiori. *Lambertin. lib. 1. p. 1. qvæſt. 2. artic. 4. n. 4. Rol. à Valle conſil. 47. n. 15. vol. 1. &r. Pfeill. conſil. 182. num 37.*

CAPUT XX.

De reliqvo honore patroni debito, conſiſtente in præſentatione ad ſacrum miniſterium.

SUMMARIA:

Honor etiam debitus patrono conſiſtit in præſentatione clerici n. 1.

Sine patroni præſentatione non poteſt Epiſcopus providere Eccle-ſia. n 2.
Collationis, electionis & præſentationis diſtincti effectus. n. 3. 4. 5. 6. 7. & 8.
Ordinatio & inſtitutio differunt. n. 9. 10.
Nominatio, præſentatio & vocatio. Item ordinatio & inſtitutio differunt. n. 11.
Principes Imperii habent plenum jus patronatus, & qvare. n. 12.
Qvi non habent plenum jus patronatus, illi ſaltem poſſunt præſentare & vocare, & ordinare non poſſunt. n. 12. & 13.
Præſentatio debet fieri legitimè, ratione perſonæ præſentandæ & modi, qvod explicatur. num. 14. 15. & 16. uſqve ad finem capitis.

ALter honor & qvidem præcipuus conſiſtit in præſentando clericum ad vacans beneficium. Qvotiescunq; enim in Eccleſia patronata, parochus vel alius clericus deſideratur, toties ad patronum
1 recurritur, * ut aliqvem idoneum Epiſcopo ſeu loci ordinario inſtituendum præſentet & exhibeat. Non enim poteſt Epiſcopus ſine
2 præſentatione patroni providere Eccleſiæ. * *c. monaſterium & c. decernimus 16. qvæſt. 7. c. ex inſinuatione*, procedensqve de facto absqve patroni conſenſu inſtitutio eſt ipſo jure nulla. *c. decernimus, 16. q. 7.*

Hujus ergò juris patronatus hæc eſt vis ac poteſtas, ut patronus jus & facultatem habeat præſentandi & offerendi clericum, qvem beneficio præeſſe velit, ſicut enim collatio, eſt fructus Epiſcopatus. *gl. c. cum olim de majorit. & obed.* & electio fructus Canonicatus. *Innocent. in c. literis de reſtit. ſpoliat.* Ita præſentatio * eſt fructus &
3 effectus juris patronatus. *c. cum Bertholdus de re judic. Coraſ. in tract. de beneficiis cap. 6. n. 22. & ſeqq.* A jure præſentationis differt electio, qvod hæc fiat à tota Eccleſia; illa verò à patrono; hæc faciat clericum; * illa verò magis deſignet. *Nov. 76. & Nov. 123.*
4

Et procedit hæc præſentatio ex conſtitutionibus Imperatorum,
5 qvi * nominationem appellat. *Nov. 57. & dd. Nov. 76. & 123.* qvod

Po-

Pontifices præſentationem. *d. c. decernimus c. monaſterium. verſ. liceatque. item c. illud 8. §. fin. & c. ex inſinuatione 14. c. nobis 25 §. cæterum verſ. Secus tamen h. tit.*

At qvod leges & Canones * vocant nominationem & præſen- 6
tationem, id ſcriptura nominat vocationem. *Hebr. 5. verſ.* ubi dicitur, Nemo ſibi ſumit honorem, niſi ritè vocatus, ut Aaron.

Sed hodiè in Eccleſiis Auguſtanæ confeſſioni addictis ita diſtingvimus inter nominationem Paſtorum, & eorum præſentationem, itemqve vocationem & inſtitutionem, qvod Nominatio * reſpiciat 7
perſonam electam à patrono, qvam ille Eccleſiæ ſive populo ſiſtit ad videndum audiendumqve futurum ſuum Paſtorem; ut ſi juſtas recuſandi & contradicendi cauſas habeat, eas patrono indicet, vel ſi nihil habeat, qvod impugnet perſonam præſentatam, ut conſentiente Eccleſia ad officium vacans vocetur. Non enim invitis dandus eſt Paſtor, ut vetus canon habet.

Præſentatio verò dicitur vulgò fieri, * qvando patronus ante 8
Eccleſiæ nominatum, ab eaqve approbatum mittit cum præſentationis, &, in eventum etiam, vocationis literis ad Epiſcopum ſive Superintendentem loci, ut per eum, adhibito ſcrutinio, ſcientia animiqve induſtria, moresqve probati ejusdem explorentur, an ſit ad vocatum officium idoneus: & ſi talis inveniatur, per eundem itidem approbetur, ordinetur, & in officio Eccleſiæ ritè inſtituatur; Sin minus verò, patrono tanqvam indignus remittatur, & caſſata illius vocatione, alius inſuper idoneus in ſcientia, vita & moribus Eccleſiæ & populo nominetur, præſentetur, vocetur, ordinetur, & deniqve inſtituatur.

Differt namqve ordinatio & inſtitutio. * Ordinatio eſt ritus 9
aliqvis, qvo perſona legitimè vocata ſiſtitur Deo & Eccleſiæ, & publicatur ejus vocatio tanqvam legitimè facta; admoneatur etiam vocatus miniſter ſe conſecrari, deſtinari, obligari Filio Dei, ad ejus cultum & miniſterium: & ſimul commendatur ei Eccleſiæ, & ipſe viciſſim Eccleſiæ, cum impoſitione manuum in facie Eccleſiæ; prout tempore Apoſtolorum etiam factum, legitur *1. Timoth. 5. & 4. & Actor. 14.*

Et hæc ordinatio ad miniſterium fit tantùm ſemel. Hic enim eſt effectus ordinationis, ut ordinatus ad miniſterium in eo Deo ſerviat, ubicunqve ritè vocetur. Nemo enim mittens manum ad aratrum Domini, & reſpiciens retrò, eſt aptus regno Dei. *Luc. 9.*

10 Inſtitutio * verò novi Paſtoris non ſemel fit, uti ordinatio, ſed toties qvoties aliqvis antè ordinatus ad miniſterium vocatur ad aliam Eccleſiam, ſive ad alium gradum officii Eccleſiaſtici; per qvem inſtitutionis actum, Paſtor ejus Eccleſiæ, ad qvam vocatus eſt, per ordinarium loci Epiſcopum ſive Superintendentem conſtituitur, eaqve illi commendatur, *juxta dictum Tit. 1.* Te reliqvi in Creta, ut conſtituas paſſim per oppida presbyteros. Hanc inſtitutionem novi Paſtoris, alii vocant introductionem, alii inveſtituram; de qvibus miniſterium Eccleſ. Gryphisvvaldenſis *in edito libro, de vocatione, ordinatione, inſtitutione & dimiſſione Paſtorum & miniſtrorum Evangelii.*

11 Ex prædictis itaqve patet, eſſe * diſtinctos actus Nominationis, Præſentationis, Vocationis, Ordinationis & Inſtitutionis; qvi ita diſtingvuntur; ut Nominatio, Præſentatio & Vocatio competant jure patronatus: at Ordinatio & Inſtitutio illa expediuntur ab Epiſcopo ſive Superintendente, at non qvovis, ſed ordinario loci, idqve jure Epiſcopali.

12 Et ſic conſtat, Principes Imperii ſuo jure habere * plenum jus patronatus in Eccleſiis ſuorum dominiorum. *Borch p. 2. conſil. p. 114. verſ. igitur ſeqvitur.* Poſſunt namqve in locum vacantem Eccleſiæ aliqvem pro arbitrio ſuo non ſolùm eligere, & electum Eccleſiæ ſive populo præſentare ad videndum, audiendum, & approbandum, ſed & poſtmodum eundem vocare, & vocatum ad Superintendentem mittere, ut ab eodem etiam ordinetur & inſtituatur, ſi habilis & idoneus officio Eccleſiæ inventus fuerit.

13 Contra * verò qvibusdam ſaltem competit jus eligendi aliqvem, eumqve præſentandi populo ſive Eccleſiæ ad videndum, audiendum & approbandum, qvem poſtmodum ſuperiori nominant, qvi ad nominationem factam, nominatum vocat, & ſi idoneus & dignus ab eo fuerit deprehenſus in examine ſive ſcrutinio, Superintendens loci cum literis vocationis ordinandum & inſtituendum mittit. Prout plerìqve magi-

magiſtratus in civitatibus municipalibus Pomeraniæ illud jus nominandi, titulo emptionis, certâ ſumma pecuniæ ſibi acqviſiverunt, idqve ideò, ne ejusmodi civitatibus à ſuperiori plenum jus patronatus habente aliqvis, qvi vel moribus, ſive vita vel religione, doctrina & fide ipſis minus utilis & idoneus, per vocationem obtrudi poſſit.

Sed ut ad præſentationem revertar, illa debet fieri legitimè, tum ratione perſonæ * præſentandæ, tum ratione modi. 14

Qvod attinet perſonam * præſentandam, illa non debet eſſe eadem cum perſona patroni, qvi præſentare poteſt & vult. Nemo enim ſeipſum, licet ſit idoneus, præſentat, etiamſi ſit clericus, ſed debet aliam præſentare. *c. per noſtras h. tit.* ubi patronus Eccleſiæ vacantis, qvamvis ſit clericus, ad eam ſe præſentare non poteſt. *c. fin. de inſtit. ſpeculat. de jure patron. n. 14.* tum qvia non ambitione, ſed labore unumqvemqve ad honorem pervenire convenit. *l. contra publicum C. de re milit. c. miramur diſt. 61.* & hinc ambitioſus repellendus eſt. *c. in ſcripturis 8. q. 1. c. his qvi 1. q. 6. l. ſi qvenqvam. C. de Epiſc. & cler. l. qvi omnia ff. de procurat.* tum qvia actualis debet eſſe diſtinctio inter præſentandum & præſentantem. *c. cum ad noſtram de inſtit.* item inter baptizantem & baptizandum. *c. habitum de baptis.* Et hæc eſt ratio, qvare perſona electa non videtur computanda inter eligentes, ut augeatur numerus eligentium; qvia à ſeipſo oriri non debet. *c. dicimus 24. qvæſt. 1. Riccius deciſ. 197.* ubi tamen *n. 215.* monet in praxi animadvertendum eſſe, qvod eligi & præſentari patronus clericus poſſit ab aliis compatronis. *Rol. à Valle conſ. 3. vol. 1. Roch. verbo honorificato qvæſt. 4. verſ. circa aliud n. 25.* Qvin & hodie in praxi obſervari ut patronus conſtituat procuratorem cum poteſtate præſentandi; & talem procuratorem virtute præfati mandati poſſe clericum patronum ad ejusdem beneficium patronatus præſentare, tradit idem Riccius *d. loc. n. 116.* Sicut nec ſeipſum Epiſcopus poteſt inſtituere, vel ſibi ſuæ collationis beneficia conferre. *c. fin. de inſtit.* ut nec tutor ſibi autor eſſe poteſt. *l. 1. de autorit. tut.* 15

Sed an pater filium præſentare poteſt? pleriqve dubitant. Ratio dubitandi eſt: qvod Juſtinianus dicat, vocem patris, tanqvam vocem filii eſſe. §. *ſi verò Inſtit. de inutilib. ſtipul.* alioqve loco patrem & filium,

filium, eandem perſonam eſſe. *l. fin. C. de impub. ſubſtit.* Et rurſus alibi; filium eſſe partem qvodammodo corporis paterni: ut ubi ſit pater, videatur & filius eſſe. *l. cum ſcimus C. de agric. & cenſit. lib. 11.* Deinde qvoniam qvicqvid acqvirit, filius patri qværit, etiam hodiè ſaltem reſpectu uſufructus. *l. cum oportet & l. fin. C. de bon. quæ liber.*

Verùm his non attentis, contrariam ſententiam, filium ſcil. idoneum à parente ſuo poſſe præſentare, meritò obtinuiſſe, ſcribit Corraſius *in tract. de offic. & elect. cap 6. n. 19.* ubi allegat gloſſ. & Panormitanum. *in c. conſuluit de jure patron.* Cum ex Pomponii ſententia Ulpianus reſponderit; ſuffragium patris prodeſſe filio; & è contra. Qvod autem pater eadem perſona cum filio intelligatur, illud humana legis interpretatione, & per fictionem, non etiam ſecundùm ita conſtitutum eſſe. *d. l. fin. & d. l.* cum ſcimus. At hoc loco veritatem in ſpiritualibus magis qvam fictionem reqviri Archidiac. *in c unic. de vot. 126.* in qvibus etiam vim patriæ poteſtatis non attendimus, atqve ideò nihil acqvirit patri, ſed totum ſibi filius vendicat. *c. fin. de jur. ... in 6. cont. d. loc.*

Qamvis autem nemo ſeipſum præſentare poſſit, uti modò dictum, ſi tamen plures ſint patroni, tunc poterit unus ex illis ab aliis tamen præſentari, vel filius alterius, *gl. in c. conſuluit h. tit.* Sicut ex decurionibus, qvi ſeipſos tutores dare non poſſunt, unus ab aliis re... datur. *l. ubi abſens ff. de tutorib. & curat. dat. & his Pet. Gregor. d. cap. 4. n. 9.* Illud adhuc tenendum eſt, filium vivente patre non habere vocem in jure patronatus, qvia in tali jure præſumi debet, acqviſit... o... nem factam eſſe ordine ſucceſſivo. *Covarr. in c. Rainutius. §. 2. n. 4. de teſtamentis clar. §. teſtamentum qvæſt. 80. verſ. 2. concluſio.* Unde exiſtente patre ac vivente, non videtur admittendum eſſe ejus filium ad præſentandum; maximè cum ſint perſonæ, in qvas de jure cadit ordo caritatis & neceſſitatis ſimul: qvocirca præſentatio debet fieri ſucceſſivè, ſcil. unus poſt alterum. Secus eſt in perſonis, in q... ce... deret ordo caritatis tantùm: nam tunc omnes cenſentur voc... ſimul & ſemel. *Covarr. d. loc. n. 3. Gvid. Pap. decis. 222. Cacher. decis. ...* Et certè negari non poteſt, qvod jus patronatus transfertur gradatim à patre in filium, & ſtante primo gradu ceſſat ſecundus. *l. cum pater*

§. pen.

§. pen. & l. pen. § frater ff. de legat. 2. Roch. in verbo competens alicui qvæſt. 7. n. 19. Riccius deciſ. 194.

Deinde perſona idonea eſt præſentanda, qvæ ſcil. ſit bonæ vitæ, integræ exiſtimationis & inculpatæ converſationis. *c. literas c. nimis de filiis presbyt.* Nam ſicut conſtitutio Imperatoria Magiſtros & Profeſſores artium primum vult excellere moribus, deinde facundiâ, *l. magiſtros. C. de profeſſ. & med.* Ita à ſacerdote, morum gravitas & honeſtas præcipuè reqviritur. Qvomodo enim poteſt Præſes Eccleſiæ auferre malum de medio ejus, qvi in delictum ſimile cernit? aut qva libertate peccantem corripere poteſt, cum tacitus ipſe ſibi reſpondeat, eadem ſe admiſiſſe qvæ corripit? Inqvit D. Hieronymus, *c. ult. diſt. 25.*

Sed & aliam rationem adfert Juſtinianus noſter *Nov. 123.* Si hi inqvit, qvorum munus eſt orare pro populo, indigni miniſterio Dei inventi fuerint, qvomodo pro populi delictis placare Deum poterunt. *c. 49. diſt. in pr.*

Et conſtare, hunc morem jam inde ab initio fuiſſe in Eccleſia obſervatum, ut nemo ad ſacerdotem ſeu miniſterium Eccleſiæ recuperetur, niſi publicè in ejus mores inqviſitione facta, ex Lampadio in Alexandro Severo probat Duarenus *lib. 4. de ſacris Eccleſ. miniſt. cap. 1.*

Ob qvæ autem vitia arcendus ſit qvis à ſacro illo miniſterio, docet ac demonſtrat D. Paulus *1. Timoth. 3. & ad Tit. cap. 1.* ex qvo ferè deſumpta ſunt ea, qvæ diffuſiſſimè tractantur à Gratiano. *diſt. 25. usq. ad diſt. 50.* Ait enim Paulus, cum eligi Epiſcopum ſeu presbyterum debere, qvi ſit vigilans, ſobrius, modeſtus, hoſpitalis, non vino deditus, non percuſſor, non turpis lucri cupidus, à pugna & contentione alienus, pecuniæ non avidus, non ſuperbus, nec præfractus, non iracundus, bonarum rerum ſtudioſus, juſtus, pius ſive ſanctus, temperans.

Hoc autem rectè ita accipi debere Duarenus *d. loc.* monet, non ut Epiſcopus is demum eligatur, in qvo nihil horum vitiorum penitus inſit, res enim contra naturam pene eſt, (inqvit Hieronymus) ſine peccato aliqvem eſſe, ſed egregium etiam animi dotibus virtutibus præcellentem multitudini eſſe oportet, ut ejus comparatione cæteri grex.

grex dicantur. *c. unum diſt. 25.* maximè verò illud cavendum eſt, ne qvid accuſatione judiciali criminationeqve dignum ab eo perpetratum ſit. Et qvanqvam Paulus *d. loc.* de Epiſcopis loqvatur, tamen de cæteris omnibus presbyteris dubium non eſt, qvin ea verba etiam accipi debeant: cum eo tempore iidem & presbyteri & Epiſcopi appellarentur *Duar. d. loc.* ubi ad id citat Chryſoſtomum & Epiſcopum. *Pet. Gregor. d. loc. cap. 37 n. 8. & ſeq.*

Deinde idoneus etiam debet eſſe præſentandus, qvoad literarum cognitionem. *c. illi diſt. 36. c. pœnitentes diſt. 51. c. cum in cunctis de elect.* Proindè ſi qvis fortè literarum ignarus ad ſacrum miniſterium obrepſiſſe deprehendatur, is confeſtim ab eo removendus eſt. *c. ult. de ætate & qualit.* Nam ſi laicis & prophanis hominibus doctrina neceſſaria eſt, certè in iis, qvi cæteris præſunt, & ſe Doctores aliorum profitentur, intolerabilis eſt, neqve illam veniam meretur inſcitia. *c. ſi in laicis diſt. 38.* eſtqve ignorantia veluti peſtis qvædam, & mater cunctorum errorum. *c. ideò diſt. 57. c. 1. diſt. 38.*

Sacerdotis enim partes ſunt non ſolùm docere verbum Dei, ſed etiam contradicentes refellere *ad Tit. cap. 1.* & rationem omni poſcenti de fide ſua eos redderé jubet Petrus. *1. Pet. 3.* qvæ omnia absqve doctrina & eruditione præſtari non poſſunt *c. qui eccleſiaſticis. diſt. 36.* Periculum ſiqvidem eſt, ne ſi cæcus cæco dux fuerit, ambo in foveam cadant. *Act. cap. 22. c. ideo diſt. 37. c. qua ipſis diſt. 38.*

Et hinc eſt, qvod præſentari debeat clericus idoneus, h. e. ipſi Epiſcopo offerri & exhiberi. *Panorm. in c. cum parati de appellat.* Unde de abſente non jure fit præſentatio. *gl. in Clement. dudum §. ſtatuimus de ſepult.* niſi fortè perſpecta eſſet, & cognita Epiſcopo qvalitas abſentis clerici. *Panorm. in c. ea noſcitur de iis, qui fiunt à Prælat.* Cum enim rei demonſtratæ fruſtra adjicitur demonſtratio. *l. 1. de in integr. reſtit.* nihil prohibet, qvo minus poſſit præſentari clericus abſens, cujus qvalitates ſuperior notas habet. *Panorm. ad d. c. ea noſcitur*, & ea ratione abſenti poterit benaficium conferri. *c. accedens de præſent. c. ſi tibi abſenti, eod. tit. in 6. Coraſ. in tract. de benefic. cap. 6. num. 17.*

An ob vitium aliqvod corporis debeat qvis repelli à Sacerdotio,

ut

ut exinde præſentari non poſſit? qværitur. Sanè diſerta prohibitio extat *Levitici 21. v. 17.* locutus eſt Dominus ad Moſen, dicens; loqvere ad Aaron: Homo de ſemine tuo per familias ſuas, qvi habuerit maculam, non offeret panes Deo ſuo. *v. 18.* neqve accedet qvisqvam talis ad miniſterium ejus, ſi cæcus fuerit, ſi claudus, ſi vel parvo vel grandi naſo, *v. 19.* ſi fracto pede, ſi manu, *v. 20.* ſi gibboſus, ſi tenuis, ſi pelliculam habens in oculo, ſi vel ſicca vel humida ſcabie infeſtetur.

Sed præceptum hoc fuit ceremoniale ſive Leviticum ſummam unici Sacerdotis in Novo Teſtamento Chriſti Jeſu perfectionem, & ab omni labe immunitatem denotans, *Heb. 7. v. 1.* ideò in Novo Teſtamento iſte rigor ceſſat, ut exindè Eccleſia N. T. non ſit præcisè ad legem illam politicam allegata. *D. Gerhard. tom. 6. locorum comm. de miniſterio Eccleſiaſtico cap. 4. num. 187.* addit tamen εὐσχημοσύνης ergò, qvantum fieri poteſt, tales miniſtros eſſe præſentandos & eligendos, qvi ob defectum aliqvem corporis non ſint aliis contemtui.

Qvin etiam propter defectus qvosdam inſigniores qvidam à miniſterio omninò excluduntur de jure Canonico. *c. communiter diſt. 33. c. clerici eod. c. pœnitentes diſt. 55. c. ſi qvis abſciderit ead. diſt. c. qvi partem diſt. ead. c. ſi qvis à Medicis c. Eunuchus c. ſi qvis pro ægritudine c. ſi qvis in infirmitate c. lator. diſt. ead.*

Sed de ſupervenienti corporis vitio poſt ſuſceptam ſc. ordinationem, aliter ſtatuunt. *c. præcepta diſt. ead. Duar. de benefic. lib. 4. cap. 4.* Verùm ad ſeveritatem horum Canonum non eſſe nos ſimpliciter alligatos, ideò qvod præſtet miniſtrum carere oculo alterutro, qvam Eccleſiam idoneo miniſtro, ſcribit D. Gerhard. *d. num. 187. in fin.*

An etiam ætatis ſit ratio habenda in præſentatione & electione ad miniſterium? itidem qvæſtionis eſt. Sanè ex textu *Num. 4. v. 3.* conſtat, anno ætatis trigeſimo Levitici generis ſacerdotes ad publica miniſteria demum fuiſſe admiſſos, (poſtqvam per qvinqvennium de illis ritè obeundis fuiſſent prius informati, ut colligitur ex *Num. 8. v. 24.*) qvæ adminiſtrabant usqve ad annum qvinqvageſimum. Chriſtus etiam in N. T. cum baptiſmum in Jordane ſuſcipiens per vocem Patris cœleſtis, & Spiritum Sanct. in ſpecie columbæ deſcendentem

 mini-

miniſterio inauguraretur, incipiebat eſſe ferè annorum triginta.

Eadem ætas fuit Johannis Baptiſtæ, ut colligitur ex hiſtoria Evangelica, qvi mox poſtea, cum tertio menſe miniſterii baptizatus eſſet, ferè abſolvit annum trigeſimum. Ex qvo fundamento profluxit conſtitutio. *c. cum in cunctis Ext. de Elect. & elect. poteſt. c. ſi qvis c. presbyter. diſt. 78.* Presbyterum minorem XXXV. annis fieri non permittimus, ſed neqve Diaconum vel Subdiaconum minorem annis 35. nec lectorem minorem 18. Item Epiſcopum minorem annis 35. ordinare conſtituit Imp. Juſtinianus *in Aut. presbyterum C. de Epiſc. & Cler. Novell. 123.*

Sed qvod de ætate eligendorum ad miniſterium non poſſit generalis qvædam regula tradi, verùm qvod *ἱκανότης* hîc ſit reſpicienda, qvæ in qvibusdam citius, in qvibusdam tardius animadvertitur, monet D. Gerhardus *d. loc. n. 185.* ubi addit, ſtatutum illud de anno trigeſimo prius expectando, anteqvam ſacris miniſteriis qvis adhibeatur, fuiſſe Leviticum, & idcircò nos in N. T. haud obligare. Deinde Chriſtum etiam ſuo exemplo noluiſſe certam regulam præſcribere, & certum annorum numerum in eligendis ad miniſterium determinare. Præterea nec Apoſtolum in forma, juxta qvam eligendi ſunt miniſtri, ullam certæ ætatis mentionem facere; cum tamen de vidua ad certas qvasdam operas Eccleſiæ præſtandas eligenda, & ſumtibus Eccleſię alenda dicit. *1. Tim. 5. 9.* Vidua eligatur non minor ſexaginta annis. Sed & de Timotheo Epiſcopo dicit *1. Timoth. 4. v. 12.* nemo adoleſcentiam tuam contemnat. Neq; tamen probatur D. Gerhardo *d. loc.* qvod in papatu ſæpius eligantur ad beneficia eccleſiaſtica etiam curata, h. e. qvæ curam animarum conjunctam habent, qvi ætate adhuc ſunt immaturi.

Præterea ut qvis itidem tanqvam idoneus præſentari poſſit, reqviritur, ut ſit ſinceræ religionis fidei & doctrinæ. Hinc illud in dubium vocatur; cum jus præſentandi clerici, longè differat à jure reformandæ religionis: qvippe qvod introductio & reformatio religionis ex conſtitutione pacis publicæ ſaltem ſtatibus Imperii ſit conceſſa, ſi patronus ſit Auguſtanæ Confeſſionis; at Epiſcopus faveat Pontificiæ religioni; & contra: Num idoneus is erit, qvi eam profitetur

reli-

religionem, qvàm patronus; an verò ille ſit præſentandus, qvi cum Epiſcopo ejusdem eſt religionis & fidei? vel, an patronus ſuæ fidei clericum in præjudicium religionis Parochianis obtrudere qveat; an verò illis recuſandi jus competat. Sunt qvi exiſtimant, Patronum Auguſtanæ Confeſſionis, poſſe præſentare ſuæ religionis, & fidei hominem, eumqve ab Epiſcopo eſſe ordinandum & inſtituendum. *Pet. Frider. lib. 1. de mandatis cap. 29. n. 7. & 8. Syring. de pace religionis concl. 29. lit.* g *in notatis.*

At contrariam ſententiam & juris veritati magis congruere, & uſu paſſim receptum, aſſerit Theodorus Reinking. *lib. 3. de regimine Eccleſiaſtico claſſ. 1. cap. 9. n. 22.* qvod ſcil. patronus ſuæ fidei clericum Parochianis obtrudere non poſſit, ſed patronus tenetur præſentare hominem Auguſtanæ religionis, ſi ſtatus & Magiſtratus Auguſtanæ Confeſſionis jus Epiſcopale, adeoqve etiam inſtitutionem & confirmationem habeat. Et vice verſa. Qvod patronus religionis Auguſtanæ, debeat præſentare hominem Pontificiæ religionis, ſi ſtatus & Magiſtratus Pontificiæ religionis jus Epiſcopale, & conſeqventer etiam ordinationem, inſtitutionem & confirmationem habeat. Et hanc ſententiam conſtitutioni religionis magis conſentaneam eſſe, dicit D. Cranius *in eleganti tractatu de conſtit. religionis p. 1. problem. 1.*

Rationes decidendi pro hac poſteriore ſententia, relatæ à D. Reinkingio, hæ ſunt: Prima eſt: qvia religionis introducendæ poteſtas penes immediatam iſtius loci jurisdictionem reſidet, per notata Springeri *d. tract. cap. 10.* At jura patronatus in patronatos nullam jurisdictionem tribuunt; ſed tantùm facultate miniſtrum idoneum, & ſano munere dignum intra conſtitutum tempus cæteri Eccleſiaſtico præſentanda. Jus igitur præſentandi & introducendi religionem diſtinctis limitibus hîc erit ſegregandum. *Springer. d. loc. p. 114.*

Secundò, qvia præſentatus à patrono ſubjicitur cenſuræ Epiſcopi vel ejus, qvi jus Epiſcopale habet; & tum demum admittitur, ſi in eâ idoneus ab Epiſcopo reputetur, *tot. tit. de Inſtit. & paſſim tit. de jure patron.* Unde conſeqvitur, patronum neceſſe habere talem præſentare, qvi ſuſtinere poteſt cenſuram Epiſcopi, qvod utiqve non poterit is, qvi fovet aliam religionem, qvàm Epiſcopus loci.

Tertia ratio eſt: Si hoc procederet in Auguſtanæ Confeſſionis patronis, idem utiqve ſibi vendicarent Patroni Pontificii: tum qvod ſine cujusqvam indignatione æqvum cenſetur, ut qvod qvisqve juris in alium ſtatuat, eodem & ipſe experiatur. *tot. tit. ff. Qvod quisq. juris* tum qvod pacificatio religioſa per modum contractus conſtituta æqvalitatem ſervat inter ſtatus utriusqve confeſſionis: ne contractus contra ſui naturam claudicet. Itaqve patronus ſuæ fidei hominem in præjudicium religionis, & ejus qvi jus Epiſcopale habet, obtrudere non poteſt, cujuscunqve ſit religionis: qvod ita paſſim uſu ſervari à viris rerum uſu peritis, infinitis exemplis obſervatum ſe cognoviſſe, ſcribit Reinking. *d. cap. 9. n. 24.*

Qvarta ratio adducitur à D. Cranio *d. loc.* hæc, qvod ſcilicet vigore pacificationis religioſæ, non niſi Imperio immediatè ſubjectis, in ſuis terris, poteſtas mutandę religionis conceſſa ſit. At qvando patronus Auguſtanæ religionis aliqvem addictum ſuæ religioni præſentaret Eccleſiæ, ejusqve loci Epiſcopo Pontificiæ religionis, qvem & neceſſariò teneretur confirmare & inſtituere, qvamvis cenſuræ ſuæ ſatisfacere non poſſet, tunc patronus in effectu mutaret paulatim religionem in alterius territorio; facilè enim auditores per Paſtores diverſam religionem profitentes, ſeduci, & ab una ad aliam dimoveri poſſent religionem; atqve ita Eccleſia illa turbaretur in libero ſuo religionis exercitio, contra pacificationem religionis § Und damit ſolchem Fried is & §. Damit auch obberührte beyderſeits Religions-Verwandte/ ſo wol mehr in beſtändigen Frieden und guter Sicherheit gegen und bey einander ſitzen und bleiben mögen / & ibi, ihren Gang laſſen/ und keine Hinderniß oder Eintrag dadurch beſchehen/ etc. qvod ſanè fieret, ſi præſentatus ab Epiſcopo eſſet neceſſariò inſtituendus, ut modò dictum.

Qvinta ratio eſt: qvod notum ſit, patronatus jura nullam jurisdictionem, nullamqve poteſtatem, præter illam, qva ſede vacante intra legitimum tempus, alium præſentare poſſunt, tribuant, qvi etiam, niſi Epiſcopo probetur, repudiari poſſit. *tot. tit. de jure patron. & tit. de inſtit.* Deficiente autem jurisdictione ſive jure territoriali, deficit

qvoqve

qvoqve jus mutandæ religionis: & per conſeqvens, patronus non ſuæ religionis hominem, ſed regularem præſentare debet.

Concluditur itaqve, patronum non ſemper poſſe ſuæ fidei clericum obtrudere Parochianis, ſed debere hac in parte reſpicere ad religionem Parochianorum, qvæ ſi convenit cum religione ſuorum ſuperiorum, penes qvos eſt jus Epiſcopale, hunc patronum, cujuscunqve etiam ſit religionis, poſſeſſionem ſuæ religionis amittere & accommodare ſe debere ad fidem Parochianorum; aliàs namqve Parochianos jus recuſandi habere.

Et ita judicatum in Camera Imperiali in cauſa Truchſeß contra Epiſcopum Herbipolenſem, ubi pago **Unßleben** / in territorio Epiſcopi ſito, pro jure patronatus præfecerunt die Truchſeſſen Auguſtanæ Confeſſionis miniſtrum. Epiſcopus huic mandat, ut abeat. Idem in alia cauſa contra eundem Epiſcopum judicatum; ubi concluſum eſſe, refert Springerus *in tract. de pace relig. cap. 11.* Si Auguſtanæ religionis patronus ſit in poſſeſſione præſentandi in ditione Catholica, qvod tunc, niſi Catholicum præſentet, poſſeſſionem amittat; qvia die Landesfürſtliche Obrigkeit per totum territorium, ut majus trahit ad ſe minus; ita etiam poſſeſſionem religionis, h. e. ut major qvalitas ad ſe trahit minorem *c. 3. Ext. de donat. int. vir. & uxor. c. acceſſorium de reg. jur. in 6. l. cum principalis 178. de reg. jur.* Sic territorii omnimoda jurisdictio, mutationem religionis *Gilman. Symphor. ſupplicat. tom. 1. tit. 3. vol. 7. pag. 235. cum ſeq. & n. 258.*

Sed videamus nihilominus rationes Petri Frideric. Primò dicit, collatorem Pontificium à Patrono Evangelico præſentatum Evangelicum ſine ulla Canonica regularitatis ſatisfactione inſtituere teneri. Ad id reſpondet Cranius, illud cum mica ſalis accipiendum de eo caſu, ubi religionis mutandæ poteſtas eſt penes patronum, vel alium ejusdem religionis cum patrono, non autem penes collatorem. Siqvidem patronus jus mutandæ religionis ex ſuperioritate non habens, ſuæ fidei clericum in præjudicium religionis, Parochianis obtrudere non poteſt: jus enim introducendæ religionis ex immediata in parochianos jurisdictione, non ex patronatu nullam jurisdictionem tribuente reſultat.

Deindè nititur hoc fundamento: qvod cenſura Eccleſiaſtica Pontificia Auguſtanæ religionis ſtatibus ſit ſuſpenſa. Ad qvod reſpondetur, cenſuram qvidem Eccleſiaſticam ſuſpenſam eſſe, qvatenus utriusqve religionis homines ſuæ confeſſionis aliqvem recipiunt, ne ipſum ejicere poſſint; exindè tamen non ſeqvi, hoc eò trahendum, & ita intelligendum eſſe, qvaſi etiam alterius à ſua alienæ fidei paſtorem ſibi ſuperinduci pati debeant: qvia jus patronatus diſtingvendum eſt à jurisdictione, qvæ reſpicit ipſam religionem. Nam patronatus jus non eſt jurisdictionale, tribuens vel impediens jurisdictionem Eccleſiaſticam; imò neqve eſt de regalibus, uti de ſuperioritatis genere, ſed de genere eorum, qvæ cuilibet etiam ruſtico ex dotatione, fundatione vel ædificatione Eccleſiæ competere qveunt. *Hoſtienſ. in ſumma de jure patron, n. 5. & ſeqq.*

Cum itaqve præſentatio non ſit actus jurisdictionalis, ipſam religionem reſpiciens; exinde neqve referri poterit ad illos caſus, qvi ad ſuſpenſionem jurisdictionis Pontificiæ referuntur.

Deinde licet cenſura Eccleſiaſtica ſuſpenſa ſit, & adempta iterum iis, qvi vi jurisdictionis Eccleſiaſticæ eam in adverſariæ fidei adſertores vibrare ſolebant; non tamen in totum ſublata eſt: cum in politicum Magiſtratum interim ſit collata, qvi nihilominus etiam hodiè cenſere & animadvertere poterit, ne qvid extra cujusqve limites, contra ſanctiſſimam illam conſtitutionem pacemqve religioſam admittatur, nè patronus aliqvis duriuſculæ frontis jura ſibi competentia confidenter arrogare, ut adverſariæ religionis homines in ritibus, ceremoniis & conſcientiis turbet. Qvin & per pacificationem religioſam, Epiſcoporum jurisdictio non eſt ſuſpenſa in locis Epiſcopatuum ſuorum, & ubi ipſi ſine controverſia jus Epiſcopale habent: idqve expreſsè cavetur in Reichs Abſchied de anno 1555. §. Damit auch obbewehrter §. doch den geiſtlichen Churfürſten an Ihren andern Rechten und Gerechtigkeiten unvorgreifflich / & in eodem §. in fin. Et in dubio ratione ſuperioritatis Epiſcopi intentionem habent in Eccleſiis ſibi ſubjectis. *c. 2. de reſtit. ſpoliat. in 6. Weſenb. conſil 48. n. 1. Cravett. probl. 9. & Reinking. d. cap. 9. n. 25. & ſeqq.*

Altera ratio Friderici eſt, qvod non liceat Magiſtratui Politico in ſub-

ſubditos Auguſtanæ Confeſſionis tanqvam hæreticæ pravitatis reos inqvirere. Ad qvod reſpondetur: licet Epiſcopus vel Magiſtratus Pontificius in Auguſtanæ Confeſſionis homines à patronis nominatos ad hunc effectum inqvirere, an ſint hæretici, & tanqvam tales damnandi, non poteſt: nulli tamen prohibentur, qvin ad hoc, ut miniſterio & Eccleſiis ſuæ inſtitutioni ſubjectos, in eos & eorum doctrinam inqvirere poſſint, ad hunc effectum, an recipiendi ſint, nec ne.

Sicut itaqve Patroni Pontificii tenentur præſentare religionis Auguſtanæ miniſtrum, ſi ſtatus & magiſtratus Auguſtanæ Confeſſionis jus Epiſcopale, adeoqve inſtitutionem & confirmationem habet; ita & vice verſa ſtatuendum erit, ut ſc. patronus religionis Auguſtanæ teneatur præſentare miniſtrum confeſſionis Pontificiæ religionis jus Epiſcopale habeat, eò qvòd jus religionis introducendæ poteſtas penes immediatam iſtius loci jurisdictionem reſideat. *Adrian. Gilmar. tom. 1. p. 1. tit. 3. voto 12. & tom. 2. p. 1.* in dem Bedencken, *ſub voto 12. verſ.* wolte aber Reinking. *d. cap. 9. in fin.*

Uſu tamen in iis locis, ubi patronatus & Epiſcopalia jura reciprocè habentur, jus Canonicum, non attenta cenſuræ eccleſiaſticæ ſuſpenſione, iterum invaluiſſe videri, ſubdit Cranius *in fin. d. problem. 9.*

Et hucusqve qvomodo præſentatio eſſe debeat legitima ratione perſonæ præſentandæ; ne videlicet patronus ſeipſum præſentet; Item, ut præſentatus ſit idoneus. Præſentatus itaqve, ſi ordinarius, qvi poteſtatem inſtituendi habet, eum inſtituere recuſet ſine legitima recuſationis cauſa, poteſt appellare ad Epiſcopum. *c. paſtoralis ubi gl. verb. appellaverunt & c. fin. h. tit.* tum qvia patrono perſeverante nec variante, acqviritur jus præſentato, adeoqve injuria ei fit, ſi non admittitur. *Abb. in c. cum Bertholdus n. 9. ubi Felin. n. 1. de præſcript. Menoch. conſil. 59. vol. 3.* & propterea virtute illius gravaminis poterit appellare. *arg. l. illud ff. de appellat.* Sanè ob legitimam cauſam denegaretur inſtitutio, tunc ſecus eſt, nec ſuperior inſtituere non tenetur. *c. nullus h. tit. arg. c. in literis diſt. 63. Ricc. diſt. 149. V. Fr. Marci deciſ. 492.*

Ratione modi reqviritur, * ut præſentatio fiat juſto tempore. 16

Ne

Ne enim officia nimis diu vacent, legitimum tempus ad præſentandum patronis præſcriptum, videlicet ut laicus intra qvatuor menſes; at Eccleſiaſticus intra ſex menſes hominem idoneum, & ſacro munere dignum præſentare debeat *c. 1. §. fin. c. qvoniam. c. cum te. c. cum propter h. tit. c. 1. ubi Dd. hoc tit. in 6.*

Sed ſi laicus una cum Eccleſia jus patronatus ſimul habet, tum propter Eccleſiã ex cõnexitatis privilegio pariter habet ſex menſes ad præſentandum, cum aliàs per ſe qvatuor menſes tantùm haberet, uti modò dictum. *Pet. Frider. lib. 3. de continentia cauſarum cap. 19. n. 31.* Eccleſiaſtico patrono ideò majus tempus, qvam laico, conceditur, qvod laicus ante inſtitutionem variare, & plures ſucceſſivè præſentare poſſit: qvæ variatio Eccleſiaſticis penitus prohibita eſt. *c. qvod autem c. paſtoralis ubi Dd. h. tit.*

Ut itaqve hac ratione Eccleſiaſtici maturius præſentandum eligere, & ſuæ Eccleſiæ conſulere poſſint, idcircò Canones longius tempus Eccleſiaſticis, qvàm laicis indulſerunt. *c. 1. §. de jure patron. in 6.*

Variatio tamen illa licita in laico ſaltem, qvamdiu unum ex præſentatis non inſtituerit Epiſcopus: nam poſt præſentationem & inſtitutionem rejicitur præſentatio. *c. qvod autem conſulis h. tit.* Licita tamen laico variatio tunc eſt, ſi laicus præſentet indignum, qvi exinde repudiatur ab Epiſcopo: nam poteſt tunc intra qvadrimeſtre tempus alium præſentare, & plures, inter qvos tamen eſt poteſtas Epiſcopo eligendi qvem velit; & ut dicimus, locus eſt gratificationi. *c. cum autem advocatus eod. tit.*

Non etiam poteſt patronus laicus variare lite pendente. *Covarr. pract. qvæſt. cap. 36. n. 7. verſic. 3. Lancellot. in tract. de attentatis. cap. 4. n. 560.*

Ante tempus autem hoc conceſſum, Epiſcopus ſpreto patrono laico pleno jure conferre non poteſt; Sed ſi inſtitutus qvis ſit absq; præſentatione, ille tanqvam invaſor removeri poteſt. *Coraſ. de benefic. pag. 163. n. 27. & ſeq.*

Diverſum eſt in præſentatione indigni facta ab Eccleſiaſtico: nam tunc Epiſcopus, ſpreta illa præſentatione, pleno jure confert; cum jus præſentandi Eccleſiaſticus amiſerit, indignum præſentando,

neqve

neqve poſſit unqvam variare facta præſentatione ſemel, id eſt, alium non poſſit præſentare *c. cum autem de jure patron.* ut contra, ſi ille præſentatus ſit idoneus, non poſſit alium ei præponere Epiſcopus, *d. c. cum advocatus*, dummodo præſentatio fiat vacante beneficio: nam ante vacationem præſentatio inutilis, & adveniente ea, non obſtante prima, rectè alium vel primum præſentat; nec dicitur ideò variare. *c. fin. eod. P Gregor. lib. 17. Syntagm. cap. 4. n 11. & 3. ſeqq.*

Sed qvia ſi intra tempora legitima ex negligentia non facta præſentatio, hoc nocet ipſi patrono; & collatio ſpectat ad Epiſcopum. *Faber. tit. 6. Cod tit. 1. defin 3.* exinde qvæſtionis eſt: Utrum tempus illud ſemeſtre qvod datum eſt Patronis, ad præſentandum currat à tempore vacationis Parochiorum, vel aliorum beneficiorum illis etiam ignorantibus, an verò à tempore notitiæ vel ſcientiæ?

Sunt enim qvi exiſtimant, præſcriptionem currere à tempore vacationis per *c. eam te decet 22. de jure patron. Dretz. de Mena in ſuis pract. qvæſt. lib. 1. qvæſt.* 3.

Sed verius eſt, illud tempus etiam diebus feriatis currere à die ſcientiæ. Nam ſi de jure civili agitur, certum eſt, præſcriptionem ignoranti non currere. *l. ſemper 15. §. annus junct. §§ ſeqq. ff. Qvod vi aut clam l. annus in fin. de column. ibi, qvia qvi neſcit, is videtur experiendi poteſtatem non habere, & verius eſt, ex eo annum numerari, ex qvo cognovit, l. generno 8. ibi cum eum mortuum eſſe ſciret. ff. de his, qvi notant. infam. l. 2. Qvis ordo in bon. poſſ.* qvia ignoranti nulla poteſt imputari culpa vel negligentia. *Schurff. cent. 1. conſ. 61. n 6.* at præſcriptio currit tantum ob moram & negligentiam non agentium inducunt *l. 1. in fin. C. de annali præſcript.*

Nec probanda eſt ignorantia, ſed dicitur veriſimilis. *Achill. de Graſs. deciſ. unic. de ſuppl. neglig. Prælat.* & exinde præſumitur, donec probetur ſcientia. *Rol. à Valle conſil. 68. n. 10. lib 3. Maſcard. de probat. concl. 8.7.9. n. 1. & ſeqq.*

Et tunc, qvamvis in plerisqve locis ita uſus obſervet, ut Epiſcopus vacationem beneficii patronis tempeſtivè inſinuet, ſi tamen id omiſſum, & tempus legitimum exactum fuerit, dicimus in patrono ignorantiam vacationis tamdiu præſumi oportere, donec ab Epiſcopo

P pro-

probetur ſcientia. Ratio ejus eſt: nam ignorantia eſt actus privativus, habens negativam adnexam; qvæ negativa eſt de jure impoſſibilis: Sed ſcientia ponit & adfirmat; meritò ergò probari debet. *l. actor C. de probat. Maſcard. de probat. concl. 879.*

Sic in actione verbalium injuriarum, annua præſcriptio currit à tempore ſcientiæ. *Gail. 2. obſ. 105. n. 11.*

Et hæc ſententia de jure Canonico eſt verior *per text. in c. qvia diverſitatem in fin. ibi Semeſtre autem tempus non à tempore vacationis prabendarum, ſed notitia ipſius potius volumus computari, &c. Ext. de conceſs. prab. c. licet magiſter 3. verſ. mandamus, ibi, tempore ſemeſtri &c. non à vacatione, ſed à notitia computato Ext. de ſuppl. negl. pralat.*

Eamqve ſententiam juri & æqvitati magis conſentaneam dicit D. Cranius, *d. probl. 9. connexo 1.* & Springerus *de pace religionis cap. 11.* illam probabiliorem judicat; qvi etiam ad capitulum pro contraria ſententia allegatum, *in c. eam te 22. de jure patron.* reſpondet, qvod ibi nulla fiat mentio ignorantiæ, ſed ſimpliciter reſcriptum de vacatione conceptum ſit: cum ergò alibi in allegatis textib. juris CC. diſtingvitur expreſſè, meritò hunc textum ita concludendum eſſe. Sed videndum adhuc eſt, an Epiſcopus poſſit prorogare tempus qvatuor vel ſex menſium ad præſentandum patronis à jure conceſſum? Qvod adfirmandum eſt, qvia hæc prorogatio valet in ſui ipſius præjudicium, non patroni: Nam certum eſt, qvod Epiſcopus poſt patronos per ſex menſes poteſt providere Eccleſiæ, nec autem poteſtas conferendi ad ſuperiorem devolvitur: qvid itaqve impediret, qvo minus patrono poſſet & hoc concedere, ut ita prorogatio valeat in ipſiusmet prorogantis præjudicium, non etiam alterius puta ſuperioris, ad qvem poſt tempus ordinario conceſſum devolvitur jus conferendi, *Abb. in c. cum ſit Romana de appellat.* Qvin & aliàs etiam conſtat, judicem ex cauſa poſſe terminum à jure ſtatutum abbreviare & prorogare. *Bart. & alii in l. 2. de re judic. Mynſ. 3. obſ. 40.* Et qvando dubitant Dd. an terminus à jure præfixus poſſit prorogari, intelligitur qvando factum tangit jus partis *ſec. Panorm. in 6. c. cum ſit Romana*, qvod in præſenti caſu non eſt. *Ricc. deciſ. 217.*

Deni-

Deniqve qvoniam collatoribus tempus à tempore vacationis, idcirco etiam idem jus meritò cenſendum eſt: ubi enim eadem ratio, ibi etiam idem jus obtinet. *L.ult. C. ad L. Falcid. l. non ſolùm §. qui Princ. de excuſat.*

Sic namqve in foro Pontificio determinatum eſt, (Epiſcopum præſentato in beneficium vacans, inſtitutionem non debere denegare, niſi ſubſint cauſæ rationabiles, ut ſi præſentatus fortè ſit excommunicatus, vel aliàs minus idoneus, qvi non poſſit ſine ſcandalo ordinari,) qvod ſi collator ordinarius negligens fuerit, nec beneficium intra ſemeſtre contulerit, (tempus namqve datum patronis, idem tempus etiam datum eſt collatoribus ſecundùm ſtatuta concilii Lateranenſis,) nulla interveniente juſta impedimenti cauſſa, ex qvo nimirum tempore ſcivit beneficium vacare, ad ſuperiorem videlicet Pontificem, jus conferendi pro ea vice devolvitur *Beer deciſ. 312. n. 2. Fabr. lib. 6. cod. tit. 1. defin. 3.* ubi ita Senatum illius loci pronunciaſſe teſtatur; & ſimul notat, qvod ea res patrono non noceat, qvia negligentia patroni devolvit jus ipſius ad Prælatum collatorem: Prælati verò collatoris negligentia devolvit jus non patroni, ſed Prælati ad ſummum Pontificem vel ſuperiorem, cum patrono, eo in caſu nihil imputari poſſit. Cæterum qvod ſuprà dictum, Epiſcopum non poſſe ſine patroni conſenſu conferre beneficium, *c. illud h. tit. c. decernimus 16. q. 7.* illud non obtinet in illis caſibus modò etiam memoratis, qvibus facta ſine patroni præſentatione inſtitutio conſiſtit: Veluti ſi patronus intra præfinitum à lege tempus in præſentando negligens fuerit. *c. 2. de ſuppl. neglig. prælat.* qvo caſu poteſtas conferendi devolvitur ad Epiſcopum. *d. c. 2. d. c. illud h. tit. ubi Panorm.* aut alium, ad qvem jus inſtituendi pertinet, etiam Epiſcopo inferiorem. *Clement. unic. ubi gl. de ſuppl. neglig. prælat. Panorm. ad c. 2. de conceſſ. prabend.*

Idemqve eſt, ſi ſcienter indignum patronus præſentaverit *Nov. de ſanctiſſ. Epiſc. c. ſi qvis Oratorii.* Paria namqve videntur, nullum offerre, vel minus idoneum. *c. 2. §. Sed neq; de translat. Epiſc.* Et ſi jure communi collationem aut electionem habentes ob illam cauſam jure ſuo privantur, *c. cum in cunctis §. fin. de elect.* qvantò magis patro-

Digitized by Google

ni. *l. ejus militis* §. *ſi militia ff. de teſtam. milit.* qvibus ex privilegio & gratia præſentandi facultas competit. *c. qvod autem h. tit. Coraſ. de beneſic. cap 6. n. 30. & ſeqventib.*

Et ita præſentatio ſit, qvando ſaltem eſt unus patronus: ubi hoc addendum eſt: pluribus præſentatis à patrono teneri Epiſcopum digniorem inſtituere *c. tertio h. tit. c. ſi fortè ult. diſt. 63. Roch. de verbo honorificum. q. 16.* ne aliàs beneficia Eccleſiaſtica indignis conferantur. *c. nihil de ætate & qvalit. c. fin. eod tit.* Unde Epiſcopus omittendo digniorem, dignum inſtituens, dicitur moraliter peccare, & teneri ad reſtitutionem, ſi beneficium debetur digniori ex aliqvâ lege vel ſtatuto, reperto in concurſu. *Lambert. artic. 10. Covarr. in c. peccatum 2. part. § 7. n. 4. de reg. jur.* Imò ſunt, qvi tenent, qvod dignior prætermiſſus poterit appellare, relati à Covarr. *d. § 7.* Dignior autem eſt in hac materia, non ſimpliciter ille, qvi doctior ſit vel ſanctior, ſed qvi juxta munus & rem, cui præficiendus eſt, aptior ejus miniſterio apparet. *Riccius deciſ. 230.*

Qvod ſi plures ſint patroni, tunc poteſt patronus ſeparatim præſentare, qvo ipſo tamen non præjudicat juri reliqvorum compatronorum: qvia collatio, qvæ qvoad hoc æqvipollet præſentationi, conſervat jus aliorum Canonicorum, ſi reperitur facta à ſolo præpoſito. *Calderin. conſil. 21. de jure patron. Seraphin. deciſ. 121. p. 2.* Qvod ita obtinet, ſi omnes patroni ſint in poſſeſſione. Sin verò omnes non eſſent in poſſeſſione præſentandi, tunc per præſentationem unius non præſervatur jus reliqvorum patronorum: item ſi omnes patroni non venerint eodem jure, ſed ex diverſo *Lambertin. Ricc. deciſ. 209.* Ita ſc. patronus ſolus poteſt præſentare aliis non reqviſitis, qvando jus patronatus ſpectat ad plures ut ſingulos (uti in dubio præſumitur,) & non uti univerſis & jure collegii *Joh. Andr. in c. 1. h. tit.* niſi adſit ſtatutum vel conſvetudo urgens in contrarium per qvam plures patroni eſſent ſolidi ſemel convenire ad præſentandum. *Ricc. deciſ. 177.* Cæterum qvando plures ſunt patroni, tunc præſentatio debet fieri intra tempora legitima ab omnibus, vel majori parte, etiam à putativis patronis, ſi modò bonâ fide ſint in poſſeſſione. *c. conſultationibus & c. [illegible] h. tit. ubi gloſſ.* qvia hoc jus pertinet [illegible] ad plures in ſolidum. *c. 1. 2. 3. h. tit.*

Et

Et ita apud omnes ſimul, ut apud nullum ſingulariter ſit. *d. c. 1. & 2.* ſicut dominium rei communis, *Schurff. conſil. 35. n. 5. cent. 3.*

Sed qvid, ſi à ſingulis præſententur ſinguli, uter ex hiis ab Epiſcopo eſt inſtituendus? In hac qvæſtione probabilius videtur, inſtitutionem unius vel alterius ex ſola electione & arbitrio Epiſcopi dependere. *gl. in c. ſi plures 16. q. 7. P. Gregor. d. lib. 17. cap. 4. n. 6.* idqve ideò ita conſtitutum eſt, ne ex plurium patronorum diſſenſione miniſteria diu vacent. *gl. in Dd. in c. cum autem ubi Panorm.* qvi tradit de juris negotio Epiſcopum tali caſu etiam extraneum inſtituere poſſe. *arg. c. qvoniam h. tit. Sextinus conſil. Marpurg. 10. n. 16. vol. 1.*

Alioqvin ne plures patroni in præſentando mutuò contrarioqve concurſu ſe invicem impediant, vel inter ſe perniciosè contendant, rectiſſimè faciunt illi, qvi præcedente expreſſa conventione ſinguli alterius vicibus Epiſcopo inſtituendum præſentant. *d. Clement. 2. de jure patron. verſ.* & ut facilius convenire in præſentando debent plures heredes unius, nam unum ſolùm repræſentant, in ſtirpesqve ſuccedunt, non in capita, ſive æqvaliter, ſive pro minori parte ſuccedant, nihil enim intereſt. *Clement. fin. h. tit. P. Gregor. d. cap. 4. n. 5.*

Ex iis qvi à diverſis præſentare à pluribus ſive diverſis, is præferri debet, qvi à digniori parte præſentatus eſt, ut ſingulariter tradit Baldus *in l. 1. ff. de Senat.* ubi de fratre & ſorore dicit, ſi habeant jus patronatus, & ſint diſcordes in præſentatione, illum præferri, qvi eſt præſentatus per fratrem; qvia ſexus virilis eſt dignior. *Valaſc. in l. imperium n. 5. de jurisdict.*

Sed poteſt evenire, qvod habens jus patronatus in ſuo territorio, relinqvat poſt ſe vel viduam, vel filiam etiam tantùm, vel viduam & filios impuberes, qværitur ergò, an vidua jus patronatus exercere, & aliqvem præſentare ad examen & ordinationem poſſit? Dicendum eſt viduam relictam in pago vel oppido, ubi præſentandus paſtor, & ubi maritus vivus exercuit jus patronatus, habentem jus qvoddam conſtitutum per dotalitium poſſe benè præſentare clericum: qvippè qvod hoc caſu jus patronatus tranſeat unà cum pago vel oppido, cui jus patronatus inhæret. *c. cum ſeculum C. ex literis h. tit.* Idem ſi filia ſuccedat patri in feudo fœmineo, cui itidem jus patro-

natus eſt inhærens; nam & tunc filia in locum vacantem Eccleſiæ præſentare idoneum poteſt; qvippe qvod & jus patronatus per ſucceſſionem tranſeat. *c. perlatum 1. c. qvoniam de jure patron.*

Qood ſi verò vidua nullum jus conſtitutum habeat in illo pago vel oppido, neqve filia per ſucceſſionem ſuccedat patri in feudo, prout fœminæ regulariter in feudo non ſuccedunt. *lib. 1. feud. 1 verſ. hoc notandum*, tunc neqve jus patronatus & præſentandi illis competet.

Si præſentetur civis & exterus itemqve ſenior & juvenis; tum civis præfertur extero. *Rol. à Valle conſil. 47. n. 66. vol. 1.* & ſenior præfertur juveni. *arg. l. fin. ff. de fide inſtrum. Riccius deciſ. 191. de jur patr.*

A pupillo factam præſentationem, dummodo non in infante aut minore ſine tutoris autoritate, valere, eo qvod in præſentando patrimonii adminiſtratio non verſetur, ſcribit Faber *lib. 6. Cod. defin. 1.* Et qvod patronus cum eſt ſupra infantiam poſſit præſentare, & qvod ſua præſentatio prævaleat præſentationi tutoris, notat Anchoranus *conſil. 355. in fin. Tuſchus vol. 4. concl. 606. & conſl. 1616. n. 1. Citadin. pag. 84.*

Hic etiam qværitur: An ſeqveſter poſſit præſentare? nam beneficiorum, Eccleſiarum, rerum ſacrarum & ſanctarum, ut & juris patronatus eſſe poſſe ſeqveſtre, patet *ex §. olim ex literis Ext. de reſcript. c. 2. Ext. de dolo & contumac. c. exanimata Ext. de judic.* Verius eſt dicere, qvod is, qvi Eccleſiæ vel juris patronatus ſeqveſtrum habet, vacante ſacerdotio, poſſit interea jus præſentandi exercere, ne deficiente juſto Paſtore, rapaci alicui lupo ovile Chriſti pateat. *arg. c. ne pro defectu Ext. de elect. Clement. unic. de poſſ & fruct. ubi Godd. p. 288. n. 59. & Cludius pag. 614. cap. 11. n. 27. Duaren lib. 3. de benefic. cap. 10. Coraſ. lib. 3. Miſcell. cap. 2. n. 16. & ſeq.* Et ſic gloſſa *ad dict. Clem. unic.* tradit, expreſſa jura beneficii & beneficienti ſeqveſtrum, cum poſſident, præſentare poſſe *P. Gregor. de benefic. cap. 38. n. 18.* Ubi itidem tenet, qvod facta ſeqveſtratione rei eccleſiaſticæ, cui jus patronatus adhæret, poſſit interea ſeqveſter conferre. *arg. d. c. ne pro defectu Coſtat. ad l. dicet 17. ff. depoſ. Vollaleb. tit. 5. n. 52.*

Et qvamvis Panormitanus in *c. examinata de judic.* contrarium defendat; tamen ſi apud ſeqveſtrum poſſeſſio ſit, qvam fiduciariam alii

alii vocant, ſententia prior eſt recepta *per l. cujuscunq; 6. §. 4. de uſuf. l. 3. §. 10. de acq. poſſ. arg. tit. ut ute pendente Ordinat. cum p. 2. tit. 21. in fin.*

Poteſt etiam præſentatio fieri per patronum abſentem, literis *c. cænoſcitur 6. Ext. de his, quæ fiunt à Prælat. Curt. verb. honorif. cum n. 27. & ſeqq.* Et ſi per plures patronos fiat, tum demum omnibus ſimul conſentientibus, aut ſaltem pro majori parte, uti ante dictum eſt. *c. 3. Ext. h. tit. junct. ibid. gl. & Panorm.*

Ubi adhuc admonendũ eſt, unde æſtimanda ſit major pars? Utrum ex numero patronorum omnium, an ex comparatione ad minorem partem? V. G. Qvatuor ſunt patroni; qvorum duo præſentant unum, tertius alterum, & qvartus alium: Ille qvi à duobus præſentatus, non habet majorem partem omnium patronorum, ſed tantum majorem partem reſpectu aliorum duorum ſingulos præſentantium. In hac itaqve ſpecie rectè reſpondit Panormitanus ex ſententia Joh. Andreæ *ad c. 3. Ext. h. tit.* qvod ſi præſentatio à pluribus fiat tanqvã à collegio, reqviri majorem partem reſpectu totius collegii, *d. c. cænoſcitur 12. c. Eccleſia 48. Ext. de Elect.* Sin à pluribus, tanqvam ſingularibus (uti paſſim evenit inter laicos patronos) ſufficere majorem partem ſingularium. *d. cap. 3. Roch. d. loc. n. 92.*

Qvod ſi patronus deceſſerit, ſuperſtite uno filio, & qvatuor nepotibus ex altero filio demortuo, atqve inter hos nepotes duo à reliqvis diſſentiunt? Hoc caſu præſentatus à filio & duobus aliis nepotibus, non rectè dicitur præſentatus à majori parte. *Crotas ad d. cap. 3.* ubi dicit, hanc ſententiam eſſe veriorem. *fac. l. ubi pugnantia 188. de reg. jur.*

Qværitur verò de eo; an præter majorem numerum etiam ſanior patronorum pars exigatur? Qvod rectius negatur, cum nullo jure id cautum ſit: ut vel hinc conſtet, in præſentationibus multam haberi rationem generis, ſexus, nobilitatis aut alterius dignitatis. *Roch. d. loc. verb. honorific. n. 92. & ſeqq.*

Ut autem in præſentando omnes patroni convocentur in unum locum non eſt neceſſe, modò major pars in unam eandemqve perſonam conſentiat, etiam diverſis temporibus. *arg. l. reſcriptum 10. de pact.*

Digitized by Google

Deindè nititur hoc fundamento: qvod cenſura Eccleſiaſtica Pontificia Auguſtanæ religionis ſtatibus ſit ſuſpenſa. Ad qvod reſpondetur, cenſuram qvidem Eccleſiaſticam ſuſpenſam eſſe, qvatenus utriusqve religionis homines ſuæ confeſſionis aliqvem recipiunt, ne ipſum ejicere poſſint; exinde tamen non ſeqvi, hoc eò trahendum, & ita intelligendum eſſe, qvaſi etiam alterius à ſua alienæ fidei paſtorem ſibi ſuperinduci pati debeant: qvia jus patronatus diſtingvendum eſt à jurisdictione, qvæ reſpicit ipſam religionem. Nam patronatus jus non eſt jurisdictionale, tribuens vel impediens jurisdictionem Eccleſiaſticam; imò neqve eſt de regalibus, uti de ſuperioritatis genere, ſed de genere eorum, qvæ cuilibet etiam ruſtico ex dotatione, fundatione vel ædificatione Eccleſiæ competere qveunt. *Hoſtienſ. in ſumma de jure patron, n. 5. & ſeqq.*

Cum itaqve præſentatio non ſit actus jurisdictionalis, ipſam religionem reſpiciens; exinde neqve referri poterit ad illos caſus, qvi ad ſuſpenſionem jurisdictionis Pontificiæ referuntur.

Deinde licet cenſura Eccleſiaſtica ſuſpenſa ſit, & adempta iterum iis, qvi vi jurisdictionis Eccleſiaſticæ eam in adverſariæ fidei adſertores vibrare ſolebant; non tamen in totum ſublata eſt; cum in politicum Magiſtratum interim ſit collata, qvi nihilominus etiam hodiè cenſere & animadvertere poterit, ne qvid extra cujusqve limites, contra ſanctiſſimam illam conſtitutionem pacemqve religioſam admittatur, ne patronus aliqvis duriuſculæ frontis jura ſibi competentia confidenter arrogare, ut adverſariæ religionis homines in ritibus, ceremoniis & conſcientiis turbet: Qvin & per pacificationem religioſam, Epiſcoporum jurisdictio non eſt ſuſpenſa in locis Epiſcopatuum ſuorum, & ubi ipſi ſine controverſia jus Epiſcopale habent: idqve expreſsè cavetur im Reichs Abſchied de anno 1555. §. Damit auch obbewehrter / bi, doch den geiſtlichen Churfürſten an Jhren andern Rechten und Gerechtigkeiten unvorgreifflich / & in eodem §. in fin. Et in dubio ratione ſuperioritatis Epiſcopi intentionem habent in Eccleſiis ubi ſubjectis. *c. 2. de reſtit. ſpoliat. in 6. Weſenb. conſil 48. n. 1. Franz. ... problem. 9. & Reink. ng. d. cap. 9. n. 25. & ſeqq.*

Altera ratio Friderici eſt, qvod non liceat Magiſtratui Politico in ſub-

ſubditos Auguſtanæ Confeſſionis tanqvam hæreticæ pravitatis reos inqvirere. Ad qvod reſpondetur: licet Epiſcopus vel Magiſtratus Pontificius in Auguſtanæ Confeſſionis homines à patronis nominatos ad hunc effectum inqvirere, an ſint hæretici, & tanqvam tales damnandi, non poteſt: nulli tamen prohibentur, qvin ad hoc, ut miniſterio & Eccleſiis ſuæ inſtitutioni ſubjectos, in eos & eorum doctrinam inqvirere poſſint, ad hunc effectum, an recipiendi ſint, nec ne.

Sicut itaqve Patroni Pontificii tenentur præſentare religionis Auguſtanæ miniſtrum, ſi ſtatus & magiſtratus Auguſtanæ Confeſſionis jus Epiſcopale, adeoqve inſtitutionem & confirmationem habet: ita & vice verſa ſtatuendum erit, ut ſc. patronus religionis Auguſtanæ teneatur præſentare miniſtrum confeſſionis Pontificiæ religionis jus Epiſcopale habeat, eò qvòd jus religionis introducendæ poteſtas penes immediatam iſtius loci jurisdictionem reſideat. *Adrian. Gilmar. tom. 1. p. 1. tit. 3. voto 12. & tom. 2. p. 1.* in dem Bedencken. *ſub voto 12. verſ.* wolte aber Reinking. *d. cap. 9. in fin.*

Uſu tamen in iis locis, ubi patronatus & Epiſcopalia jura reciprocè habentur, jus Canonicum, non attenta cenſuræ eccleſiaſticæ ſuſpenſione, iterum invaluiſſe videri, ſubdit Cranius *in fin. d. problem. 9.*

Et hucusqve qvomodo præſentatio eſſe debeat legitima ratione perſonæ præſentandæ; ne videlicet patronus ſeipſum præſentet: Item, ut præſentatus ſit idoneus. Præſentatus itaqve, ſi ordinarius, qvi poteſtatem inſtituendi habet, eum inſtituere recuſet ſine legitima recuſationis cauſa, poteſt appellare ad Epiſcopum. *c. paſtoralis ubi gl. verb. appellaverunt & c. fin. h. tit.* tum qvia patrono perſeverante nec variante, acqviritur jus præſentato, adeoqve injuria ei fit, ſi non admittitur. *Abb. in c. cum Bertholdus n. 9. ubi Felin. n. 1. de præſcript. Menoch conſil. 59. vol. 3.* & propterea virtute illius gravaminis poterit appellare. *arg. l. illud ff. de appellat.* Sanè ob legitimam cauſam denegaretur inſtitutio, tunc ſecus eſt, nec ſuperior inſtituere non tenetur. *c. nullus h. tit. arg. c. in literis diſt. 63. Ricc. diſt. 149. V. Fr. Marci deciſ. 492.*

Ratione modi reqviritur, * ut præſentatio fiat juſto tempore. 16

Ne enim officia nimis diu vacent, legitimum tempus ad præſentandum patronis præſcriptum, videlicet ut laicus intra qvatuor menſes; at Eccleſiaſticus intra ſex menſes hominem idoneum, & ſacro munere dignum præſentare debeat. *c. 1. §. fin. c. qvoniam. c. cam te. c. cum propter h. tit. c. 1. ubi Dd. hoc tit. in 6.*

Sed ſi laicus una cum Eccleſiæ jus patronatus ſimul habet, tum propter Eccleſiã ex cōnexitatis privilegio pariter habet ſex menſes ad præſentandum, cum aliàs per ſe qvatuor menſes tantùm haberet, uti modò dictum. *Pet. Freder. lib. 3. de continentia cauſarum cap. 19. n. 31.* Eccleſiaſtico patrono ideò majus tempus, qvam laico, conceditur, qvod laicus ante inſtitutionem variare, & plures ſucceſſivè præſentare poſſit: qvæ variatio Eccleſiaſticis penitus prohibita eſt. *c. qvod autem c. paſtoralis ubi Dd. h. tit.*

Ut itaqve hac ratione Eccleſiaſtici maturius præſentandum eligere, & ſuæ Eccleſiæ conſulere poſſint, idcircò Canones longius tempus Eccleſiaſticis, qvàm laicis indulſerunt. *c. 1. §. de jure patron. in 6.*

Variatio tamen illa licita in laico ſaltem, qvamdiu unum ex præſentatis non inſtituerit Epiſcopus: nam poſt præſentationem & inſtitutionem rejicitur præſentatio. *c. qvod autem conſulis h. tit.* Licita tamen laico variatio tunc eſt, ſi laicus præſentet indignum, qvi exinde repudiatur ab Epiſcopo: nam poteſt tunc intra qvadrimeſtre tempus alium præſentare, & plures, inter qvos tamen eſt poteſtas Epiſcopo eligendi qvem velit; & ut dicimus, locus eſt gratificationi. *c. cum autem advocatus eod. tit.*

Non etiam poteſt patronus laicus variare lite pendente. *Covarr. pract. qvæſt. cap. 36. n. 7. verſic. 3. Lancellot. in tract. de attentatis. cap. 4. n. 560.*

Ante tempus autem hoc conceſſum, Epiſcopus ſpreto patrono laico pleno jure conferre non poteſt; Sed ſi inſtitutus qvis ſit absq; præſentatione, ille tanqvam invaſor removeri poteſt. *Coraſ. de benefic. pag. 163. n. 27. & ſeq.*

Diverſum eſt in præſentatione indigni facta ab Eccleſiaſtico: nam tunc Epiſcopus, ſpreta illa præſentatione, pleno jure confert; cum jus præſentandi Eccleſiaſticus amiſerit, indignum præſentando,

neqve

neqve poſſit unqvam variare facta præſentatione ſemel, id eſt, alium non poſſit præſentare *c. cum autem de jure pa ron.* ut contra, ſi ille præſentatus ſit idoneus, non poſſit alium ei præponere Epiſcopus, *d. c. cum advocatus*, dummodo præſentatio fiat vacante beneficio: nam ante vacationem præſentatio inutilis, & adveniente ea, non obſtante prima, rectè alium vel primum præſentat; nec dicitur ideò variare. *c. fin. eod. P. Greg. r. lib. 17. Syntagm. cap. 4. n 11. & 3. ſeqq.*

Sed qvia ſi intra tempora legitima ex negligentia non facta præſentatio, hoc nocet ipſi patrono, & collatio ſpectat ad Epiſcopum. *Faber. tit. 6. Cod tit. 1. defin 3.* exinde qvæſtionis eſt: Utrum tempus illud ſemeſtre qvod datum eſt Patronis, ad præſentandum currat à tempore vacationis Parochiorum, vel aliorum beneficiorum illis etiam ignorantibus, an verò à tempore notitiæ vel ſcientiæ?

Sunt enim qvi exiſtimant, præſcriptionem currere à tempore vacationis per *c. eam te decet 22. de jure patron. Dretz. de Mena in ſuis pract. qvæſt. lib. 1. qvæſt.* 3.

Sed verius eſt, illud tempus etiam diebus feriatis currere à die ſcientiæ. Nam ſi de jure civili agitur, certum eſt, præſcriptionem ignoranti non currere. *l. ſemper 15. §. annus junct. 55 ſeqq. ff. Qvod vi aut clam l. annus in fin. de columna ibi, qvia qvi neſcit, is videtur experiendi poteſtatem non habere, & verius eſt, ex eo annum numerari, ex qvo cognovit, l. genero 8. ibi cum eum mortuum eſſe ſciret. ff. de his, qvi notant. infam. l. 2. Qvis ordo in bon. poſſ.* qvia ignoranti nulla poteſt imputari culpa vel negligentia. *Schurff. cent. 1. conſ. 61. n 6.* at præſcriptio currit tantum ob moram & negligentiam non agentium inducunt *l. 1. in fin. C. de annali præſcript.*

Nec probanda eſt ignorantia, ſed dicitur veriſimilis. *Achill. de Graſſ. deciſ. unic. de ſuppl. neglig. Prælat.* & exinde præſumitur, donec probetur ſcientia *Rol. à Valle conſil. 68. n. 10. lib 3. Maſcard. de probat. concl. 8. 7. 9. n. 1. & ſeqq.*

Et tunc, qvamvis in plerisqve locis ita uſus obſervet, ut Epiſcopus vacationem beneficii patronis tempeſtivè inſinuet, ſi tamen id omiſſum, & tempus legitimum exactum fuerit, dicimus in patrono ignorantiam vacationis tamdiu præſumi oportere, donec ab Epiſcopo

P pro-

Digitized by Google

probetur ſcientia. Ratio ejus eſt: nam ignorantia eſt actus privativus, habens negativam adnexam; qvæ negativa eſt de jure impoſſibilis: Sed ſcientia ponit & adfirmat; meritò ergò probari debet. *l. actor C. de probat. Maſcard. de probat. concl. 879.*

Sic in actione verbalium injuriarum, annua præſcriptio currit à tempore ſcientiæ. *Gail. 2. obſ. 105. n. 11.*

Et hæc ſententia de jure Canonico eſt verior *per text. in c. qvia diverſitatem in fin. ibi Semeſtre autem tempus non à tempore vacationis prabendarum, ſed notitia ipſius potius volumus computari, &c. Ext. de conceſs. prab. c. licet magiſter 3. verſ. mandamus, ibi, tempore ſemeſtri &c. non à vacatione, ſed à notitia computato Ext. de ſuppl. negl. pralat.*

Eamqve ſententiam juri & æqvitati magis conſentaneam dicit D. Cranius, *d. probl. 9. connexo 1.* & Springerus *de pace religionis cap. 11.* illam probabiliorem judicat; qvi etiam ad capitulum pro contraria ſententia allegatum, *in c. eam te 22. de jure patron.* reſpondet, qvod ibi nulla fiat mentio ignorantiæ, ſed ſimpliciter reſcriptum de vacatione conceptum ſit: cum ergò alibi in allegatis textib. juris CC. diſtingvitur expreſſè, meritò hunc textum ita concludendum eſſe. Sed videndum adhuc eſt, an Epiſcopus poſſit prorogare tempus qvatuor vel ſex menſium ad præſentandum patronis à jure conceſſum? Qvod adfirmandum eſt, qvia hæc prorogatio valet in ſui ipſius præjudicium, non patroni: Nam certum eſt, qvod Epiſcopus poſt patronos per ſex menſes poteſt providere Eccleſiæ, nec autem poteſtas conferendi ad ſuperiorem devolvitur; qvid itaqve impediret, qvo minus patrono poſſet & hoc concedere, ut ita prorogatio valeat in ipſiusmet prorogantis præjudicium, non etiam alterius puta ſuperioris, ad qvem poſt tempus ordinario conceſſum devolvitur jus conferendi, *Abb. in c. cum ſit Romana de appellat.* Qvin & aliàs etiam conſtat, judicem ex cauſa poſſe terminum à jure ſtatutum abbreviare & prorogare. *Bart. & alii in l. 2. de re judic. Mynſ. 3. obſ. 40.* Et qvando dubitant Dd. an terminus à jure præfixus poſſit prorogari, intelligitur qvando factum tangit jus partis *ſec. Panorm. in 6. c. cum ſit Romana*, qvod in præſenti caſu non eſt. *Ricc. deciſ. 217.*

Deni-

Digitized by Google

Denique quoniam collatoribus tempus à tempore vacationis, idcirco etiam idem jus meritò cenſendum eſt: ubi enim eadem ratio, ibi etiam idem jus obtinet. *L.ult. C. ad L. Falcid. l. non ſolùm* §. *qui Princ. de excuſat.*

Sic namque in foro Pontificio determinatum eſt, (Epiſcopum præſentato in beneficium vacans, inſtitutionem non debere denegare, niſi ſubſint cauſæ rationabiles, ut ſi præſentatus fortè ſit excommunicatus, vel aliàs minus idoneus, qui non poſſit ſine ſcandalo ordinari,) quod ſi collator ordinarius negligens fuerit, nec beneficium intra ſemeſtre contulerit, (tempus namque datum patronis, idem tempus etiam datum eſt collatoribus ſecundùm ſtatuta concilii Lateranenſis,) nulla interveniente juſta impedimenti cauſſa, ex quo nimirum tempore ſcivit beneficium vacare, ad ſuperiorem videlicet Pontificem, jus conferendi pro ea vice devolvitur *Beer deciſ. 312. n. 2. Fabr. lib. 6. cod. tit. 1. defin. 3.* ubi ita Senatum illius loci pronunciaſſe teſtatur; & ſimul notat, quod ea res patrono non noceat, quia negligentia patroni devolvit jus ipſius ad Prælatum collatorem; Prælati verò collatoris negligentia devolvit jus non patroni, ſed Prælati ad ſummum Pontificem vel ſuperiorem, cum patrono, eo in caſu nihil imputari poſſit. Cæterum quod ſuprà dictum, Epiſcopum non poſſe ſine patroni conſenſu conferre beneficium, *c. illud h. tit. c. decernimus 16. q. 7.* illud non obtinet in illis caſibus modò etiam memoratis, quibus facta ſine patroni præſentatione inſtitutio conſiſtit: Veluti ſi patronus intra præfinitum à lege tempus in præſentando negligens fuerit. *c. 2. de ſuppl. neglig. prælat.* quo caſu poteſtas conferendi devolvitur ad Epiſcopum. *d. c. 2. d. c. illud h. tit. ubi Panorm.* aut alium, ad quem jus inſtituendi pertinet, etiam Epiſcopo inferiorem. *Clement. unic. ubi gl. de ſuppl. neglig. prælat. Panorm. ad c. 2. de conceſſ. prabend.*

Idemque eſt, ſi ſcienter indignum patronus præſentaverit *Nov. de ſanctiſſ. Epiſc. c. ſi quis Oratorii.* Paria namque videntur, nullum offerre, vel minus idoneum. *c. 2. §. Sed neq; de translat. Epiſc.* Et ſi jure communi collationem aut electionem habentes ob illam cauſam jure ſuo privantur, *c. cum in cunctis §. fin. de elect.* quantò magis patro-

 ni,

ni. *l. ejus militis §. ſi militia ff. de teſtam. milit.* qvibus ex privilegio & gratia præſentandi facultas competit. *c. qvod autem h. tit. Coraſ. de beneſic. cap. 6. n. 30. & ſeqventib.*

Et ita præſentatio fit, qvando ſaltem eſt unus patronus: ubi hoc addendum eſt: pluribus præſentatis à patrono teneri Epiſcopum digniorem inſtituere *c. tertio h. tit. c. ſi fortè ult. diſt. 63. Roch. de verbo honorificum. q. 16.* ne aliàs beneficia Eccleſiaſtica indignis conferantur. *c. nihil de ætate & qvalit. c. fin. eod tit.* Unde Epiſcopus omittendo digniorem, dignum inſtituens, dicitur moraliter peccare, & teneri ad reſtitutionem, ſi beneficium debetur digniori ex aliqva lege, vel ſtatuto, reperto in concurſu. *Lambert. artic. 10. Covarr. in c. peccatum 2. part. § 7. n. 4. de reg. jur.* Imò ſunt, qvi tenent, qvod dignior prætermiſſus poterit appellare, relati à Covarr. *d. § 7.* Dignior autem eſt in hac materia, non ſimpliciter ille, qvi doctior ſit vel ſanctior, ſed qvi juxta munus & rem, cui præficiendus eſt, aptior ejus miniſterio apparet. *Riccius deciſ. 230.*

Qvod ſi plures ſint patroni, tunc poteſt patronus ſeparatim præſentare, qvo ipſo tamen non præjudicat juri reliqvorum compatronorum: qvia collatio, qvæ qvoad hoc æqvipollet præſentationi, conſervat jus aliorum Canonicorum, ſi reperitur facta à ſolo præpoſito. *Calderin. conſil. 21. de jure patron. Seraphin. deciſ. 121. p. 2.* Qvod ita obtinet, ſi omnes patroni ſint in poſſeſſione. Sin verò omnes non eſſent in poſſeſſione præſentandi, tunc per præſentationem unius non præſervatur jus reliqvorum patronorum: Item ſi omnes patroni non venerint eodem jure, ſed ex diverſo *Lambertin. Ricc. deciſ. 209.* Ita ſc. patronus ſolus poteſt præſentare aliis non reqviſitis, qvando jus patronatus ſpectat ad plures ut ſingulos (uti in dubio præſumitur,) & non uti univerſis & jure collegii *Joh. Andr. in c. 1. h. tit.* niſi adſit ſtatutum vel conſvetudo urgens in contrarium per qvam plures patroni eſſent ſolidi ſemel convenire ad præſentandum. *Ricc. deciſ. 177.* Cæterum qvando plures ſunt patroni, tunc præſentatio debet fieri intra tempora legitima ab omnibus, vel majori parte, etiam à putativis patronis, ſi modò bonâ fide ſint in poſſeſſione. *c. conſultationibus & c. 4. h. tit. ubi gloſſ.* qvia hoc jus pertinet ad plures in ſolidum. *c. 1. 2. 3. h. tit.*

Et

Et ita apud omnes ſimul, ut apud nullum ſingulariter ſit. *d. c. 1. & 2.* ſicut dominium rei communis. *Schurff. conſil. 35. n. 5. cent. 3.*

Sed qvid, ſi à ſingulis præſententur ſinguli, uter ex his ab Epiſcopo eſt inſtituendus? In hac qvæſtione probabilius videtur, inſtitutionem unius vel alterius ex ſola electione & arbitrio Epiſcopi dependere. *gl. in c. ſi plures 16. q. 7. P. Gregor. d. lib. 17. cap. 4. n. 6.* idqve ideò ita conſtitutum eſt, ne ex plurium patronorum diſſenſione miniſteria diu vacent. *gl. in Dd. in c. cum autem ubi Panorm.* qvi tradit de juris negotio Epiſcopum tali caſu etiam extraneum inſtituere poſſe. *arg. c. qvoniam h. tit. Sextinus conſil. Marpurg. 10. n. 16. vol. 1.*

Alioqvin ne plures patroni in præſentando mutuò contrarioqve concurſu ſe invicem impediant, vel inter ſe pernitiosè contendant, rectiſſimè faciunt illi, qvi præcedente expreſſa conventione ſinguli alterius vicibus Epiſcopo inſtituendum præſentant. *d. Clement. 2. de jure patron. verſ.* & ut facilius convenire in præſentando debent plures heredes unius, nam unum ſolùm repræſentant, in ſtirpesqve ſuccedunt, non in capita, ſive æqvaliter, ſive pro minori parte ſuccedant, nihil enim intereſt. *Clement. fin. h. tit. P. Gregor. d. cap. 4. n. 5.*

Ex iis qvi à diverſis præſentare à pluribus ſive diverſis, is præferri debet, qvi à digniori parte præſentatus eſt, ut ſingulariter tradit Baldus *in l. 1. ff. de Senat.* ubi de fratre & ſorore dicit, ſi habeant jus patronatus, & ſint diſcordes in præſentatione, illum præferri, qvi eſt præſentatus per fratrem; qvia ſexus virilis eſt dignior. *Valaſc. in l. imperium n. 5. de juriſdict.*

Sed poteſt evenire, qvod habens jus patronatus in ſuo territorio, relinqvat poſt ſe vel viduam, vel filiam etiam tantùm, vel viduam & filios impuberes, qværitur ergò, an vidua jus patronatus exercere, & aliqvem præſentare ad examen & ordinationem poſſit? Dicendum eſt viduam relictam in pago vel oppido, ubi præſentandus paſtor, & ubi maritus vivus exercuit jus patronatus, habentem jus qvoddam conſtitutum per dotalitium poſſe benè præſentare clericum: qvippè qvod hoc caſu jus patronatus tranſeat unà cum pago vel oppido, cui jus patronatus inhæret. *c. cum ſeculum C. ex literis h. tit.* Idem ſi filia ſuccedat patri in feudo fœmineo, cui itidem jus patro-

natus eſt inhærens; nam & tunc filia in locum vacantem Eccleſiæ præſentare idoneum poteſt; qvippe qvod & jus patronatus per ſucceſſionem tranſeat. *c. perlatum 1. c. qvoniam de jure patron.*

Qood ſi verò vidua nullum jus conſtitutum habeat in illo pago vel oppido, neqve filia per ſucceſſionem ſuccedat patri in feudo, prout fœminæ regulariter in feudo non ſuccedunt. *lib. 1. feud. 1 verſ. hoc notandum*, tunc neqve jus patronatus & præſentandi illis competet.

Si præſentetur civis & exterus itemqve ſenior & juvenis; tum civis præfertur extero. *Rol. à Valle conſil. 47. n. 66. vol. 1.* & ſenior præfertur juveni. *arg. l. fin. ff. de fide inſtrum. Riccius deciſ. 191. de jur patr.*

A pupillo factam præſentationem, dummodo non in infante aut minore ſine tutoris autoritate, valere, eo qvod in præſentando patrimonii adminiſtratio non verſetur, ſcribit Faber *lib. 6. Cod. defin. 1.* Et qvod patronus cum eſt ſupra infantiam poſſit præſentare, & qvod ſua præſentatio prævalcat præſentationi tutoris, notat Anchoranus *conſil. 355. in fin. Tuſchus vol. 4. concl. 606. & concl. 1616. n. 1. Citadin. pag. 84.*

Hic etiam qværitur: An ſeqveſter poſſit præſentare? nam beneficiorum, Eccleſiarum, rerum ſacrarum & ſanctarum, ut & juris patronatus eſſe poſſe ſeqveſtre, patet *ex §. olim ex literis Ext. de reſcript. c. 2. Ext. de dolo & contumac. c. exanimata Ext. de judic.* Verius eſt dicere, qvod is, qvi Eccleſiæ vel juris patronatus ſeqveſtrum habet, vacante ſacerdotio, poſſit interea jus præſentandi exercere, ne deficiente juſto Paſtore, rapaci alicui lupo ovile Chriſti pateat. *arg. c. ne pro defectu Ext. de elect. Clement. unic. de poſſ & fruct. ubi Godd. p. 281. n. 59. & Cludius pag. 614. cap. 11. n. 27 Duaren lib 3. de benefic. cap. 10. Coraſ. lib. 3. Miſcell. cap. 2. n. 16. & ſeq.* Et ſic gloſſa *ad dict. Clem. unic.* tradit, expreſſa jura beneficii & beneficienti ſeqveſtrum, cum poſſident, præſentare poſſe *P. Gregor. de benefic. cap. 38. n. 18.* Ubi itidem tenet, qvod facta ſeqveſtratione rei eccleſiaſticæ, cui jus patronatus adhæret, poſſit interea ſeqveſter conferre. *arg. d. c. ne pro defectu Coſtat. ad l. dicet 17. ff. depoſ. Vollaleb. tit. 5. n. 52.*

Et qvamvis Panormitanus in *c. examinata de judic.* contrarium defendat; tamen ſi apud ſeqveſtrum poſſeſſio ſit, qvam fiduciariam alii

Digitized by Google

alii vocant, ſententia prior eſt recepta *per l. cujuscunq; 6. §. 4. de uſuf. l. 3. §. 10. de acq. poſs. arg. tit. ut lite pendente Ordinat. cum p. 2. tit. 21. in fin.*

Poteſt etiam præſentatio fieri per patronum abſentem, literis *c. ea noſcitur 6. Ext. de his, quæ fiunt à Prælat. Curt. verb. honorif. cum n. 27. & ſeqq.* Et ſi per plures patronos fiat, tum demum omnibus ſimul conſentientibus, aut ſaltem pro majori parte, uti ante dictum eſt. *c. 3. Ext. h. tit. junct. ibid. gl. & Panorm.*

Ubi adhuc admonendũ eſt, unde æſtimanda ſit major pars? Utrum ex numero patronorum omnium, an ex comparatione ad minorem partem? V. G. Qvatuor ſunt patroni; qvorum duo præſentant unum, tertius alterum, & qvartus alium: Ille, qvi à duobus præſentatus, non habet majorem partem omnium patronorum, ſed tantum majorem partem reſpectu aliorum duorum ſingulos præſentantium. In hac itaqve ſpecie rectè reſpondit Panormitanus ex ſententia Joh. Andreæ *ad c. 3. Ext. h. tit.* qvod ſi præſentatio à pluribus fiat tanqvã à collegio, reqviri majorem partem reſpectu totius collegii, *d. c. ea noſcitur 12. c. Eccleſia 48. Ext. de Elect.* Sin à pluribus, tanqvam ſingularibus (uti paſſim evenit inter laicos patronos) ſufficere majorem partem ſingularium. *d. cap. 3. Roch. d. loc. n. 92.*

Qvod ſi patronus deceſſerit, ſuperſtite uno filio, & qvatuor nepotibus ex altero filio demortuo, atqve inter hos nepotes duo à reliqvis diſſentiunt? Hoc caſu præſentatus à filio & duobus aliis nepotibus, non rectè dicitur præſentatus à majori parte. *Crotas ad d. cap. 3.* ubi dicit, hanc ſententiam eſſe veriorem. *fac. l. ubi pugnantia 188. de reg. jur.*

Qværitur verò de eo; an præter majorem numerum etiam ſanior patronorum pars exigatur? Qvod rectius negatur, cum nullo jure id cautum ſit: ut vel hinc conſtet, in præſentationibus multam haberi rationem generis, ſexus, nobilitatis aut alterius dignitatis. *Roch. d. loc. verb. honorific. n. 92. & ſeqq.*

Ut autem in præſentando omnes patroni convocentur in unum locum non eſt neceſſe, modò major pars in unam eandemqve perſonam conſentiat, etiam diverſis temporibus. *arg. l. reſcriptum 10. de pact.*

Digitized by Google

pact. & l. 4. §. illud ff. de fideicomm. libert. Quod tamen aliter explicat Rochus *d. loc. n. 94.*

Quod ſi de viribus præſentationis ambigitur, tenendum eſt, non inquiri, apud quem ſit jus & proprietas conferendi, ſed penes quem ſit poſſeſſio. Is enim, ſi quem præſentarit; rata manet præſentatio, etſi poſtea declaratum fuerit, jus ad eum non pertinuiſſe. *c. conſultationibus h. tit. c. cum Eccleſia, ubi Panorm. c. fin. de cauſ. propriet. & poſſeſſ.* Quod tamen verum eſt, ſi poſſeſſor ſit in bona fide, qui fructus ſuos facit. *l. bona fides poſſeſſor ff. de acquir. rer. dom. §. ſi quis à non domino Inſt. de rer. diviſ.* at præſentatio eſt fructus juris patronatus. *d. c. conſultationibus h. tit.* Si verò poſſeſſor in malæ fide ſit, & juris alieni ſcientiam habeat, præſentatio non valet, ſed irrita exiſtit. *Panorm. in d. c. conſultationib. Faber. lib. 6. Cod. tit. 1. defin. 5.* ubi in ſummo Sabaudiæ Senatu pronunciatum teſtatur *Duar. lib. 3. de benefic. cap. 9.* Præſentatio quomodo ſit facienda, ſi quis quærat, dicendum eſt, eam debere fieri perſonaliter, id eſt ſenſibus corporis illius cui ſit præſentatio, ita ut præſentatus ſit perſonaliter coram ordinario, nec ſufficiat patronum præſentantem aliquem mittere ſolum inſtrumentum præſentationis; alioquin dicitur magis nominatio. *Roch. quæſt. 41. circ. med. Rota deciſ. 3. de jure patron. in novis.*

Eſtque ratio: quia præſentatus debet prius examinari ab ordinario, an ſit idoneus, & ideo etiam debet prius videri. *Sic Panorm. in c. paſtoralis n. 7. h. tit.* Quod ſi itaque præſentatio aliter facta, illa eſt nulla, & deſuper patrono currit tempus *Innocent. in c. lateranenſi in ult. notab. de prabend. V. Franc. Marc. quæſt. 480. p. 1.*

Cæterum utut vires ſuas præſentatio trahat ex inſtitutione; præſentatio tamen ex ſubſequenti inſtitutione invalida non redditur nulla: tum quia non debet culpa Epiſcopi malè inſtituentis nocere patronis ritè præſentantibus *Rota. decis. 4. de jure patron. in novis:* tum quia ex præſentatione facta à veris patronis intra debitum tempus de perſona idonea, fuit jus quæſitum præſentato, etiamſi inſtitutio fuerit nulla. *Cotta deciſ. 351.* Et uti per confirmationem invalidam non annullatur electio legitimè facta. *c. confirmationem de elect. in 6.* ita & præſentatio; cum in ſeparatis utile per inutile non vitietur. *c. utile de reg. jur. in 6.*

De

Digitized by Google

De illo non eſt omnium eadem opinio; An à ſententia per qvam pronunciatur, qvem eſſe inſtituendum, poſſit appellari? Affirmat hoc Riccius *deciſ.129.* appellationi ſcil. locum eſſe à ſententia præfata; & idcircò poſſeſſionem cœptam pendente appellatione judiciali interpoſitam ab inſtitutione facta eſſe attentata. *per not. in c. avaritia de elect. in 6.* Adde Lancellotum *de attentatis 2.p.cap.4.n.614. & 627. & cap.12. in præfat. n.29.* & præſertim *limitat. 90. n.49. Cuchum. lib. 4. Inſt. major tit. 4.n.67.*

Hucusqve hoc capite dictum eſt de præſentatione, tanqvam effectu juris patronatus, unde conſtare poteſt, totum præſentationis negotium ſaltem à patrono præſentante, & Epiſcopo dinante & confirmante peragi ſolitum. Jocob. Heinrichman. *conſil. 22. n. 1. & ſeqq. vol. 3.*

At hodiè noſtri in Eccleſiis Auguſtanæ Confeſſionis, neqve patronis omninò jus ſuum ademerunt, neqve Eccleſiam ſuo jure ſemper carere voluerunt; ſed juſtis decretis rem iſtam temperarunt, & id, qvo alii perperam uſi erant, meliori uſu cohoneſtarunt, ita nimirum, ut hodiè non ſit licitum patronis ſuo arbitrio, qvoscunqve voluerunt, miniſteriis Parochiarum præficere, citra judicium & conſenſum Eccleſiæ ejus loci. Proinde non poteſt hodiè qvisqvam patronorum adeò iſti ſuo juri inniti, ut olim qvidem fiebat, ubi ſaltem præſentabatur perſona inſtituenda Epiſcopo, neſcia Eccleſia, & interdum repugnante, ſed reqviritur, ut maximè Eccleſiæ loci conſenſus Eleg. D.Martin. Chemnit. *in Enchiridio Theologiæ cap. 1. per tot.* Qvin etiam hodiè pingvius jus patronatus eſt, qvam de jure Canonico per notata Koppen *enucleat. 2. per tot.* de qvo inferius videbimus. Sed de jure vocandi miniſtros latius tractatum eſt *cap. proximè ſeq.*

CAPUT XXI.

De jure & ordine vocandi miniſtros Eccleſiæ.

Q. Sum-

SUMMARIA:

Jus vocandi eſt penes Deum. n. 1. Sed hodie exercetur hoc mediatè certis modis. n. 2. & competit ordini eccleſiaſt. num. 3. Politico n. 4. & Oeconomico ſive populo n. 5. cujus nomine ſunt Diaconi n. 6. & 7. Jus itaqve vocandi pertinet ad totam Eccleſiam. n. 8. 9. 10. 11. 12. 13. Occurritur objectioni n. 14. electio ſecus facta non eſt Canonica. n. 15. 16. Qvo ordine facienda ſit electio n. 17. 18. 19. Jus patronatus in qvantum in Eccleſiis reformatis admittendum. num. 20. 21. 22. Patroni non poſſunt inutiles obtrudere Eccleſiis. n 23. qvod ſi factum, tanqvam indignus qvis poteſt negligi. n. 24. Patroni in electione ſpectare debent unicè gloriam Dei & bonum Eccleſiæ. num. 25. non etiam amicitiam & interceſſiones. n. 26. Electus debet præſentari Epiſcopo Eccleſiæ. n. 27. ad examinandum, ordinandum, & inſtituendum, ſi dignus repertus ſit. num. 28. 29. 30.

QVæſtio de legitima & ordinaria vocatione miniſtrorum Verbi Dei & Sacramentorum in varias partes diſputata eſt, ut videre eſt apud D. Cothmannum *reſp. Academico 42. in princ.* ubi diverſas variorum ſententias recenſet; qvorundam nimirum ſoli clero vel miniſterio; qvorundam ſoli magiſtratui politico; qvorundam verò ſoli populo poteſtatem illam eligendi deferentium.

Veriſſima autem eſt ſententia, jus ſummum vocandi miniſtros
1 Eccleſiarum, eſſe penes unum * & ſolum Eccleſiæ Dominum, ſcil. Deum, *Matth. 9. verſ. ult. Epheſ. 4. v. 8. 11. Actor. 13. v. 2. 4. & 20. v. 28. Jerem. 23. v. 20.* At cum Deus ordinatè ac mediatè domum ſuam gubernet ac diſponat, ejusdem miniſtrorum vocationem atqve ele-
2 ctionem qvoqve mediatè exercet; idqve per illos * qvidem, qvibus hoc jus eligendi commiſit & delegavit. Non autem delegavit ſoli magiſtratui politico, neqve ſoli populo, neqve ſoli clero vel miniſterio, ſed toti Eccleſiæ; in qva Eccleſia ſunt tres hominum ordines

ſive

ſive ſtatus, I. Eccleſiaſticus Epiſcoporum & Presbyterorum. II. Politicus, hoc eſt, Principes & Magiſtratus ſeculares, & III. Oeconomicus ſive Populus; Et iis omnibus, ſingulis ſuas partes ſuaqve officia eſſe in vocatione mediata, (de qva hoc loco acturi ſumus) firmiſſimis & ſolidis fundamentis demonſtrabimus.

Et primò qvidem partes ſuas & qvidem præcipuas in Eccleſia habent * Epiſcopi & presbyteri, ſeu miniſterium, uti hodiè vocamus, hoc eſt, Docentes ſeu miniſtri Evangelii, ſi qvi ſunt in illa Eccleſia, cui Paſtor aut Miniſter Verbi Dei præficiendus eſt; id qvod ex mandato Apoſtolico, & probatis ſcripturæ exemplis conſtat. Sic Paulus & Barnabas per ſingulas Eccleſias, qvas perluſtravit, presbyteros conſtituerunt. *Actor. 14. v. 22.* Idem Paulus Timotheum Eccleſiæ Epheſinæ præfecit Epiſcopum, cum impoſitione manuum presbyterii, eiqve præcepit, manus citò ne cui imponat, ne communicet alienis peccatis. *1. Timoth. 4. v. 14. & 1. Timoth. 5. v. 22.* Idem ad Titum *1. v. 5.* ſcribit; Hujus rei gratia reliqvi Te in Cretâ, ut conſtituas oppidatim presbyteros, ſicut ego tibi ordinavi. 3

Ratio qvoqve manifeſta idem confirmat: Qvi enim jam modò ſunt in miniſterio, omnium rectiſſimè de eorum, qvi ad munus docendi ordinandi ſunt, qvalitatibus, puta, eruditione & moribus, aliisq; ad illud neceſſariis donis cognoſcere & judicare poſſunt; & idcircò illi à mediatâ vocatione minimè excludendi, ſed potius meritò illis in electione primæ relinqvendæ. Vetus Canon eſt Stephani, qvi tempore Cypriani vixit anno Chriſti 250 & Romæ Epiſcopus fuit: Sacerdotum eſt electio, fidelis populi eſt humiliter conſentire. *c. cum longè diſt. 63.*

Secundo loco in Eccleſia eſt pius Magiſtratus, * cujus conſilium & ſententia meritò audienda eſt. Sicut vetus Canon *d. loc.* præcipit: Vox civium, Teſtimonia populorum, honoratorum arbitrium, Electio clericorum in Ordinationibus conſtituantur. Et ſanè, qvia miniſterium non eſt tota Eccleſia, ſed tantùm pars ejus *Eph. 4. v. 11.* ideò miniſterium ſive miniſtri Eccleſiæ non poſſunt nec debent ad ſe ſolos vocationem mediatam rapere, excluſis reliqvis Eccleſiæ membris; Nam nec Apoſtoli qvidem hoc fecerunt, ſed reliqvam Eccleſiam 4

Q 2 ſibi

Digitized by Google

ſibi adjunxerunt, eiqve ſuum reliqvêre ſuffragium ac ſuas partes. *Actor. 1. v. 15. cap. 6. verſ. 2. & 3. cap. 14. v. 23.* non enim ſunt Eccleſiæ Domini, ſed miniſtri & inſpectores. *2. Corinth. 1. v. ult. & 1. Cor. 1. v. 21. & Pet. 5. v. 3.* In magiſtratu præcipuè complectendi ſunt hi, qvi jus patronatus in illa Eccleſia habent. Qvia Evangelium nemini jus ſuum eripit. Et qvidem pii magiſtratus intereſt ſcire & attendere, qvales paſtores & miniſtri verbi Dei præſint ſuis ſubditis, in ea præſertim Eccleſia, cujus jus patronatus habet. Præterea qvia pius Chriſtianus ideò nec poteſt nec debet ab electione & vocatione miniſtrorum excludi, ſed & illi ſuæ partes in hoc negotio ſunt relinqvendæ, tùm qvia etiam Eccleſiæ membrum, tùm qvia conſtitutus à DEO Eccleſiæ nutritius *Eſa. 29. v. 23.* & miniſter *Eſa. 60. v. 10.* ut aperiat portas ingredienti Regi gloriæ. *Pſal. 24. v. 7.*

Qvia itaqve magiſtratus non eſt tota Eccleſia, ſed tantùm membrum ejus, *Pſalm. 47. v ult.* nec eſt Dominus Eccleſiæ, ſed nutritius, imò miniſter ejus, *uti dictum*, exinde non poterit politicus magiſtratus, excluſo miniſterio, & reliqva Eccleſia, ſibi ſoli poteſtatem conſtituendi miniſteria in Eccleſia ſumere: Sed ſi faciat hoc, ſacrilegii reus fit. Chemnit. *in Enchirid. tit. de vocatione miniſtrorum verb. pag. mihi 30.* ubi graviſſimè ſcribit: Sicut Pontifex Romanus cum ſuis commiſit ſacrilegium in eo, qvod electionem & vocationem miniſtrorum Eccleſiæ ad ſe ſolum, ſuosqve tranſtulit; ita ejusdem criminis reus eſt etiam magiſtratus, qvando excluſo miniſterio in Eccleſiâ, ſibi ſoli poteſtatem conſtituendi miniſtros in Eccleſia vendicat. Et D. Jacobus Andreæ *diſp. 29 de jur. vocandi th. 51.* ita ſcribit: Impia & injuſta eſt alieni juris uſurpatio, cum Magiſtratus politici primum illud eligendi deſignandiqve perſonas Eccleſiaſticas ſuffragium presbyterio adimunt, & Eccleſiam jure ſuo privantes ipſi inſciæ & invitæ paſtores obtendunt.

5 Tertiò itaqve loco eſt in Eccleſia * populus. Et qvod populi Chriſtiani conſenſus, ſuffragium & teſtimonium in electione miniſtrorum Eccleſiæ reqviratur, non dubitandum eſt; tum qvia pars Eccleſiæ eſt populus: tum qvia populo in alendis miniſtris verbi ſuum onus incumbit: tum qvia præcipuam Eccleſiæ multitudinem facit Ernſt. Cothman. *reſp. Acad. 42. num. 44.*

Non

Non autem Anabaptiſtæ rectè faciunt, qvi jus vocandi promiſcuæ multitudini (qvam nomine Eccleſiæ intelligunt) totum committunt, excluſo miniſterio & pio magiſtratu. Eccleſia enim cujusvis loci appellatur, & eſt totum corpus, complectens ſub capite Chriſto omnia ejus loci membra *Epheſ. 4. v. 15. & 1. Corinth. 12. v. 12.* Qvare ſicuti vocatio nec ſolius miniſterii eſt; nec ſoli magiſtratui competit; ita nec promiſcuæ tantùm multitudinis arbitrio & temeritati eſt ſubjicienda: qvia nulla pars vel altera, vel utrisqve excluſis eſt Eccleſia. Sed ſit & maneat vocatio penes totam Eccleſiam, ſervato tamen debito ordine.

Non igitur tota multitudo promiſcuè & ſine ordine negotium electionis & vocationis tractare debet: qvia Deus non eſt Deus confuſionis, ſed vult; ut omnia decenter & ordine in Eccleſia gerantur & adminiſtrentur. *1. Corinth. 14. v. ult.* Chemnit. *in Enchirid. d. loc.*

In Eccleſia itaqve populi nomine ſunt Diaconi, * Kirchen-6
Vorſteher / qvi præſunt bonis Eccleſiæ & pauperum. Hi cum ſenioribus aliqvot ex plebe in electione Paſtorum Eccleſiæ etiam audiendi ſunt. Et ſi inſuper aliqvi in populo juſtam cauſam contra nominatum Paſtorem habeant, itidem audiendi ſunt.

Tres igitur hi ordines, Miniſterium, Magiſtratus Politicus, & Diaconi Eccleſiæ & pauperum, cum aliqvibus ſenioribus plebis, totius populi nomine, Paſtores & Miniſtros Eccleſiarum eligunt & vocant. *Miniſterium Gryphiſvvaldenſe in libello de vocatione Paſtorum & miniſtrorum Evangelii lit.* C. Eccleſiaſticus ſtatus debet * conſulere 7
de perſona idonea: Politicus decernere: Popularis approbare. Reinking *de regimine Eccleſ. lib. 3. cl. 1. cap. 6. n. 17.*

Vel etiam, in Epiſcoporum & Paſtorum animæ vocatione & electione dicimus eſſe convocandam & audiendam Eccleſiam, in qva qvoad doctrinam, inſtitutionem, conſecrationem & ordinationem cura miniſterii divini præcipua ſit; qvoad jurisdictionem in Epiſcopos competentem Principibus & Magiſtratibus civilibus, qvibus ea de re notio & cognitio eſt, partes priores deferendas: ſed qvoad conſenſum & approbationem omnium ordinum, atqve adeò populi qvoqve ſuffragia libera & ſoluta valere ac recipi debere D. Erneſt.

Cothm. *de reſp. 42. num. 56.* ut itaqve nec Monarchica, nec Democratica eſt Eccleſiæ in his terris gubernatio, ſed Ariſtocratica; ita nec vocatio miniſtrorum, ab unius alteriusve hominis vel ordinis arbitratu dependere debet, ſed potius, qvód ad omnes pertinet, id etiam ab omnibus approbari, æqvum cenſetur. Cothm. *de reſp. 42. num. 32.* ita ut omnia in Eccleſia, ejusqve regimine Ariſtocraticè temperata ſint.

In genere itaqve concludendum eſt; nec ſoli miniſterio ſive presbyterio, nec ſoli magiſtratui, multò minus arbitrio promiſcuæ & imperitæ multitudinis ſubjiciendum eſſe Miniſtrorum conſtitutionem;
8 ſed jus vocandi ad * *totam Eccleſiam* pertinere D. Gerhardus *tom. 6. loc. Theolog. p. 1. de miniſterio Eccleſiaſtico. ſect. 4. de vocatione mediata n. 86.* Qvia ſolum miniſterium, ſolus magiſtratus, ſolus populus, non eſt totum corpus Eccleſiaſticum, ſed unum tantùm ejus membrum: neqve eſt illius vel caput vel Dominus.

Sanè Clerus qvare ſibi poteſtatem eam arroget, & ad ſuum molendinum protrahat, uti Baldus loqvi ſolet, ea ratio eſt primaria, qvod
9 res hæc religionem concernat, * cujus negotium ad ſe tantùm pertinere contendit: at ratio illa nihil probat aliud, qvàm qvod Clerus, veluti ſanctum, Eccleſiæ membrum, ab electione non ſit removendus: eoqve reſpicit Paulus, qvando Tito ſuo præcipit, ut per civitates conſtituat presbyteros *ad Tit. 1. v. 5.* Cothm. *d. loc. n. 10.*

Sed qvi ſoli magiſtratui politico electiones Miniſtrorum attri-
10 buunt, hoc argumento ducti, qvod poteſtatem * habeat ſibi à Deo conceſſam, & jurisdictione in Eccleſiaſticos & laicos pariter utatur; in eundem errorem incidunt, cum ratio iſta Magiſtratum velut præcipuum Eccleſiæ membrum, unà cum aliis gaudere oportere ſolummodò pervincat. Erneſt. Cothm. *d. loc. n. 11.*

Multò minus Canones veteres, vel Clero, vel Magiſtratui,
11 vel utriqve ſimul, plebe excluſa deſignandi Miniſtros * autoritatem adſcribunt, qvando populum non ſeqvendum, ſed docendum eſſe affirmant; qvia hoc tantùm innuunt, vanas populi voces non eſſe audiendas, nec probandas, interim tamen populum audiendum & conſulendum. Cothmannus *d. loc. num. 13.*

Qvin

Qvin & vocationem Miniſtrorum totius Eccleſiæ eſſe, autoritate Scripturæ, * & exemplis oſtendi poteſt. Nam cum in Veteri Teſtamento Deus de Levitarum electione & miniſterio legem ferret, eamqve Moſes, qvi Magiſtratus politici officio fungebatur, exeqvi vellet, non ſolùm Aaronem ſacerdotem, ſed & univerſum populum Iſraëliticum convocavit, eorumqve conſilio, ope & auxilio rem ſuæ fidei commiſſam peregit. *Num. 8. v. 20.* 12

Et in Novo Teſtamento, cum Judæ ſucceſſor ſufficiendus eſſet, convocati prius ſunt omnes diſcipuli, qvorum communi conſenſu electio ea peracta eſt. *Actor. 1. v. 24. & ſeq.*

Sic in creandis Diaconis, Apoſtolos unà cum diſcipulis coiviſſe, & unanimi conſenſu ſeptem viros, qvibus coram tota multitudine poſt precationem manus impoſuerunt, elegiſſe conſtat: *Actor. 6. verſ. 5. & ſeq.*

Deniqve qvando in Eccleſia Apoſtolica & primitiva ſacrum miniſterium alicui committendum fuit, non id privata unius autoritate; ſed conſcia & conſentiente * tota Eccleſia factum eſſe, patet in electione presbyterorum Eccleſiæ Antiochenæ, Lyſtrienſis & Iconienſis. *Actor. 14. v. 22.* χειροτονίας namqve vocabulum, qvo Lucas Eccleſiaſticæ electionis morem & modum deſcribit, populi ſuffragia per manuum porrectionem ſive extenſionem declarata ſignificat. *2. Corinth. 8. v. 19. & 1. Timoth. 4. v. 14.* 13

Si verò hîc aliqvis * inſtet, non legi in hiſtoriis illorum temporum, qvod adhibiti Magiſtratus in electione Miniſtri; adeoqve totius Eccleſiæ nomine electionem factam non eſſe. Illi reſpondetur, tum temporis Magiſtratum nondum religionem Chriſtianam amplexum fuiſſe, ac proinde Eccleſiæ membris accenſeri haud potuiſſe. Poſtqvam autem Magiſtratus Chriſto nomen dedit, fidemqve Chriſtianam profitendo inter Eccleſiæ membra locum obtinuit, abſqve illius conſenſu à cæteris duobus ordinibus, adeò nihil tentatum aut factitatum fuiſſe, ut potius Eccleſiæ negotia vel maximè ex eorum nutu pependerint, *teſte Socrate in proœmio lib. 5.* 14

Præterea ut omnium ordinum conſenſu & autoritate Miniſterii conſtitutio adminiſtretur, publicis etiam decretis antiqvitus cau-

tum

ni. *l. ejus militis §. ſi militia ff. de teſtam. milit.* qvibus ex privilegio & gratia præſentandi facultas competit. *c. qvod autem h. tit. Coraſ. de beneſic. cap 6. n. 30. & ſeqventib.*

Et ita præſentatio ſit, qvando ſaltem eſt unus patronus; ubi hoc addendum eſt : pluribus præſentatis à patrono teneri Epiſcopum digniorem inſtituere *c. tertio h. tit. c. ſi fortè ult. diſt. 63. Roch. de verbo honorificum. q. 16.* ne aliàs beneficia Eccleſiaſtica indignis conferantur. *c. nihil de ætate & qvalit. c. fin. eod tit.* Unde Epiſcopus omittendo digniorem, dignum inſtituens, dicitur moraliter peccare, & teneri ad reſtitutionem, ſi beneficium debetur digniori ex aliqvâ lege, vel ſtatuto, reperto in concurſu. *Lembert. artic. 10. Covarr. in c. peccatum 2. part. § 7. n. 4. de reg. jur.* Imò ſunt, qvi tenent, qvòd dignior prætermiſſus poterit appellare, relati à Covarr. *d. § 7.* Dignior autem eſt in hac materia, non ſimpliciter ille, qvi doctior ſit vel ſanctior, ſed qvi juxta munus & rem, cui præficiendus eſt, aptior ejus miniſterio apparet. *Riccius deciſ. 230.*

Qvod ſi plures ſint patroni, tunc poteſt patronus ſeparatim præſentare, qvo ipſo tamen non præjudicat juri reliqvorum compatronorum: qvia collatio, qvæ qvoad hoc æqvipollet præſentationi, conſervat jus aliorum Canonicorum, ſi reperitur facta à ſolo præpoſito. *Calderin. conſil. 21. de jure patron. Seraphin. deciſ. 121. p. 2.* Qvod ita obtinet, ſi omnes patroni ſint in poſſeſſione. Sin verò omnes non eſſent in poſſeſſione præſentandi, tunc per præſentationem unius non præſervatur jus reliqvorum patronorum : Item ſi omnes patroni non venerint eodem jure, ſed ex diverſo *Lambertin. Ricc. deciſ. 209.* Ita ſc. patronus ſolus poteſt præſentare aliis non reqviſitis, qvando jus patronatus ſpectat ad plures ut ſingulos (uti in dubio præſumitur,) & non uti univerſis & jure collegii *Joh. Andr. in c. 1. h. tit.* niſi adſit ſtatutum vel conſvetudo urgens in contrarium per qvam plures patroni eſſent ſolidi ſemel convenire ad præſentandum. *Ricc. deciſ. 177.* Cæterum qvando plures ſunt patroni, tunc præſentatio debet fieri intra tempora legitima ab omnibus, vel majori parte, etiam à putativis patronis, ſi modò bonâ fide ſint in poſſeſſione. *c. conſultationibus & c. 3. h. tit. ubi gloſſ.* qvia hoc jus pertinet ad plures in ſolidum. *c. 1. 2. 3. h. tit.*

Et

Et ita apud omnes ſimul, ut apud nullum ſingulariter ſit. *d. c. 1. & 2.* ſicut dominium rei communis. *Schurff. conſil. 35. n. 5. cent. 3.*

Sed qvid, ſi à ſingulis præſententur ſinguli, uter ex his ab Epiſcopo eſt inſtituendus? In hac qvæſtione probabilius videtur, inſtitutionem unius vel alterius ex ſola electione & arbitrio Epiſcopi dependere. *gl. in c. ſi plures 16. q. 7. P. Gregor. d. lib. 17. cap. 4. n. 6.* idqve ideò ita conſtitutum eſt, ne ex plurium patronorum diſſenſione miniſteria diu vacent. *gl. in Dd. in c. cum autem ubi Panorm.* qvi tradit de juris negotio Epiſcopum tali caſu etiam extraneum inſtituere poſſe. *arg. c. qvoniam h. tit. Sextinus conſil. Marpurg. 10. n. 16. vol. 1.*

Alioqvin ne plures patroni in præſentando mutuò contrarioqve concurſu ſe invicem impediant, vel inter ſe pernitiosè contendant, rectiſſimè faciunt illi, qvi præcedente expreſſa conventione ſinguli alterius vicibus Epiſcopo inſtituendum præſentant. *d. Clement. 2. de jure patron. verſ.* & ut facilius convenire in præſentando debent plures heredes unius, nam unum ſolùm repræſentant, in ſtirpesqve ſuccedunt, non in capita, ſive æqvaliter, ſive pro minori parte ſuccedant, nihil enim intereſt. *Clement. fin. h. tit. P. Gregor. d. cap. 4. n. 5.*

Ex iis qvi à diverſis præſentare à pluribus ſive diverſis, is præferri debet, qvi à digniori parte præſentatus eſt, ut ſingulariter tradit Baldus *in l. 1. ff. de Senat.* ubi de fratre & ſorore dicit, ſi habeant jus patronatus, & ſint diſcordes in præſentatione, illum præferri, qvi eſt præſentatus per fratrem; qvia ſexus virilis eſt dignior. *Valaſc. in l. imperium n. 5. de juriſdict.*

Sed poteſt evenire, qvod habens jus patronatus in ſuo territorio, relinqvat poſt ſe vel viduam, vel filiam etiam tantùm, vel viduam & filios impuberes, qværitur ergò, an vidua jus patronatus exercere, & aliqvem præſentare ad examen & ordinationem poſſit? Dicendum eſt viduam relictam in pago vel oppido, ubi præſentandus paſtor, & ubi maritus vivus exercuit jus patronatus, habentem jus qvoddam conſtitutum per dotalitium poſſe benè præſentare clericum; qvippe qvod hoc caſu jus patronatus tranſeat unà cum pago vel oppido, cui jus patronatus inhæret. *c. cum ſeculum C. ex literis h. tit.* Idem ſi filia ſuccedat patri in feudo fœmineo, cui itidem jus patro-

natus eſt inhærens; nam & tunc filia in locum vacantem Eccleſiæ præſentare idoneum poteſt; qvippe qvod & jus patronatus per ſucceſſionem tranſeat. *c. perlatum 1. c. qvoniam de jure patron.*

Qvod ſi verò vidua nullum jus conſtitutum habeat in illo pago vel oppido, neqve filia per ſucceſſionem ſuccedat patri in feudo, prout fœminæ regulariter in feudo non ſuccedunt. *lib. 1. feud. 1 verſ. hoc notandum*, tunc neqve jus patronatus & præſentandi illis competet.

Si præſentetur civis & exterus itemqve ſenior & juvenis; tum civis præfertur extero. *Rol. à Valle conſil. 47. n. 66. vol. 1.* & ſenior præfertur juveni. *arg. l. fin. ff. de fide inſtrum. Riccius deciſ. 191. de jur patr.*

A pupillo factam præſentationem, dummodo non in infante aut minore ſine tutoris autoritate, valere, eo qvod in præſentando patrimonii adminiſtratio non verſetur, ſcribit Faber *lib. 6. Cod. defin. 1.* Et qvod patronus cum eſt ſupra infantiam poſſit præſentare, & qvod ſua præſentatio prævaleat præſentationi tutoris, notat Anchoranus *conſil. 355. in fin. Tuſchus vol. 4. concl. 606. & conſil. 1616. n. 1. Citadin. pag. 84.*

Hic etiam qværitur: An ſeqveſter poſſit præſentare? nam beneficiorum, Eccleſiarum, rerum ſacrarum & ſanctarum, ut & juris patronatus eſſe poſſe ſeqveſtre, patet *ex §. olim ex literis Ext. de reſcript. c. 2. Ext. de dolo & contumac. c. examinata Ext. de judic.* Verius eſt dicere, qvod is, qvi Eccleſiæ vel juris patronatus ſeqveſtrum habet, vacante ſacerdotio, poſſit interea jus præſentandi exercere, ne deficiente juſto Paſtore, rapaci alicui lupo ovile Chriſti pateat. *arg. c. ne pro defectu Ext. de elect. Clement. unic. de poſſ & fruct. ub: Godd. p. 288. n. 59. & Cludius pag. 614. cap. 11. n. 27 Duaren. lib. 3. de benefic. cap. 10. Coraſ. lib. 3. Miſcell. cap. 2. n. 16. & ſeq.* Et ſic gloſſa *ad dict. Clem. unic.* tradit, expreſſa jura beneficii & beneficienti ſeqveſtrum, cum poſſident, præſentare poſſe *P. Gregor. de benefic. cap. 38. n. 18.* Ubi itidem tenet, qvod facta ſeqveſtratione rei eccleſiaſticæ, cui jus patronatus adhæret, poſſit interea ſeqveſter conferre. *arg. d. c. ne pro defectu Coſtat. ad l. dicet 17. ff. depoſ. Vollaleb. tit. 5. n. 52.*

Et qvamvis Panormitanus in *c. examinata de judic.* contrarium defendat; tamen ſi apud ſeqveſtrum poſſeſſio ſit, qvam fiduciariam alii

alii vocant, ſententia prior eſt recepta *per l. cujuscunq; 6. §. 4. de uſuf. l. 3. §. 10. de acq. poſs. arg. tit. ut lite pendente Ordinat. cum p. 2. tit. 21. in fin.*

Poteſt etiam præſentatio fieri per patronum abſentem, literis *c. cognoſcitur 6. Ext. de his, quæ fiunt à Prælat. Curt. verb. honorif. cum n. 27. & ſeqq.* Et ſi per plures patronos fiat, tum demum omnibus ſimul conſentientibus, aut ſaltem pro majori parte, uti ante dictum eſt. *c. 3. Ext. h. tit. junct. ibid. gl. & Panorm.*

Ubi adhuc admonendū eſt, unde æſtimanda ſit major pars? Utrum ex numero patronorum omnium, an ex comparatione ad minorem partem? V. G. Qvatuor ſunt patroni; qvorum duo præſentant unum, tertius alterum, & qvartus alium: Ille qvi à duobus præſentatus, non habet majorem partem omnium patronorum, ſed tantum majorem partem reſpectu aliorum duorum ſingulos præſentantium. In hac itaqve ſpecie rectè reſpondit Panormitanus ex ſententia Joh. Andreæ *ad c. 3. Ext. h. tit.* qvod ſi præſentatio à pluribus fiat tanqvā à collegio, reqviri majorem partem reſpectu totius collegii, *d. c. cognoſcitur 12. c. Eccleſia 48. Ext. de Elect.* Sin à pluribus, tanqvam ſingularibus (uti paſſim evenit inter laicos patronos) ſufficere majorem partem ſingularium. *d. cap. 3. Roch. d. loc. n. 92.*

Qvod ſi patronus deceſſerit, ſuperſtite uno filio, & qvatuor nepotibus ex altero filio demortuo, atqve inter hos nepotes duo à reliqvis diſſentiunt? Hoc caſu præſentatus à filio & duobus aliis nepotibus, non rectè dicitur præſentatus à majori parte. *Crotas ad d. cap. 3.* ubi dicit, hanc ſententiam eſſe veriorem. *fac. l. ubi pugnantia 188. de reg. jur.*

Qværitur verò de eo; an præter majorem numerum etiam ſanior patronorum pars exigatur? Qvod rectius negatur, cum nullo jure id cautum ſit: ut vel hinc conſtet, in præſentationibus multam haberi rationem generis, ſexus, nobilitatis aut alterius dignitatis. *Roch. d. loc. verb. honorific. n. 92. & ſeqq.*

Ut autem in præſentando omnes patroni convocentur in unum locum non eſt neceſſe, modò major pars in unam eandemqve perſonam conſentiat, etiam diverſis temporibus. *arg. l. reſcriptum 10. de pact.*

Digitized by Google

De illo non eſt omnium eadem opinio; An à ſententia per qvam pronunciatur, qvem eſſe inſtituendum, poſſit appellari? Affirmat hoc Riccius *deciſ. 129.* appellationi ſcil. locum eſſe à ſententia præfata; & idcircò poſſeſſionem cœptam pendente appellatione judiciali interpoſitam ab inſtitutione facta eſſe attentata. *per not. in c. avaritia de elect. in 6.* Adde Lancellotum *de attentatis 2. p. cap. 4. n. 614. & 627. & cap. 12. in præfat. n. 29.* & præſertim *limitat. 90. n. 49.* *Cuchum. lib. 4. Inſt. major tit. 4. n. 67.*

Hucusqve hoc capite dictum eſt de præſentatione, tanqvam effectu juris patronatus, unde conſtare poteſt, totum præſentationis negotium ſaltem à patrono præſentante, & Epiſcopo ordinante & confirmante peragi ſolitum. Jocob. Heinrichman. *conſil. 22. n. 1. & ſeqq. vol. 3.*

At hodiè noſtri in Eccleſiis Auguſtanæ Confeſſionis, neqve patronis omninò jus ſuum ademerunt, neqve Eccleſiam ſuo jure ſemper carere voluerunt, ſed juſtis decretis rem iſtam temperarunt, & id, qvo alii perperam uſi erant, meliori uſu cohoneſtarunt, ita nimirum, ut hodiè non ſit licitum patronis ſuo arbitrio, qvoscunqve voluerunt, miniſteriis Parochiarum præficere, citra judicium & conſenſum Eccleſiæ ejus loci. Proinde non poteſt hodiè qvisqvam patronorum adeò iſti ſuo juri inniti, ut olim qvidem fiebat, ubi ſaltem præſentabatur perſona inſtituenda Epiſcopo, neſcia Eccleſia, & interdum repugnante, ſed reqviritur, ut maximè Eccleſiæ loci conſenſus Eleg. D. Martin. Chemnit. *in Enchiridio Theologiæ cap. 1. per tot.* Qvin etiam hodiè pingvius jus patronatus eſt, qvam de jure Canonico per notata Koppen *enucleat. 2. per tot.* de qvo inferius videbimus. Sed de jure vocandi miniſtros latius tractatum eſt *cap. proximè ſeq.*

CAPUT XXI.
De jure & ordine vocandi miniſtros Eccleſiæ.

Q. SUM-

SUMMARIA:

Jus vocandi eſt penes Deum. n. 1. Sed hodie exercetur hoc mediatè certis modis. n. 2. & competit ordini eccleſiaſt. num. 3. Politico n. 4. & Oeconomico ſive populo n. 5. cujus nomine ſunt Diaconi n. 6. & 7. Jus itaqve vocandi pertinet ad totam Eccleſiam. n. 8. 9. 10. 11. 12. 13. Occurritur objectioni n. 14. electio ſecus facta non eſt Canonica. n. 15. 16. Qvo ordine facienda ſit electio n. 17. 18. 19. Jus patronatus in qvantum in Eccleſiis reformatis admittendum. num. 20. 21. 22. Patroni non poſſunt inutiles obtrudere Eccleſiis. n. 23. qvod ſi factum, tanqvam indignus qvis poteſt negligi. n. 24. Patroni in electione ſpectare debent unicè gloriam Dei & bonum Eccleſiæ num. 25. non etiam amicitiam & interceſſiones. n. 26. Electus debet præſentari Epiſcopo Eccleſiæ. n. 27. ad examinandum, ordinandum, & inſtituendum, ſi dignus repertus ſit. num. 28. 29. 30.

QVæſtio de legitima & ordinaria vocatione miniſtrorum Verbi Dei & Sacramentorum in varias partes diſputata eſt, ut videre eſt apud D. Cothmannum *reſp. Academico 42. in princ.* ubi diverſas variorum ſententias recenſet; qvorundam nimirum ſoli clero vel miniſterio; qvorundam ſoli magiſtratui politico; qvorundam verò ſoli populo poteſtatem illam eligendi deferentium.

Veriſſima autem eſt ſententia, jus ſummum vocandi miniſtros
1 Eccleſiarum, eſſe penes unum * & ſolum Eccleſiæ Dominum, ſcil. Deum, *Matth. 9. verſ. ult. Epheſ. 4. v. 8. 11. Actor. 13. v. 2. 4. & 20. v. 28. Jerem. 23. v. 20.* At cum Deus ordinatè ac mediatè domum ſuam gubernet ac diſponat, ejusdem miniſtrorum vocationem atqve ele-
2 ctionem qvoqve mediatè exercet, idqve per illos * qvidem, qvibus hoc jus eligendi commiſit & delegavit. Non autem delegavit ſoli magiſtratui politico, neqve ſoli populo, neqve ſoli clero vel miniſterio, ſed toti Eccleſiæ; in qva Eccleſia ſunt tres hominum ordines

ſive

ſive ſtatus, I. Eccleſiaſticus Epiſcoporum & Presbyterorum. II. Politicus, hoc eſt, Principes & Magiſtratus ſeculares, & III. Oeconomicus ſive Populus; Et iis omnibus, ſingulis ſuas partes ſuaqve officia eſſe in vocatione mediata, (de qva hoc loco acturi ſumus) firmisſimis & ſolidis fundamentis demonſtrabimus.

Et primò qvidem partes ſuas & qvidem præcipuas in Eccleſia habent * Epiſcopi & presbyteri, ſeu miniſterium, uti hodiè vocamus, hoc eſt, Docentes ſeu miniſtri Evangelii, ſi qvi ſunt in illa Eccleſia, cui Paſtor aut Miniſter Verbi Dei præficiendus eſt; id qvod ex mandato Apoſtolico, & probatis ſcripturæ exemplis conſtat. Sic Paulus & Barnabas per ſingulas Eccleſias, qvas perluſtravit, presbyteros conſtituerunt. *Actor. 14. v. 22.* Idem Paulus Timotheum Eccleſiæ Epheſinæ præfecit Epiſcopum, cum impoſitione manuum presbyterii, eiqve præcepit, manus citò ne cui imponat, ne communicet alienis peccatis. *1. Timoth. 4. v. 14. & 1. Timoth. 5. v. 22.* Idem ad Titum *1. v. 5.* ſcribit; Hujus rei gratia reliqvi Te in Cretâ, ut conſtituas oppidatim presbyteros, ſicut ego tibi ordinavi. 3

Ratio qvoqve manifeſta idem confirmat: Qví enim jam modò ſunt in miniſterio, omnium rectiſſimè de eorum, qvi ad munus docendi ordinandi ſunt, qvalitatibus, puta, eruditione & moribus, aliisq; ad illud neceſſariis donis cognoſcere & judicare poſſunt; & idcircò illi à mediatâ vocatione minimè excludendi, ſed potius meritò illis in electione primæ relinqvendæ. Vetus Canon eſt Stephani, qvi tempore Cypriani vixit anno Chriſti 250 & Romæ Epiſcopus fuit: Sacerdotum eſt electio, fidelis populi eſt humiliter conſentire. *c. cum longè diſt. 63.*

Secundo loco in Eccleſia eſt pius Magiſtratus, * cujus conſilium & ſententia meritò audienda eſt. Sicut vetus Canon. *d. loc.* præcipit: Vox civium, Teſtimonia populorum, honoratorum arbitrium, Electio clericorum in Ordinationibus conſtituantur. Et ſanè, qvia miniſterium non eſt tota Eccleſia, ſed tantùm pars ejus *Epheſ. 4. v. 11.* ideò miniſterium ſive miniſtri Eccleſiæ non poſſunt nec debent ad ſe ſolos vocationem mediatam rapere, excluſis reliqvis Eccleſiæ membris; Nam nec Apoſtoli qvidem hoc fecerunt, ſed reliqvam Eccleſiam 4

ſibi adjunxerunt, eiqve ſuum reliqvêre ſuffragium ac ſuas partes. *Actor.* 1. *v.* 15. *cap.* 6. *verſ.* 2. *&* 3. *cap.* 14. *v.* 23. non enim ſunt Eccleſiæ Domini, ſed miniſtri & inſpectores. 2. *Corinth.* 1. *v. ult. &* 1. *Cor.* 1. *v.* 21. *& Pet.* 5. *v.* 3. In magiſtratu præcipuè complectendi ſunt hi, qvi jus patronatus in illa Eccleſia habent. Qvia Evangelium nemini jus ſuum eripit. Et qvidem pii magiſtratus intereſt ſcire & attendere, qvales paſtores & miniſtri verbi Dei præſint ſuis ſubditis, in ea præſertim Eccleſia, cujus jus patronatus habet. Præterea qvia pius Chriſtianus ideò nec poteſt nec debet ab electione & vocatione miniſtrorum excludi, ſed & illi ſuæ partes in hoc negotio ſunt relinqvendæ, tùm qvia etiam Eccleſiæ membrum, tùm qvia conſtitutus à Deo Eccleſiæ nutritius *Eſa.* 29. *v.* 23. & miniſter *Eſa.* 60. *v.* 10. ut aperiat portas ingredienti Regi gloriæ. *Pſal.* 24. *v.* 7.

Qvia itaqve magiſtratus non eſt tota Eccleſia, ſed tantùm membrum ejus, *Pſalm.* 47. *v ult.* nec eſt Dominus Eccleſiæ, ſed nutritius, imò miniſter ejus, *uti dictum*, exinde non poterit politicus magiſtratus, excluſo miniſterio, & reliqva Eccleſia, ſibi ſoli poteſtatem conſtituendi miniſteria in Eccleſia ſumere: Sed ſi faciat hoc, ſacrilegii reus fit. Chemnit. *in Enchirid. tit. de vocatione miniſtrorum verb. pag. mihi* 30. ubi graviſſimè ſcribit: Sicut Pontifex Romanus cum ſuis commiſit ſacrilegium in eo, qvod electionem & vocationem miniſtrorum Eccleſiæ ad ſe ſolum, ſuosqve tranſtulit; ita ejusdem criminis reus eſt etiam magiſtratus, qvando excluſo miniſterio in Eccleſiâ, ſibi ſoli poteſtatem conſtituendi miniſtros in Eccleſia vendicat. Et D. Jacobus Andreæ *diſp.* 29 *de jur. vocandi th.* 51. ita ſcribit: Impia & injuſta eſt alieni juris uſurpatio, cum Magiſtratus politici primum illud eligendi deſignandiqve perſonas Eccleſiaſticas ſuffragium presbyterio adimunt, & Eccleſiam jure ſuo privantes ipſi inſciæ & invitæ paſtores obtendunt.

5 Tertiò itaqve loco eſt in Eccleſia * populus. Et qvod populi Chriſtiani conſenſus, ſuffragium & teſtimonium in electione miniſtrorum Eccleſiæ reqviratur, non dubitandum eſt; tum qvia pars Eccleſiæ eſt populus: tum qvia populo in alendis miniſtris verbi ſuum onus incumbit: tum qvia præcipuam Eccleſiæ multitudinem facit Ernſt. Cothman. *reſp. Acad.* 42. *num.* 44.

Non

Non autem Anabaptiſtæ rectè faciunt, qvi jus vocandi promiſcuæ multitudini (qvam nomine Eccleſiæ intelligunt) totum committunt, excluſo miniſterio & pio magiſtratu. Eccleſia enim cujusvis loci appellatur, & eſt totum corpus, complectens ſub capite Chriſto omnia ejus loci membra *Epheſ. 4. v. 15. & 1. Corinth. 12. v. 12.* Qvare ſicuti vocatio nec ſolius miniſterii eſt; nec ſoli magiſtratui competit; ita nec promiſcuæ tantùm multitudinis arbitrio & temeritati eſt ſubjicienda: qvia nulla pars vel altera, vel utrisqve excluſis eſt Eccleſia. Sed ſit & maneat vocatio penes totam Eccleſiam, ſervato tamen debito ordine.

Non igitur tota multitudo promiſcuè & ſine ordine negotium electionis & vocationis tractare debet: qvia Deus non eſt Deus confuſionis, ſed vult, ut omnia decenter & ordine in Eccleſia gerantur & adminiſtrentur. *1. Corinth. 14. v. ult.* Chemnit. *in Enchirid. d. loc.*

In Eccleſia itaqve populi nomine ſunt Diaconi, * Kirchen- 6
Vorſteher / qvi præſunt bonis Eccleſiæ & pauperum. Hi cum ſenioribus aliqvot ex plebe in electione Paſtorum Eccleſiæ etiam audiendi ſunt. Et ſi inſuper aliqvi in populo juſtam cauſam contra nominatum Paſtorem habeant, itidem audiendi ſunt.

Tres igitur hi ordines, Miniſterium, Magiſtratus Politicus, & Diaconi Eccleſiæ & pauperum, cum aliqvibus ſenioribus plebis, totius populi nomine, Paſtores & Miniſtros Eccleſiarum eligunt & vocant. *Miniſterium Gryphiſvvaldenſe in libello de vocatione Paſtorum & miniſtrorum Evangelii lit.* C. Eccleſiaſticus ſtatus debet * conſulere 7
de perſona idonea: Politicus decernere: Popularis approbare. Reinking *de regimine Eccleſ. lib. 3. cl. 1. cap. 6. n. 17.*

Vel etiam, in Epiſcoporum & Paſtorum animæ vocatione & electione dicimus eſſe convocandam & audiendam Eccleſiam, in qvâ qvoad doctrinam, inſtitutionem, conſecrationem & ordinationem cura miniſterii divini præcipua ſit; qvoad jurisdictionem in Epiſcopos competentem Principibus & Magiſtratibus civilibus, qvibus ea de re notio & cognitio eſt, partes priores deferendas: ſed qvoad conſenſum & approbationem omnium ordinum, atqve adeò populi qvoqve ſuffragia libera & ſoluta valere ac recipi debere D. Erneſt.

Digitized by Google

Cothm. *de reſp. 42. num. 36.* ut itaqve nec Monarchica, nec Democratica eſt Eccleſiæ in his terris gubernatio, ſed Ariſtocratica; ita nec vocatio miniſtrorum, ab unius alteriusve hominis vel ordinis arbitratu dependere debet, ſed potius, qvód ad omnes pertinet, id etiam ab omnibus approbari, æqvum cenſetur. Cothm. *de reſp. 42. num. 32.* ita ut omnia in Eccleſia, ejusqve regimine Ariſtocraticè temperata ſint.

In genere itaqve concludendum eſt; nec ſoli miniſterio ſive presbyterio, nec ſoli magiſtratui, multò minus arbitrio promiſcuæ & imperitæ multitudinis ſubjiciendum eſſe Miniſtrorum conſtitutionem;
8 ſed jus vocandi ad * *totam Eccleſiam* pertinere D. Gerhardus *tom. 6. loc. Theolog. p. 1. de miniſterio Eccleſiaſtico ſect. 4. de vocatione mediata n. 86.* Qvia ſolum miniſterium, ſolus magiſtratus, ſolus populus, non eſt totum corpus Eccleſiaſticum, ſed unum tantùm ejus membrum: neqve eſt illius vel caput vel Dominus.

Sanè Clerus qvare ſibi poteſtatem eam arroget. & ad ſuum molendinum protrahat, uti Baldus loqvi ſolet, ea ratio eſt primaria, qvod
9 res hæc religionem concernat, * cujus negotium ad ſe tantùm pertinere contendit: at ratio illa nihil probat aliud, qvàm qvod Clerus, veluti ſanctum, Eccleſiæ membrum, ab electione non ſit removendus: eoqve reſpicit Paulus, qvando Tito ſuo præcipit, ut per civitates conſtituat presbyteros *ad Tit. 1. v. 5.* Cothm. *d. loc. n. 10.*

Sed qvi ſoli magiſtratui politico electiones Miniſtrorum attri-
10 buunt, hoc argumento ducti, qvod poteſtatem * habeat ſibi à Deo conceſſam, & jurisdictione in Eccleſiaſticos & laicos pariter utatur; in eundem errorem incidunt, cum ratio iſta Magiſtratum velut præcipuum Eccleſiæ membrum, unà cum aliis gaudere oportere ſolummodò pervincat. Erneſt. Cothm. *d. loc. n. 11.*

Multò minus Canones veteres, vel Clero, vel Magiſtratui,
11 vel utriqve ſimul, plebe excluſa deſignandi Miniſtros * autoritatem adſcribunt, qvando populum non ſeqvendum, ſed docendum eſſe affirmant; qvia hoc tantùm innuunt, vanas populi voces non eſſe audiendas, nec probandas, interim tamen populum audiendum & conſulendum, Cothmannus *d. loc. num. 13.*

Qvin

Qvin & vocationem Miniſtrorum totius Eccleſiæ eſſe, autoritate Scripturæ, * & exemplis oſtendi poteſt. Nam cum in Veteri Teſtamento Deus de Levitarum electione & miniſterio legem ferret, eamqve Moſes, qvi Magiſtratus politici officio fungebatur, exeqvi vellet, non ſolùm Aaronem ſacerdotem, ſed & univerſum populum Iſraëliticum convocavit, eorumqve conſilio, ope & auxilio rem ſuæ fidei commiſſam peregit. *Num. 8. v. 20.* 12

Et in Novo Teſtamento, cum Judæ ſucceſſor ſufficiendus eſſet, convocati prius ſunt omnes diſcipuli, qvorum communi conſenſu electio ea peracta eſt. *Actor. 1. v. 24. & ſeq.*

Sic in creandis Diaconis, Apoſtolos unà cum diſcipulis coiviſſe, & unanimi conſenſu ſeptem viros, qvibus coram tota multitudine poſt precationem manus impoſuerunt, elegiſſe conſtat: *Actor. 6. verſ. 5. & ſeq.*

Deniqve qvando in Eccleſia Apoſtolica & primitiva ſacrum miniſterium alicui committendum fuit, non id privata unius autoritate; ſed conſcia & conſentiente * tota Eccleſia factum eſſe, patet in electione presbyterorum Eccleſiæ Antiochenæ, Lyſtrienſis & Iconienſis. 13
Actor. 14. v. 22. χειροτονίας namqve vocabulum, qvo Lucas Eccleſiaſticæ electionis morem & modum deſcribit, populi ſuffragia per manuum porrectionem ſive extenſionem declarata ſignificat, *2. Corinth. 8. v. 19. & 1. Timoth. 4. v. 14.*

Si verò hìc aliqvis * inſtet, non legi in hiſtoriis illorum temporum, qvod adhibiti Magiſtratus in electione Miniſtri; adeoqve totius Eccleſiæ nomine electionem factam non eſſe. Illi reſpondetur, tum temporis Magiſtratum nondum religionem Chriſtianam amplexum fuiſſe, ac proinde Eccleſiæ membris accenſeri haud potuiſſe. Poſtqvam autem Magiſtratus Chriſto nomen dedit, fidemqve Chriſtianam profitendo inter Eccleſiæ membra locum obtinuit, abſqve illius conſenſu à cæteris duobus ordinibus, adeò nihil tentatum aut factitatum fuiſſe, ut potius Eccleſiæ negotia vel maximè ex eorum nutu pependerint, *teſte Socrate in proœmio lib. 5.* 14

Præterea ut omnium ordinum conſenſu & autoritate Miniſterii conſtitutio adminiſtretur, publicis etiam decretis antiqvitus cau-

Digitized by Google

tum & ſancitum fuit. Nam Concilium Nicenum ita ſancivit, ut eſt in Epiſtola Synodica, apud Theodoretum *lib. 1. cap. 9.* Qvod ſi qvi fortè eorum, qvi Eccleſiæ funguntur muneribus, diem ſuum obierint, tum unus ex illis, qvi nuper in Eccleſiam aſciti ſunt, modò idoneus videatur, *& Populus illum eligat, Epiſcopusq; Alexandriæ ei ſuffragetur:* atqve adeò populi electionem confirmet, in locum ſuccedat demortui. In Concilio Carthaginenſi III. *Can. 72.* decretum eſt, ne ullus Clericus ordinetur, niſi probatus fuerit vel Epiſcoporum examine, vel populi teſtimonio. In Carthaginenſi IV. *Can. 22.* ſimiliter: Epiſcopus ſine Concilio Clericorum ſuos Clericos non ordinet, ita ut civium aſſenſum, conniventiam & teſtimonium qværat. Uterqve Canon decreto Gratiani inſertus eſt. *diſtin. 24.* Ita in Concilio Toletano Sacerdos rejicitur, qvem Clerus nec populus propriæ civitatis elegit. *c. qvi in aliqvo diſt. 51.* Et in Concilio Antiocheno ſtatutum eſt, ut cùm Synodo & judicio Epiſcoporum electio fiat. *c. Epiſcopo 8 q. 1.* ita Neſtorius in Concilio generali, communi omnium conſenſu, præſente Theodoſio Imperatore religioſiſſimo, totius deniqve *Cleri totiusqve civitatis* ſuffragiis Epiſcopus conſtitutus eſt. Flavianus autem Antiochiæ urbis Syriæ ab Epiſcopis ejus Provinciæ *tota illa Eccleſia*, uti Canon poſtulat, ſuffragante & velut uno ore virum illum honorificè collaudante Epiſcopus ordinatus eſt: ut eſt in libello Synodico Concilii Conſtantinopolitani, qvi eſt apud Theodoretum *lib 5. cap. 9. Hiſtor. Eccleſ.*

Et hinc itaqve concluditur, electionem, qvæ fit abſqve conſen-
15 ſu populi & Magiſtratus, eſſe contra * Canones, adeoqve non Canonicam. Et pro hac ſententia ex antiqvis etiam patribus teſtimonia adduci poſſunt; Ubi in primis ſeſe offert inſignis locus Cypriani Epiſcopi ac Martyris *lib. 1. Epiſt. 4.* I. Plebs maximè habet poteſtatem vel eligendi dignos ſacerdotes, vel indignos recuſandi. II. De divina autoritate deſcendit, ut Sacerdos plebe præſente ſub omnium oculis deligatur, atqve idoneus publico judicio ac teſtimonio comprobetur. III. Hoc itidem probat Cyprianus exemplis & teſtimoniis ſcripturæ. IV. Aqud nos, inqvit, & per univerſas Provincias hoc tenetur, ut ad ordinationes ritè celebrandas, ad eam plebem, cui

Epi-

Epiſcopus ordinatur, Epiſcopi ejusdem Provinciæ proximi qvoqve conveniant, & Epiſcopus delegatur plebe præſente, qvæ ſingulorum vitam pleniſſimè novit, & unicujusqve actum de ejus converſatione perſpexit. V. Hoc ita in collegæ ſui Sabini ordinatione factum, ait. ut de univerſæ Fraternitatis ſuffragio, & de Epiſcoporum, qvi in præſentiâ convenerunt, qviq; de eo ad ipſos literas fecerant, judicio Epiſcopatus ei deferretur. Idem *Epiſt. 68.* Plebs obſeqvens præceptis dominicis à peccatore præpoſito ſeparare ſe debet, nec ad ſacrilegi Sacerdotis ſacrificia ſe miſcere, qvandoqvidem ipſa maximè habet poteſtatem vel eligendi dignos Sacerdotes, vel indignos recuſandi. Qvod & ipſum à divina videmus autoritate deſcendere, ut Sacerdos plebe præſente ſub omnium oculis eligatur, dignus atqve idoneus publico judicio atqve teſtimonio comprobetur.

Ne qvis autem inde, qvod Cyprianus electionem plebe præſente fieri affirmat, cavilletur, mutam fuiſſe ejus præſentiam; attribuit plebi eligendi poteſtatem, teſtimonium & ſuffragium. Ita Ambroſius omnium civium conſenſu, clamore & ſuffragiis Eccleſiæ Mediolanenſis Epiſcopus poſtulatus & deſignatus, ipſius autem Imperatoris Valentiniani ſententia comprobatus eſt, *ut eſt apud Socratem lib. 4. c. 25.* Theodor. *lib. 4. cap. 25.* Sozom. *lib. 6. cap. 24.*

Evadius Eccleſiæ Hipponenſis Epiſcopus B. Auguſtini ſucceſſor, ipſius Eccleſiæ conſenſu, ſuffragiis, acclamationibus & ſubſcriptionibus conſtitutus eſt. *Auguſt. Epiſt. 110.*

Ex deductis itaqve manifeſtum eſt, in electione Miniſtrorum Eccleſiæ * ſingulis ordinibus, hoc eſt, presbyterio ſive miniſterio, 16 Magiſtratibus ſecularibus; & Plebi ſuum eſſe jus & ſuas partes, ut qvicunqve judicio Epiſcoporum & Presbyterii, cum conſenſu, confirmatione & comprobatione Magiſtratus, tanqvam Eccleſiæ nutritoris, non refragante vel ſuffragante, at teſtimonium præbente plebe Eccleſiæ præficitur, is pro vero & legitimo paſtore, Antiſtite, Presbytero, aut Diacono ſit habendus D. Winckelmannus *in diſput. de jure vocandi miniſtros Eccleſiæ th. 60.* Alias rationes & autoritates Dd. adducit & accumulat D. Cothmannus *d. reſp. 42.* Cæterum ſingulorum locorum hac in re receptas conſvetudines, ſi ex piæ & hone-

ſtæ, ac longiſſimo tempore obſervatæ ſint, in poſterum ſervandas; nemo inficias ibit Cothm. *d. loc. num. 57.* Quæ hinc inde in contrarium adferuntur, illa benè diluit D. Gerhardus *d. loc.*

17 Nunc deinceps videndum, qvo ordine * facienda ſit electio in vocandis paſtoribus & miniſtris Evangelii. Imprimis cavendum eſt, in hoc negotio tam gravi, ſine gravi conſilio & præmiſſis ad Deum ſeriis precibus qvicqvam temerè agatur. Non enim eſt ullum præſtantius & ſalutarius Dei donum, qvàm fidelis, idoneus ac ſincerus verbi divini miniſter; jam verò dona Dei non poſſunt aliter niſi per preces obtineri. Rogate Dominum meſſis, præcipit Chriſtus, ut operarios ſuos in meſſem extrudat, *Matth. 9. v. 38.* Is ergò piis precibus rogandus, ut ipſe mittat, qvem elegerit. Idem ſedulò in Eccleſia Apoſtolica obſervatum fuiſſe; colligitur ex actis Apoſtolorum *cap. 1. v. 24. cap. 13. v. 3. cap. 14. v. 23.* ubi precibus conjunguntur jejunia, ut ſint ardentiores & excitatiores.

18 Præmiſſis ita piis precibus ad Deum, * conveniant pius Patronus, & Magiſtratus loci, itemqve docentes, & alii miniſtri Verbi Dei, ſi qvi ſunt in ea Eccleſia, & Diaconi Eccleſiæ, & pauperum populi nomine, & eligant bona conſcientia in timore Dei, utilem & idoneum Eccleſiæ Paſtorem, & alios Chriſti Miniſtros. *Miniſterium Gryphiſvvaldenſe lit. C. n. 3.* Nullus enim Eccleſiæ ſtatus negligatur, ſed conjunctis animis ac votis omnia peragantur: qvod enim ad omnes pertinet, qvodqve omnes tangit, ab omnibus debet approbari, adeoqve ab unius arbitrio pendêre neutiqvam debet.

Patronis autem piis, qvi fundationibus, donationibus, extru-
19 ctionibus templorum, aut aliis beneficiis jus patronatus * acqviſiverunt, meritò jus nominandi ac præſentandi relinqvitur: ita tamen ut juri presbyterii ſive miniſterii, Magiſtratui ſecularis, atqve Eccleſiæ nihil decedat. Sed in qvantum jus Patronatus in reformatis Eccle-
20 ſiis * admittendum ſit, videamus. Certum enim eſt, idem jus etiam per præſtantiſſimos Theologos eſſe reſtrictum & limitatum.

Nam poſtqvam patroni Papiſticæ religionis, Eccleſiis purioris religionis obtrudere vellent ejusdem religionis miniſtros ſive Paſtores; Auguſtanæ religioni addicti exiſtimabant, ſe ejusmodi docto-

res

-res recipere non teneri. Et rectè. Non enim eò uſqve jus illud ſe extendit, ut licitum ſit Patronis ſuo arbitrio, qvoscunqve voluerint, miniſteriis Parochiarum præficere, citra judicium & conſenſum Eccleſiæ ejus loci. * Sed qvia reditus Parochiales à Patronis fundati 21
ſunt, ideò vel Eccleſia patrono idoneam aliqvam perſonam proponit & ſiſtit, petitqve, ut ei uſumfructum redituum illorum conferat: vel ipſe Patronus perſonam qvampiam donis neceſſariis inſtructam nominet, & Eccleſiæ præſentet, ſalvo tamen ſemper & libero tum judicio Miniſterii, tùm conſenſu reliqvæ Eccleſiæ: & hac ratione vocatio nihilominus penes Eccleſiam manet; & obſervatur vetuſtus ille Canon: *Nemo invitis detur.* D. Chemnitius *in Enchiridio cap. 1. circ. fin.*

Pius itaqve Patronus, non ſolus vigore juris Patronatus tantùm 22
negotium * aget, ſed voluntatem & judicium reliqvæ Eccleſiæ, cujus cauſa hîc agitur, & ſalus potiſſimùm periclitatur, audiet libenter: & ſi cauſæ diſſenſus juſtæ & probabiles adferentur, melioribus votis & judiciis ſtare ſe debere exiſtimabit, imò tanqvam ipſius Eccleſiæ membrum, non caput, in commune conſultabit, & omnia ad Dei gloriam & ædificationem corporis myſtici conſilia & facta ſua diriget.

Peccant autem Eccleſiæ, qvæ perſonam à Patrono nominatam, donis ad docendum neceſſariis inſtructam recipere, & vocare recuſant, urgentes, ut perſonæ plures unà præſententur. In arbitrio enim Patroni poſitum, an unam vel plures perſonas nominare velit, nec abſolutæ neceſſitatis eſt, ex pluribus fieri electionem, ſed ſufficiat ad legitimam vocationem, ſi accedat Eccleſiæ conſenſus: qvod ſi tamen juſtæ recuſandi cauſæ adſint, illas rectè allegant & opponunt; qvippe qvòd jus Patronatus non tribuat Patronis licentiam obtrudendi Eccleſiis inutiles * aut ineptos Dn. Gerhardus *de miniſterio Eccle-* 23
ſiaſtico n. 115. Patroni ſemper ſibi proponant regulam Apoſtolicam in nominatione eligendorum, *in Epiſt. 2. ad Timoth. 2. v. 2.* Qvæ à me audiviſti, commenda fidelibus hominibus, qvi idonei ſunt ad docendum. Sin minus, de ejusmodi Patronis dici poterit, qvod de Jerobamo ſcriptura refert *1. Reg. 13. v. 33.* de noviſſimis populi autè fecevulgi conſtituebat Sacerdotes; qvi placuerat ipſi, hujus manum implebat.

Auguſtus teſte Svetonio *lib. 2. cap. 56.* nunqvam ſuos popu'o com-
mendavit, ut non adjiceret, *ſi merebuntur.* Qvantò magis patroni
Eccleſiarum in perſonarum nominatione, ac qvi alios commendant,
hoc adjicere debent. Dn. Gerhard. *d. loc.*

Qvod ſi præſentatus aliqvis ob juſtas cauſas, tanqvam miniſte-
24 rio indignus judicatus, repulſam paſſus fuerit, * alium ei præſenta-
re, conceſſum eſt *c. paſtoralis de jure patron.* Si verò cauſæ oppoſi-
tæ non ſint juſtæ aut neceſſariæ, ortæ ex errore aut inopia judicii,
vel ex pravo affectu animi, erudiendi ſunt contradicentes, ut omiſſa
recuſatione in denominatum Paſtorem conſentiant, nec vocationem
legitimè inſtitutam eludant. Si cedere noliat, res judicio Superin-
tendentis & Conſiſtorii Eccleſiaſtici, adhibitis aliqvot aliis Paſtori-
bus, permittenda eſt. *Miniſterium Gryphiſvvaldenſe d. loc.*

Si plures ſint Patroni, atqve inter eos ortâ contentione de per-
ſona præſentanda conveniri neqveat, tunc intra certum temporis ſpa-
tium, Epiſcopus perſonam idoneam inſtituit, qvi tamen ab eo, qvi
jus ſuum evicerit, repræſentetur *c. ſi verò de jure patron.*

Caveant ii, penes qvos præſentandi, eligendi & vocandi jus eſt;
25 ne in electione Miniſtrorum Eccleſiæ qvicqvam * aliud ſpectent,
qvàm Dei gloriam & bonum Eccleſiæ. Adeoqve ne reſpiciant co-
26 gnationem, affinitatem, interceſſiones, ſolicitationes, * & hac ra-
tione indignos nominent: Caveant inſuper, ne officia Eccleſiaſtica
faciant venalia, neve donariis & honorariis fautores ſuos Miniſterii
Candidatis venales exponant: ſed memores ſint priſtinæ diſciplinæ
Eccleſiaſticæ *c. ſancitum eſt 7. q. 1.* ex Concilio Rothomagenſi. San-
citum eſt, atqve omnibus modis prohibitum, ut ſi qvis presbyter in-
ventus fuerit alicui Clerico vel Laico munera dare vel dediſſe, aut a-
liam pecuniam tribuere, ut alterius Presbyteri Eccleſiam vacantem
precio redimat, pro hac cupiditate ſeu rapina, ſeu præſumtione tur-
pis lucri gratiâ, dejiciatur à Clero & alienus exiſtat à regula. Sic Ju-
ſtinianus Imp. *Novell. 123 cap. 1.* Sancimus, qvoties opus fuerit Epi-
ſcopum ordinari, clericos & primates civitatis, cujus futurus eſt Epi-
ſcopus, mox in tribus perſonis decreta facere, propoſitis eis Sacro-
ſanctis Evangeliis, periculo ſuarum animarum dicentes in ipſis de-

cre-

aretis, qvia neqve propter aliqvam donationem, neqve propter aliqvam promiſſionem, aut amicitiam, aut aliam qvamlibet cauſam: ſed ſcientes eos rectæ & Catholicæ fidei, & honeſtæ eſſe vitæ, & literas noſſe, hos elegerunt. *Addatur l. ſi qvemqvam 31. C. de Epiſc. & Cleric.*

Deniqve facta electione perſonæ, pius Eccleſiæ Patronus in Paſtoris vocatione, vel cum συνεργοὶ Paſtoris vocandi ſunt, Magiſtratus loci, qvi patroni & Paſtoris conſenſu, Eccleſiæ nomine id jus habet, perſonam ritè electam præſentat Epiſcopo * Eccleſiæ, id eſt, vocat eam & mittit ad Superintendentem cum literis præſentationis, ut cum presbyterio ſuo eum examinet & judicet, an idoneus ſit ad eam Eccleſiam, ſeu ad Miniſterium, ad qvod vocatur. In Eccleſiis enim ritè conſtitutis, Superintendenti & Presbyterio ejus, communi Eccleſiæ conſenſu jus * examinandi, ordinandi & conſtituendi presbyteros, commendatum. *Miniſterium Gryphiswaldenſe d. loc.* 27 28

In negotio namqve vocationis, non nuda Eccleſiæ electio, ſed & alia intervenire ſolent, qvæ tamen & vocationis verbo tanqvam ſub aliqvo toto comprehenduntur. Undè ad perfectam vocationem pertinet etiam Ordinatio * & Inſtitutio. Nam poſt electionem Clerici & Populi, perſonam electam, & judicio Doctorum probatam & admiſſam ordinari & inſtitui, & qvaſi in poſſeſſionem officii ſui mitti, convenit, adhibitis ex more Eccleſiæ precibus ſolennibus * & manuum impoſitione, ut ita ad χειροτονίαν etiam χειροθεσία ſecundùm conſvetudinem antiqvioris Eccleſiæ accedat. *Actor. 13. v. 2. Geneſ. 48. v. 14. Num. 27. v. 18.* D. Chemnitius *in Enchiridio d. loc.* ubi latius de ritu ordinationis agit. *Miniſterium Gryphiswaldenſe d. loc.* 29 30

CAPUT XXII.

De jure patroni in Eccleſia Cathedrali & Collegiata.

SUMMARIA:

Jus patronatus habet locum non tantùm in Eccleſiis patronatus, ſed etiam in Cathedralibus & collegiatis, & qvomodo illa tria

genera Eccleſiarum definiantur, & invicem diſtingvantur num. 1. 2. 3. 4. 5. & n. 9.

Eccleſia parochialis & plebanata qvid: & cur Eccleſia dicantur curari? num. 6.

Parochia qvid, & Eccleſia parochialis. n. 7. 8.

1 NOn tantùm autem in Eccleſia patronata, ſed etiam in Cathedralibus, & Collegiatis Eccleſiis * jus patronatus locum habet: Idqve probatur ex eo, qvod dicatur jus patronatus Eccleſiæ. Ubi vocabulum Eccleſiæ eſt generaliter probatum, & conſeqventer comprehendit non tantùm patronatas, ſed etiam reliqvas cathedrales & collegiatas Eccleſias *c. nobis de jure patron.* Facit etiam identitas rationis. Qvicunqve enim Eccleſiam fundavit, conſtruxit & dotavit, ille eſt patronus. Ergò etiam, qvi fundavit Eccleſiam cathedralem vel collegiatam, idem erit patronus illius Eccleſiæ. *d. c. nobis Roch. ad verbum in Eccleſia n. 1. & ſeqq. pag. 258.* Sic Hiſpaniorum Reges obtinere jus patronatus in Eccleſiis Cathedralibus, qvia eas erexerunt, conſtruxerunt, & amplius patrimoniis dotarunt, ſcribit Covarr. *in c. poſſeſſio §. 10. n. 5. verſ. olim apud Hiſpanos.* Qvin & jure communi Reges eſſe patronos majorum Eccleſiarum in ſuis regionibus, tradit Archidiaconus *in c. lectis. diſt. 63.*

Sed ut rectius hæc intelligantur, repetendum hoc loco eſt, tri-
2 plicem eſſe Eccleſiam, * Cathedralem, Collegiatam, & Parochialem ſive plebanatam vel Parochialem: Eccleſia Cathedralis ob hono-
3 rem Cathedræ Epiſcopalis ſic vocatur, qvia ibi cathedra * & ſedes Epiſcopalis eſt ſita, nam in Cathedra olim Epiſcopus ſedens docebat: eratqve cathedra nihil aliud, qvàm nota publicæ Profeſſionis, & doctrinæ fidei Chriſtianæ. Hinc accidit, qvod Epiſcopis poſtea in Eccleſiis ſint attributæ cathedræ. Item qvod tempus functionis dictum ſit ſpatium ſeſſionis: hinc etiam Epiſcopos non regnaſſe, nec adminiſtraſſe, ſed per aliqvod annos ſediſſe, h. e. ex cathedra docuiſſe paſſim in hiſtoriis legitur, *Brechæus in l. Neratius 21. de V. S. Joach. Steph. lib. 4. de juriſd. Eccl. cap. 6. n. 9.*

Ec-

Eccleſia cathedralis itaqve dicitur Epiſcopalis * Eccleſia, in qva Epiſcopus cum capitulo ſeu collegio Prælatorum & Clericorum reſidet, Germanicè Thumſtifft/Thumkirch/hohe Stifft: unde de jure Cathedralis Eccleſia etiam eſt collegiata. 4

Non tamen omnis collegiata eſt Cathedralis: Sed ea dicitur collegiata, * in qva eſt collegium Canonicorum, habentium arcam 5
tractatumqve communem & commune ſigillum *Coraſ. de beneficiis c. 3. n. 3. pag. 68.* ſive Eccleſia collegiata eſt, qvæ multis continetur ſodalibus ſeu canonicis in unum collectis, Rectorem & ſuperiorem habentibus, qvi eorum omnium ſit caput, ipſi verò membra. *gl. in c. ſtatutum, verb. collegiatis, de elect. & elect. poteſt. Brech. in d. l. Neratius.* Eccleſia collegiata etiam dicitur *conventualis.* Nam ſicuti dicitur conventualis à conveniendo, qvia ibi conveniunt. Ita collegiata à colligendo, qvia ibi colliguntur. *c. Sacroſancta 51. §. Attendentes ibi in collegiata Eccleſia de elect.* At ſecundùm uſitatum modum loqvendi, Eccleſia conventualis alicujus monaſterii Eccleſia dicitur, *c. edoceri 21. de reſcript.* At collegiata alicujus collegii Eccleſia eſt. *Abb. in d. c. edoceri ibi licet de conſvetudine hoc verbum conventualis referuntur ad Eccleſiam religioſam.* Unde patet, collegiatam Eccleſiam conſtitui ex collegio Prælatorum & Clericorum; deeſſe autem illi Epiſcopum, qvi eſt in Eccleſia cathedrali, qvæ plures collegiatas Eccleſias ſub ſe tanqvam capite habere poteſt, Germanis Collegiat-Kirch oder Stifft.

Parochialis Eccleſia eſt, qvæ conſtat ſaltem ex conventu certorum hominum vel civium, vel per viciniam cohabitantiam; qvæ
aliqvando eſt plebanata, * ideò ſic dicta, qvod ſub ſe habet multam 6
plebem ex viciniis: Undè & dicitur mater plurium Eccleſiarum, qvæ ipſæ exinde Filiales Eccleſiæ appellantur: Et qvi his præſunt, indigitantur plebani ex eo dicti, qvod ſub ſe plebem ſeu multas capellas vel Eccleſias curatas habent; qvorum vice in Eccleſiis noſtris funguntur Præpoſiti Eccleſiarum, qvi in Eccleſiis vel urbanis, vel ruralibus reſident, & inſpectionem Eccleſiarum certo circulo diſtinctarum habent.

Dicuntur Eccleſiæ curatæ, qvod habent curam animarum ſibi adnexam in Eccleſiis Parochialibus, ob qvod eorum ſalaria dicuntur

bene-

beneficia curata V. G. Sacramenta adminiſtrare, verbum Dei prædicare, liturgiam exercere.

Et hinc etiam dicitur Eccleſia Parochialis, qvæ in actu & exercitio habet Parochianos *gl. in c. licet verb. Parochialis Eccleſia ad fin. de elect. in 6.* & qvidem cum jurisdictione, qvia, ut modò dictum, curatus tenetur adminiſtrare Sacramenta, audire pœnitentes & confitentes peccata, eosdemqve abſolvere, itemqve alia opera adnexa facere.

7 Parochia * eſt locus certis finibus limitatus, in qvo degit po-
8 pulus alicui Eccleſiæ deputatus. Et Eccleſia parochialis eſt, * cui certus locus datus eſt in civitate, ut in illo Sacramenta adminiſtrentur, & baptiſteria habeantur; eſtqve Parochia idem qvod partitio curæ; propter curam animarum, qvam Rector Eccleſiæ in illa Parochia habet.

Dicitur eadem Patronata, ideò qvod à patronis fundata eſt, & ex ejus præſentatione Rectorem habet. Ad differentiam Eccleſiæ, qvæ ſcil. patronum non agnoſcit, neqve ex præſentatione, ſed ſuo jure ſibi Præſidem, Rectorem, & Paſtorem eligit.

9 Differunt namqve inter ſe Eccleſia Cathedralis, * collegiata, & patronata; qvod in prioribus duabus præſul eligitur electione, qvia ſunt regulariter liberæ Eccleſiæ: at in patronatis Eccleſiis conſtituitur Præſul præſentatione Patroni. Qvod itaqve in Eccleſia patronata & parochiali eſt præſentatio, illud eſt electio in cathedralibus & collegiatis Eccleſiis.

In patronatis & parochialibus Eccleſiis non ſunt Prælati ſive diginitarii, ſed tantùm perſonati, h. e. qvi habent tantùm curam animarum, & exercent liturgiam, unde & beneficia curata poſſident.

Dixi Eccleſias cathedrales & collegiatas eſſe liberas, ſed regulariter: Nam certum eſt, qvod jure communi jus eligendi Epiſcopum competat Canonicis Prælatis Eccleſiæ Cathedralis, in qva Epiſcopus eligi debet *c. in Geneſi c. Eccleſia Clement. 2. Cumana cum ſimilib. de elect.* qvod jus eligendi Epiſcopum, capitulares Eccleſiæ impetraſſe ab Imp. qvando pax cum Pontifice facta eſſet in comitiis Wormatienſibus Anno Chriſti 1122. die 17. Sept. notat Chytræus *in ſua Chronologia pag. 308.* Et

Et qvidem eligitur Epiſcopus ſaltem à Canonicis ſive Eccleſiaſtici, tantùm. Laicis enim eligendi poteſtas non competit, neq; Principes Laici poſſunt electionibus Epiſcoporum intereſſe, & habere vocem. *c. 1. 2. & 3. per tit. 62. diſt. 5 c. ſi qvis deinceps.*

Adeoqve licet in Eccleſia Cathedrali jus patronatus haberi poſſit, non tamen patronus in illa præſentabit Epiſcopum, ſed benè præſentabit Clericos ad alia beneficia. Neqve etiam in Eccleſia collegiata Prælatus præſentabitur à Patrono, ſed eligetur à collegio, & electioni factæ poſtulabitur aſſenſus patroni de honeſtate tantùm, non etiam de neceſſitate, ut ſcil. poſſit contradicere, ne confirmetur electus. *d. c. nobis & c. ſacroſancta ubi Panorm. de elect.*

Secundùm prædicta eſt intelligendum, qvod dicit Alexander *in conſil. 74. Incip. viſo puncto vol. 4.* ubi videtur velle, qvod in Eccleſia collegiata non habeatur jus patronatus. Qvia intelligi debet, qvod ſc. præſentatio Prælati non fiat in Eccleſia collegiata ad prælaturam. *Roch. de Curte verbo, in Eccleſia n. 1. & 3. pag. 260.*

Poteſt tamen etiam patronus in Eccleſia collegiata præſentare per Prælatum, ſi hoc jus tempore fundationis ſibi reſervaſſet de licentia Epiſcopi *Roch. de Curte d. loc. n. 3.* at præter nominationem tunc nihil tranſit, adeoqve cætera jura patronatus, nempe qvoad honores & alia in collegiis manent integra. *Roch. de verb. Eccleſia qvæſt. 2.*

Ut autem Prælatus à collegio electus, antequam inſtituatur, ſiſtatur patrono, ut conſtare ei poſſit, an idoneus ſit, qvi electus eſt, ut Eccleſiæ præficiatur, omninò æqvum eſt *c. nobis ubi Dd. h. tit. c. lectis diſt 63. Covarr. d. loc. § 10. n. 5.*

Cæterum ad alia beneficia inferiora exiſtentia in ipſa Eccleſia ſive ad præbendas rectè præſentat patronus Canonicos vel Clericos. *Abb. in d. c. nobis. in verſic. circa primum, item in c. Eccleſia Volateran. de elect.*

Rationem diverſitatis, qvare in Eccleſia collegiata non poſſit fieri præſentatio ad prælaturam à Patrono, ſed benè ad alia beneficia, hanc reddit Abbas *in d. c. ſacroſancta*, qvia in Eccleſiis collegiatis prælatus eligitur *gl. in c. qvanqvam de elect. c. 1 eod.* Sed electio ad beneficium Eccleſiaſticum eſt qvid merè ſpirituale: Spiritualia autem non cadunt in Laicos *d. c. Sacroſancta.* Ergò. Iſta ratio ceſſat in beneficiis

inferioribus, in qvibus non proceditur per viam electionis; & ſic in illis benè poteſt habere locum præſentatio. *Rach. de Curte d. loc. n. 4.*

Qvamvis autem Laici Principes non poſſunt intereſſe electioni Epiſcopi, & habere vocem, uti modò dictum, ne qvidem ex conſvetudine *c. maſſana 56 c. Sacroſancta 51. Ext. de elect.* Illud tamen conſvetudine induci poteſt, ut facta electione in Eccleſia Cathedrali reqviratur conſenſus Principis. *c. cum terra it. de elect.*

Imò & hoc ex conſvetudine vel etiam ſtatuto Epiſcopi induci poteſt, qvod patronus interponat partes ſuas in electionis tractatu. *c. nobis h. tit.*

Et notabiliter ſcribit Innocentius, qvod poſſit induci ex conſvetudine, ut mortuo Prælato, capitulũ non prius procedat ad electionem, qvàm nuncietur Principi mors Prælati. Nam propter hoc non tollitur libertas eligendi; Sed permittitur hoc fieri, propter intereſſe principis tanqvam potioris, ut admoneat ad eligendum aliqvem bonum & ſibi fidelem. *Schurff. conſil. 70. n. 22. cent. 1. Modeſtin. Piſtor. conſil. 44. n. 56. vol. 2.*

CAPUT XXIIII.

De beneficiis Eccleſiaſticis, qvid juris in illis fundatores ſive Patroni habeant.

SUMMARIA.

Beneficium Eccleſiaſticum qvid? n. 1. & 2. Ex qvibus conſtet. num. 3. Verſatur in perceptione fructuum. num. 4. Reqvirit perſonalem reſidentiam. n. 5. ejus ratio. n. 6.
De commendis & commendatoribus ſive Præceptoribus. n. 7. & 8.
Commendæ ſive præceptoriæ qvâ ratione inſtitutæ. n. 9.
Wildenbruch commenda in Pomerania. n. 10.
Beneficiorum varia genera. n. 11. Pertinent ad ſolicitudinem Epiſcopi. n. 12.
Differunt hoſpitalia eccleſiaſtica & ſecularia. n 13.
In patronatis beneficiis Patronus confert beneficiũ vacans. n. 14. 15.
De unione beneficiorum. num. 16. & 17.

Sub-

SUbjectum, in qvo patronis competit jus patronatus, eſt beneſi-
cium, uti etiam definitio juris patronatus ſuperius tradita oſtendit.
Qvia autem beneficia non ſunt ejusdem generis, neqve de qvovis be-
neficio hîc dicendi locus, idcircò pro majori evidentia qvædam præ-
mittenda erunt.

Et conſtat beneficium aut eſſe ſeculare ſeu temporale, aut Ec-
cleſiaſticum ſeu ſpirituale. *c. felicis §. ſi qva verò feuda, de pœnis in 6.
& Clement. 1. verſ. à feud. eod. tit.*

Beneficium Eccleſiaſticum, (de qvo hoc loco ſaltem dicturi ſu-
mus,) definitur, * qvod ſit jus percipiendi fructus ex bonis Deo di-
catis, provenientes Clerico propter divinum officium in certis ædi- 1
bus ſacris ipſi deſtinatum competens. *Coraſ. de benefic. cap. 2. num. 1.*

Qvod ut intelligatur, repetendum eſt, olim in primitiva Eccle-
ſia omnia fuiſſe communia: Sed tamen decenter inter clericos, ali-
cujus Diaconi opera, Epiſcopi autoritate diſtributa. Qvæ commu-
nium rerum diſtributio ad extremum antiqvata te prorſus & ſublata
eſt; ac ſingulis miniſteriis, certi reditus adjuncti & aſſignati ſunt, qvi-
bus miniſtri tanqvam re propriâ fruantur, eosqve ipſi pro arbitrio
ſuo diſpenſent atqve adminiſtrent, ſine ullius Diaconi opera, aut E-
piſcopi autoritate; & hos reditus miniſteris attributos hodiè vulgò
beneficia appellari, notat Duarenus *lib. 2. de benefic. cap. 1.*

Qvia autem beneficia ſive reditus illi non niſi legitimè, id eſt, Ca-
nonicè jure communi aliis qvàm Clericis dantur *c. 1. de reg. jur.* ex-
inde rectè beneficium * dicitur eſſe jus percipiendi ſcilicet reditus ſive 2
proventus Eccleſiæ ratione miniſterii eccleſiaſtici. *Canis. lib. 2. Inſti.
jur. Canon. tit. 27. in princ.*

Unde patet, duo eſſe, ex qvibus conſtat beneficium, * nempe 3
miniſterium ſive officium divinum; & proventus: & propter officium
dicitur beneficium *c. fin. de reſcript. in 6.* ut privari mereatur benefi-
cio, qvi divinum non exſeqvitur miniſterium ſive officium, *c. Paſto-
ralis de appellat. c. eos. c. ſi qvis ſacerdotum 17. diſt. 81* Sed ex tempo-
re qvi facit officium, non debet carere beneficio. *c. relatum c. dile-
ctus de præb. c. cum ſuper qvæſtione de conceſſ. præb.*

Verſatur itaq; hoc jus beneficiatium in perceptione * fructuum; 4

 qvod

qvòd adeò verum eſt, ut fructus poſt mortem provenientes, ſi non in Eccleſiæ utilitatem convertuntur *l. naturaliter §. 1. de acqvir. poſſ.* futuro ſucceſſori debeant reſervari: *c. cum vos. de offic. ordin. Coraſ. d. cap. 2 n. 9. & 10.*

Reliqva definitionis verba, propter divinum officium, ſignificant, nos hîc prophana non tractare beneficia, ſed eccleſiaſtica, qvæ ſolis Clericis conferuntur, *c. cum adeò de reſcript. c. ex literis de transact.*

Adduntur poſteriora verba hæc, propter officium in certis ædibus ſacris Clerico deſtinatum, *textus eſt in c. Eccleſias 13. q. 1. c. nemo de conſecrat. diſt. 1.* Unde conſtituitur regula, omne beneficium re-
5 qvirere perſonalem reſidentiam * ſive aſſiduitatem beneficii, ut in ea Eccleſia, in qva intitulatus eſt, ſemper inſerviat officio divino. *c quia nonnulli c. ex parte. c. conqverente de Cleric. non reſident, c. ſanctorum 2. diſt. 70.*

6 Ratio reſidentiæ, * à cura & ſolitudine impendenda Eccleſiis oritur; qvippe qvod multum detrimenti accedat rebus & ædificiis Eccleſiarum, & religionis multæ ob Abſentiam Epiſcoporum & Præpoſitorum. *P. Gregor. de benefic. cap. 7. n. 4. & 5.*

Licet autem Clerici debeant reſidere in loco, curam Eccleſiæ per ſeipſos exercendi *d. c. quia nonnulli c. conqverente, & c. cum Bertholdus de re judicata*, uti etiam in Parochia reſidendum eſſe, probatur *in c. licet de elect.* tamen ubi agitur de alio qvàm Parochiali officio, qvod inter cætera in celebrando, ut notant, ſive Sacramentorum adminiſtratione, maximè conſiſtit, certè is ſatis dicitur reſidere, qvi in ſuo ordine perſonaliter inſervit Eccleſiæ, non ut nunqvam inde diſcedat; ſatis enim eſt, qvod temporibus debitis ibi reſideat, *arg. c. nunqvam de conſecrat. diſt. 5. Panorm. in c. ex parte cl. 2. verſ. ſed qværo qvaliter qvis teneatur Ext. de clericis reſidentib.* Sic qvi debet cum aliqvo eſſe, non tenetur cum eo omni momento morari, *Bartol. in l. ſi qvis ita legaverit ff. de condit. & demonſtrat.* Hinc qvod dicitur in *c. nunqvam de conſecrat. diſt. 5.* ut regularis nunqvam de manibus vel oculis deponat librum Pſalterii, id gloſſa declarando exponit, *nunqvam* ſcil. horis conſtitutis ad idem. Et qvod dicitur in *c. quibus-*

dam

dam diſt. 36. qvod ab univerſis ſubjectis plebibus aliis locis, in qvibus neceſſitas occurrit omninò cura & diligentia habeatur, ut Magiſtri & Doctores conſtituantur, qvi ſtudia literarum liberaliumqve artium dogmata aſſiduè doceant; hoc gloſſa ibid. *in verbo aſſiduè exponit horis competentibus. Petr. Gregor. de benefic. cap. 7. n. 4. & 5.*

Sed illis miſſis, inter beneficia eccleſiaſtica rectè cenſentur commendæ * & Præceptoriæ Rhodienſes, *Coraſ. d. tract. p. 1. cap. 3. n. 1. & ſeqq.* qvia religioſis perſonis deputatæ, eisdemqve ſolitæ in titulum conferri, *Clement. qvia contingit §. ut autem, de relig. domib.* non enim niſi fratribus Hieroſolymitanis, atqve ita perſonis Eccleſiaſticis conferuntur *Coraſ. d. loc. n. 2.* 7

His commendis & commendatariis ſive præceptoribus, qvi ut milites Chriſtiani operam * utilem in bellis navarunt, tanqvam emeritis & veteranis conferebantur beneficia ad vitæ ſuſtentationem: Eo namqve fine hoſpitalariis in terris Principum Germaniæ, Galliæ, Italiæ, Hiſpaniæ magnæ redituum acceſſiones factæ. 8

Et qvidem hæ commendæ * ſive præceptoriæ in omnibus ferè regnis & Principatibus ſunt inſtitutæ hoc modo & ratione, ut inter religioſa connumerentur, & ſeculari magiſtratui non ſubſint, niſi fundatores jus aliqvod ſibi tempore fundationis in illis reſervarint *Joach. Steph. d. cap. 10.* 9

In Pomerania * noſtrâ habemus commendam Wildebruccenſem **Compturey und Compterin zu Wildenbruch.** Duces namqve Pomeraniæ Otto & Bogislaus ex pia & religioſa devotione conceſſerunt Ordini Johannitarum caſtrum & domum **Wildenbruch** cum omnibus ſuis pertinentiis hac lege, ut ſuperior ordinis Magiſter **der Heer-Meiſter** in caſtro illo conſtitueret Præceptorem ſive commendatorem **einen Gebietiger** / & qvotiescunqve commendator mortuus obiret, vel aliàs à commendatura diſcederet, alium in illum locum ſubſtituere poſſet, his conditionibus, ut electi perſona ſit idonea & qvalificata, adeoqve Ducibus Pomeraniæ acceptabilis ad conſilia danda 10

& tuendos fines Pomeraniæ, præſertim inter Oderam & Randow: Itemqve ſit Auguſtanæ Confeſſioni veræqve religioni addicta, cujus opera Duces commodè & utiliter uti poſſint. *Vide diſcurſum meum 4. & 5. vol. 2.*

11 Sed qvia hoſpitatio nomen* generale eſt, pertinens ad omnem cujuscunqve generis ſit, receptionem; idcircò continentur eo reliqva beneficia ad cauſam religionis, & ad pietatem pertinentia in qvibus opera miſericordiæ exercentur, veluti *Xenodochia*, in qvibus pauperes peregrini recipiuntur: *Orphanotrophia*, ubi pauperes orphani aluntur; *Gerontocomia*, in qvibus ſenes pauperes nutriuntur: *Noſocomia*, ubi pauperes morboſi ſunt: *Brephotrophia*, ubi expoſiti infantes inventi curantur, & pleraqve alia pia loca ejusmodi, de qvibus fit mentio. *in l. Sancimus 22. l. ut inter. 23. C. de SS. Eccl. c. in qvalibet &c. ſancimus ſeq. 23. qvæſt. 8. P. Gregor. lib. 15. Syntagm. cap. 28. Joach. Stephani d. loc. cap. 9*

12 Ejusmodi religioſa loca pertinent ad ſolicitudinem* Epiſcopi, ut relicta ſecundùm præſcriptum uſum expendantur. *c. de Xenodochiis 3. de relig. domib.* Alia ad patronorum curam pertinent, qvi ea ex ſuis bonis pia intentione fundarunt & dotarunt. *Clement. 2. de relig. domib. c. irrefragabili de offic. ordin.* ut illi liberè ſua hoſpitalia regant, *Clement. 2. §. præmiſſa de relig. domib.* & in illis recipiant pro ſuo arbitrio, & faciant jure fundationis ex jure patronatus. *tot. tit. de jure patronat.*

Et qvidem illa loca religioſa & Xenodochia pertinent ad Epiſcopum, qvæ exſtructa & fundata ſunt autoritate Epiſcopi, qvi locum religioſum fecit, cui inædificata ſunt.

Si verò ſine autoritate Epiſcopi ſtructura & fundatio facta fuiſſet, eorum diſpoſitio qvidem ad patronos pertinet, inſpectio verò adhuc Epiſcopo competit. *c. inter dilectos de donat. Joach Steph. d. cap. 9. num. 20. & ſeq.*

13 Illa vocantur eccleſiaſtica ſeu ſpiritualia hoſpitalia,* hæc verò ſecularia. Qvamvis autem privatus per ſe beneficium irreqviſito Epiſcopo erigere non licet. *Nov. 67. ut nullus fabricet Oratorii domos præter voluntatem Epiſcopi. c. nemo de conſecrat. diſt. 1.* nihil tamen prohibet, qvin poſſint privata loca oratoria conſtituere & dotare. *c. uni-*

omiq; de conſecrat. diſt. 1. c. parentibus de privileg. c. fin. de cenſib. Pet. Gregor. lib. 1. paratit. juris Canon. tit. 27. cap. 8. in fin.

In patronatis itaq; beneficiis, collatio * eſt penes patronum, qvi tamen alteri conferre non debet, priusqvam beneficium vacet, ne votum captandæ mortis alterius inducatur. *c. 2. Ext. de conceſs. præb.* qvod ſi ſecus fiat, illa collatio vel addictio hujusmodi ipſo jure nulla eſt. *c. 3. c. 13. Ext. eod.* latè hoc probat Duarenus *lib. 6. de beneficiis cap. 1. per tot.* ubi etiam tractat; qvâ pœna afficiatur is, qvi ſuperſtitis hominis nondum vacantis beneficium impetrat. *Roch. de Curte verbo honorificum n. 86. pag. 148. verſ. nota tamen Coraſ. de beneficiis Eccleſ. cap. 7.* 14

Qvamprimum autem Clericus mortuus eſt, vel alia ratione cœpit vacare beneficium; * patronus acqvirit jus præſentandi ſive conferendi beneficium illud vacans. *c. Epiſcopus 1. in fin. 8. quæſt. 1.* etiam nondum humato aut ſepulto corpore humano, ut pleriqve opinantur *gl. & Panorm. in c. bona 2. in fin. de elect.* qvam ſententiam tamen tanqvam honeſtati & Pontificiis conſtitutionibus repugnantem, *d. c. bona in fin. & c. nullus 79.* recipiendam non eſſe cenſet Coraſius *d. cap. 7. n. 7.* 15

Qvod ſi præſentatus per patronum etiam laicum ad beneficium, & poſtea per Epiſcopum inſtitutus velit renunciare beneficio, non poteſt hoc facere ſine patroni conſenſu; & licentia Epiſcopi, adeò ut renunciatio facta contradicente patrono ſit nulla *Panorm. in c. de multa de præb. Covarr. 1. pract. quæſt. cap. 36.* qvia patronorum intereſt, ut beneficiati non dimittant eorum beneficia ipſis inauditis *Lambert. 1. artic. 5. quæſt. princ. n. 1. & 2. pag. 595. ubi n. 3.* concludit; qvamvis renunciatio beneficiorum debeat fieri in manibus Epiſcopi, *c. admonet & c. qvod in dubiis, de renunciat.* tamen, ſi eſt beneficium patronatum, reſignationem debere fieri in manibus Epiſcopi cum conſenſu patroni, ſive Eccleſiaſtici, ſive laici: Sed addit *n. 4.* animadvertendum, qvod etiam poteſt fieri renunciatio in manibus ſolius patroni, etiam ſine Epiſcopo, cum ſc. qvis præſentatur à vero patrono, & non fuit inſtitutus. Procedit autem illa ſententia, etiam ſi patronus contradicat infra tempus datum ad præſentandum. *Puteus deciſ. 412. lib. 1.* Qvod ſi verò patronus ſciens & patiens non reclamavit, eo caſu reſignatio tenet, & validatur ex patientia, & tacito conſenſu patrono-

Auguſtus teſte Svetonio *lib. 2. cap. 56.* nunqvam ſuos populo commendavit, ut non adjiceret, *ſi merebuntur.* Qvantò magis patroni Eccleſiarum in perſonarum nominatione, ac qvi alios commendant, hoc adjicere debent. Dn. Gerhard. *d. loc.*

Qvod ſi præſentatus aliqvis ob juſtas cauſas, tanqvam miniſte-
24 rio indignus judicatus, repulſam paſſus fuerit, * alium ei præſentare, conceſſum eſt *c. paſtoralis de jure patron.* Si verò cauſæ oppoſitæ non ſint juſtæ aut neceſſariæ, ortæ ex errore aut inopia judicii, vel ex pravo affectu animi, erudiendi ſunt contradicentes, ut omiſſa recuſatione in denominatum Paſtorem conſentiant, nec vocationem legitimè inſtitutam eludant. Si cedere nolint, res judicio Superintendentis & Conſiſtorii Eccleſiaſtici, adhibitis aliqvot aliis Paſtoribus, permittenda eſt. *Miniſterium Gryphiſvvaldenſe d. loc.*

Si plures ſint Patroni, atqve inter eos ortâ contentione de perſona præſentanda conveniri neqveat, tunc intra certum temporis ſpatium, Epiſcopus perſonam idoneam inſtituit, qvi tamen ab eo, qvi jus ſuum evicerit, repræſentetur *c. ſi verò de jure patron.*

Caveant ii, penes qvos præſentandi, eligendi & vocandi jus eſt;
25 ne in electione Miniſtrorum Eccleſiæ qvicqvam * aliud ſpectent, qvàm Dei gloriam & bonum Eccleſiæ. Adeoqve ne reſpiciant co-
26 gnationem, affinitatem, interceſſiones, ſolicitationes, * & hac ratione indignos nominent: Caveant inſuper, ne officia Eccleſiaſtica faciant venalia, neve donariis & honorariis fautores ſuos Miniſterii Candidatis venales exponant: ſed memores ſint priſtinæ diſciplinæ Eccleſiaſticæ *c. ſancitum eſt 7. q. 1.* ex Concilio Rothnmagenſi. Sancitum eſt, atqve omnibus modis prohibitum, ut ſi qvis presbyter inventus fuerit alicui Clerico vel Laico munera dare vel dediſſe, aut aliam pecuniam tribuere, ut alterius Presbyteri Eccleſiam vacantem precio redimat, pro hac cupiditate ſeu rapina, ſeu præſumtione turpis lucri gratiâ, dejiciatur à Clero & alienus exiſtat à regula. Sic Juſtinianus Imp. *Novell. 123 cap. 1.* Sancimus, qvoties opus fuerit Epiſcopum ordinari, clericos & primates civitatis, cujus futurus eſt Epiſcopus, mox in tribus perſonis decreta facere, propoſitis eis Sacroſanctis Evangeliis, periculo ſuarum animarum dicentes in ipſis de-

cre-

cretis, qvia neqve propter aliqvam donationem, neqve propter aliqvam promiſſionem, aut amicitiam, aut aliam qvamlibet cauſam: ſed ſcientes eos rectæ & Catholicæ fidei, & honeſtæ eſſe vitæ, & literas noſſe, hos elegerunt. *Addatur l. ſi qvemqvam 31. C. de Epiſc. & Cleric.*

Deniqve facta electione perſonæ, pius Eccleſiæ Patronus in Paſtoris vocatione, vel cum συνεργοὶ Paſtoris vocandi ſunt, Magiſtratus loci, qvi patroni & Paſtoris conſenſu, Eccleſiæ nomine id jus habet, perſonam ritè electam præſentat Epiſcopo * Eccleſiæ, id eſt, vocat eam & mittit ad Superintendentem cum literis præſentationis, ut cum presbyterio ſuo eum examinet & judicet, an idoneus ſit ad eam Eccleſiam, ſeu ad Miniſterium, ad qvod vocatur. In Eccleſiis enim ritè conſtitutis, Superintendenti & Presbyterio ejus, communi Eccleſiæ conſenſu jus * examinandi, ordinandi & conſtituendi presbyteros, commendatum. *Miniſterium Gryphisvvaldenſe d. loc.* 27 28

In negotio namqve vocationis, non nuda Eccleſiæ electio, ſed & alia intervenire ſolent; qvæ tamen & vocationis verbo tanqvam ſub aliqvo toto comprehenduntur. Undè ad perfectam vocationem pertinet etiam Ordinatio * & Inſtitutio. Nam poſt electionem Clerici & Populi, perſonam electam, & judicio Doctorum probatam & admiſſam ordinari & inſtitui, & qvaſi in poſſeſſionem officii ſui mitti, convenit, adhibitis ex more Eccleſiæ precibus ſolennibus * & manuum impoſitione, ut ita ad χειροτονίαν etiam χειροθεσία ſecundùm conſvetudinem antiqvioris Eccleſiæ accedat. *Actor. 13. v. 2. Geneſ. 48. v. 14. Num. 27. v. 18.* D. Chemnitius *in Enchiridio d. loc.* ubi latius de ritu ordinationis agit. *Miniſterium Gryphisvvaldenſe d. loc.* 29 30

CAPUT XXII.

De jure patroni in Eccleſia Cathedrali & Collegiata.

SUMMARIA:

Jus patronatus habet locum non tantùm in Eccleſiis patronatus, ſed etiam in Cathedralibus & collegiatis, & qvomodo illa tria

genera Eccleſiarum definiantur, & invicem diſtingvantur num. 1. 2. 3. 4. 5. *&* n. 9.

Eccleſia parochialis & plebanata qvid: & cur Eccleſiæ dicantur curari? num. 6.

Parochia qvid, & Eccleſia parochialis. n. 7. 8.

1 NOn tantùm autem in Eccleſia patronata, ſed etiam in Cathedralibus & Collegiatis Eccleſiis * jus patronatus locum habet; Idqve probatur ex eo, qvod dicatur jus patronatus Eccleſiæ. Ubi vocabulum Eccleſiæ eſt generaliter probatum, & conſeqventer comprehendit non tantùm patronatas, ſed etiam reliqvas cathedrales & collegiatas Eccleſias *c. nobis de jure patron.* Facit etiam identitas rationis. Qvicunqve enim Eccleſiam fundavit, conſtruxit & dotavit, ille eſt patronus. Ergò etiam, qvi fundavit Eccleſiam cathedralem vel collegiatam, idem erit patronus illius Eccleſiæ. *d. c. nobis Roch. ad verbum in Eccleſia n. 1. & ſeqq. pag.* 258. Sic Hiſpaniorum Reges obtinere jus patronatus in Eccleſiis Cathedralibus, qvia eas erexerunt, conſtruxerunt, & amplius patrimoniis dotarunt, ſcribit Covarr, *in c. poſſeſſio §. 10. n. 5. verſ. olim apud Hiſpanos.* Qvin & jure communi Reges eſſe patronos majorum Eccleſiarum in ſuis regionibus, tradit Archidiaconus *in c. lectis. diſt.* 63.

Sed ut rectius hæc intelligantur, repetendum hoc loco eſt, tri-
2 plicem eſſe Eccleſiam, * Cathedralem, Collegiatam, & Parochialem ſive plebanatam vel Parochialem: Eccleſia Cathedralis ob hono-
3 rem Cathedræ Epiſcopalis ſic vocatur, qvia ibi cathedra * & ſedes Epiſcopalis eſt ſita, nam in Cathedra olim Epiſcopus ſedens docebat: eratqve cathedra nihil aliud, qvàm nota publicæ Profeſſionis, & doctrinæ fidei Chriſtianæ. Hinc accidit, qvod Epiſcopis poſtea in Eccleſiis ſint attributæ cathedræ. Item qvod tempus functionis dictum ſit ſpatium ſeſſionis: hinc etiam Epiſcopos non regnaſſe, nec adminiſtraſſe, ſed per aliqvod annos ſediſſe, h. e. ex cathedra docuiſſe paſſim in hiſtoriis legitur, *Brechaus in L. Neratius. 21. de V. S. Joach. Steph. lib. 4. de jurisd. Eccl. cap. 6. n. 9.*

Ec-

Eccleſia cathedralis itaqve dicitur Epiſcopalis * Eccleſia, in 4
qva Epiſcopus cum capitulo ſeu collegio Prælatorum & Clericorum reſidet, Germanicè Domſtifft/Domkirch/hohe Stifft: unde de jure Cathedralis Eccleſia etiam eſt collegiata.

Non tamen omnis collegiata eſt Cathedralis; Sed ea dicitur collegiata, * in qva eſt collegium Canonicorum, habentium arcam 5
tractatumqve communem & commune ſigillum *Coraſ. de beneficiis c. 3. n 3. pag. 68.* ſive Eccleſia collegiata eſt, qvæ multis continetur ſodalibus ſeu canonicis in unum collectis, Rectorem & ſuperiorem habentibus, qvi eorum omnium ſit caput, ipſi verò membra. *gl. in c. ſtatutum, verb. collegiatis, de elect. & elect. poteſt. Brech. in d. l. Neratius.* Eccleſia collegiata etiam dicitur *conventualis.* Nam ſicuti dicitur conventualis à conveniendo, qvia ibi conveniunt. Ita collegiata à colligendo, qvia ibi colliguntur. *c. Sacroſancta 51. §. Attendentes ibi in collegiata Eccseſia de elect.* At ſecundùm uſitatum modum loqvendi, Eccleſia conventualis alicujus monaſterii Eccleſia dicitur. *c. edoceri 21, de reſcript.* At collegiata alicujus collegii Eccleſia eſt. *Abb. in d. c. edoceri ibi licet de conſvetudine hoc verbum conventualis referuntur ad Eccleſiam religioſam.* Unde patet, collegiatam Eccleſiam conſtitui ex collegio Prælatorum & Clericorum; deeſſe autem illi Epiſcopum, qvi eſt in Eccleſia cathedrali, qvæ plures collegiatas Eccleſias ſub ſe tanqvam capite habere poteſt; Germanis Collegiat-Kirch oder Stifft.

Parochialis Eccleſia eſt, qvæ conſtat ſaltem ex conventu certorum hominum vel civium, vel per viciniam cohabitantium; qvæ
aliqvando eſt plebanata, * ideò ſic dicta, qvod ſub ſe habet multam 6
plebem ex viciniis: Undè & dicitur mater plurium Eccleſiarum, qvæ ipſæ exinde Filiales Eccleſiæ appellantur: Et qvi his præſunt, indigitantur plebani ex eo dicti, qvod ſub ſe plebem ſeu multas capellas vel Eccleſias curatas habent; qvorum vice in Eccleſiis noſtris funguntur Præpoſiti Eccleſiarum, qvi in Eccleſiis vel urbanis, vel ruralibus reſident, & inſpectionem Eccleſiarum certo circulo diſtinctarum habent.

Dicuntur Eccleſiæ curatæ, qvod habent curam animarum ſibi adnexam in Eccleſiis Parochialibus, ob qvod eorum ſalaria dicuntur

bene-

beneficia curata V. G. Sacramenta adminiſtrare, verbum Dei prædicare, liturgiam exercere.

Et hinc etiam dicitur Eccleſia Parochialis, qvæ in actu & exercitio habet Parochianos *gl. in c. licet verb. Parochialis Eccleſia ad fin. de elect. in 6.* & qvidem cum jurisdictione, qvia, ut modò dictum, curatus tenetur adminiſtrare Sacramenta, audire pœnitentes & confitentes peccata, eosdemqve abſolvere, itemqve alia opera adnexa facere.

7 Parochia * eſt locus certis finibus limitatus, in qvo degit po-
8 pulus alicui Eccleſiæ deputatus. Et Eccleſia parochialis eſt, * cui certus locus datus eſt in civitate, ut in illo Sacramenta adminiſtrentur, & baptiſteria habeantur; eſtqve Parochia idem qvod partitio curæ; propter curam animarum, qvam Rector Eccleſiæ in illa Parochia habet.

Dicitur eadem Patronata, ideò qvod à patronis fundata eſt, & ex ejus præſentatione Rectorem habet. Ad differentiam Eccleſiæ, qvæ ſcil. patronum non agnoſcit, neqve ex præſentatione, ſed ſuo jure ſibi Præſidem, Rectorem, & Paſtorem eligit.

9 Differunt namqve inter ſe Eccleſia Cathedralis, * collegiata, & patronata; qvod in prioribus duabus præſul eligitur electione, qvia ſunt regulariter liberæ Eccleſiæ: at in patronatis Eccleſiis conſtituitur Præſul præſentatione Patroni. Qvod itaqve in Eccleſia patronata & parochiali eſt præſentatio, illud eſt electio in cathedralibus & collegiatis Eccleſiis.

In patronatis & parochialibus Eccleſiis non ſunt Prælati ſive diginitarii, ſed tantùm perſonati, h. e. qvi habent tantùm curam animarum, & exercent liturgiam, unde & beneficia curata poſſident.

Dixi Eccleſias cathedrales & collegiatas eſſe liberas, ſed regulariter: Nam certum eſt, qvod jure communi jus eligendi Epiſcopum competat Canonicis Prælatis Eccleſiæ Cathedralis, in qva Epiſcopus eligi debet *c. in Geneſi c. Eccleſia Clement. 2. Cumana cum ſimilib. de elect.* qvod jus eligendi Epiſcopum, capitulares Eccleſiæ impetraſſe ab Imp. qvando pax cum Pontifice facta eſſet in comitiis Wormatienſibus Anno Chriſti 1122. die 27. Sept. notat Chytræus *in ſua Chronologia pag. 308.* Et

Et qvidem eligitur Epiſcopus ſaltem à Canonicis ſive Eccleſiaſticis tantùm. Laicis enim eligendi poteſtas non competit, neq; Principes Laici poſſunt electionibus Epiſcoporum intereſſe, & habere vocem. *c. 1. 2. & 3. per tit. 62. diſt. 5 c. ſi qvis deinceps.*

Adeoqve licet in Eccleſia Cathedrali jus patronatus haberi poſſit, non tamen patronus in illa præſentabit Epiſcopum, ſed benè præſentabit Clericos ad alia beneficia. Neqve etiam in Eccleſia collegiata Prælatus præſentabitur à Patrono, ſed eligetur à collegio, & electioni factæ poſtulabitur aſſenſus patroni de honeſtate tantùm, non etiam de neceſſitate, ut ſcil. poſſit contradicere, ne confirmetur electus. *d. c. nobis & c. ſacroſancta ubi Panorm. de elect.*

Secundùm prædicta eſt intelligendum, qvod dicit Alexander *in conſil. 74. Incip. viſo puncto vol. 4.* ubi videtur velle, qvod in Eccleſia collegiata non habeatur jus patronatus. Qvia intelligi debet, qvod ſc. præſentatio Prælati non fiat in Eccleſia collegiata ad prælaturam. *Roch. de Curte verbo, in Eccleſia n. 1. & 3. pag. 260.*

Poteſt tamen etiam patronus in Eccleſia collegiata præſentare per Prælatum, ſi hoc jus tempore fundationis ſibi reſervaſſet de licentia Epiſcopi *Roch. de Curte d. loc. n. 3.* at præter nominationem tunc nihil tranſit, adeoqve cætera jura patronatus, nempe qvoad honores & alia in collegiis manent integra. *Roch. de verb. Eccleſia qvæſt. 2.*

Ut autem Prælatus à collegio electus, anteqvam inſtituatur, ſiſtatur patrono, ut conſtare ei poſſit, an idoneus ſit, qvi electus eſt, ut Eccleſiæ præficiatur, omninò æqvum eſt *c. nobis ubi Dd. h. tit. c. lectis diſt 63. Covarr. d. loc. § 10. n. 5.*

Cæterum ad alia beneficia inferiora exiſtentia in ipſa Eccleſia ſive ad præbendas rectè præſentat patronus Canonicos vel Clericos. *Abb. in d. c. nobis. in verſic. circa primum, item in c. Eccleſia Volateran. de elect.*

Rationem diverſitatis, qvare in Eccleſia collegiata non poſſit fieri præſentatio ad prælaturam à Patrono, ſed benè ad alia beneficia, hanc reddit Abbas *in d. c. ſacroſancta,* qvia in Eccleſiis collegiatis prælatus eligitur *gl. in c. qvanqvam de elect. c. 1 eod.* Sed electio ad beneficium Eccleſiaſticum eſt qvid merè ſpirituale: Spiritualia autem non cadunt in Laicos *d. c. Sacroſancta.* Ergò, Iſta ratio ceſſat in beneficiis

inferioribus, in qvibus non proceditur per viam electionis; & ſic in illis benè poteſt habere locum præſentatio. *Roch. de Curte d. loc. n. 4.*

Qvamvis autem Laici Principes non poſſunt intereſſe electioni Epiſcopi, & habere vocem, uti modò dictum, ne qvidem ex conſvetudine *c. maſſana 56 c. Sacroſancta 51. Ext. de elect.* Illud tamen conſvetudine induci poteſt, ut facta electione in Eccleſia Cathedrali reqviratur conſenſus Principis. *c. cum terra it. de elect.*

Imò & hoc ex conſvetudine vel etiam ſtatuto Epiſcopi induci poteſt, qvod patronus interponat partes ſuas in electionis tractatu. *c. nobis h. tit.*

Et notabiliter ſcribit Innocentius, qvod poſſit induci ex conſvetudine, ut mortuo Prælato, capitulū non prius procedat ad electionem, qvàm nuntietur Principi mors Prælati; Nam propter hoc non tollitur libertas eligendi; Sed permittitur hoc fieri, propter intereſſe principis tanqvam potiori; ut admoneat ad eligendum aliqvem bonum & ſibi fidelem. *Schurff. conſil. 70. n. 22. cent. 1. Modeſtin. Piſtor. conſil. 44. n. 56. vol. 2.*

CAPUT XXIII.

De beneficiis Eccleſiaſticis, qvid juris in illis fundatores ſive Patroni habeant.

SUMMARIA:

Beneficium Eccleſiaſticum qvid? n. 1. & 2. Ex qvibus conſtet. num. 3. Verſatur in perceptione fructuum. num. 4. Reqvirit perſonalem reſidentiam. n. 5. ejus ratio. n. 6.

De commendis & commendatoribus ſive Præceptoribus. n. 7. & 8.

Commendæ ſive præceptoriæ qva ratione inſtitutæ. n. 9.

Wildenbruch commenda in Pomerania. n. 10.

Beneficiorum varia genera. n. 11. Pertinent ad ſolicitudinem Epiſcopi. n. 12.

Differunt hoſpitalia eccleſiaſtica & ſecularia. n 13.

In patronatis beneficiis Patronus confert beneficiū vacans. n. 14. 15.

De unione beneficiorum. num. 16. & 17.

Sub-

SUbjectum, in qvo patronis competit jus patronatus, eſt beneficium, uti etiam definitio juris patronatus ſuperius tradita oſtendit. Qvia autem beneficia non ſunt ejusdem generis, neqve de qvovis beneficio hîc dicendi locus, idcircò pro majori evidentia qvædam præmittenda erunt.

Et conſtat beneficium aut eſſe ſeculare ſeu temporale, aut Eccleſiaſticum ſeu ſpirituale. *c. felicis §. ſi qua verò feuda, de pœnis in 6. & Clement. 1. verſ. à feud. eod. tit.*

Beneficium Eccleſiaſticum, (de qvo hoc loco ſaltem dicturi ſumus,) definitur, * qvod ſit jus percipiendi fructus ex bonis Deo di-
catis, provenientes Clerico propter divinum officium in certis ædi- 1
bus ſacris ipſi deſtinatum competens. *Coraſ. de benefic. cap. 2. num. 1.*

Qvod ut intelligatur, repetendum eſt, olim in primitiva Eccleſia omnia fuiſſe communia; Sed tamen decenter inter clericos, alicujus Diaconi opera, Epiſcopi autoritate diſtributa. Qvæ communium rerum diſtributio ad extremum antiqvata te prorſus & ſublata eſt; ac ſingulis miniſteriis, certi reditus adjuncti & aſſignati ſunt, qvibus miniſtri tanqvam re propriâ fruuntur, eosqve ipſi pro arbitrio ſuo diſpenſent atqve adminiſtrent, ſine ullius Diaconi opera, aut Epiſcopi autoritate; & hos reditus miniſteris attributos hodiè vulgò beneficia appellari, notat Duarenus *lib. 2. de benefic. cap. 1.*

Qvia autem beneficia ſive reditus illi non niſi legitimè, id eſt, Canonicè jure communi aliis qvàm Clericis dantur *c. 1. de reg. jur.* ex-
inde rectè beneficium * dicitur eſſe jus percipiendi ſcilicet reditus ſive 2
proventus Eccleſiæ ratione miniſterii eccleſiaſtici. *Canis. lib. 2. Inſti. jur. Canon. tit. 27. in princ.*

Unde patet, duo eſſe, ex qvibus conſtat beneficium, * nempe 3
miniſterium ſive officium divinum; & proventus: & propter officium dicitur beneficium *c. fin. de reſcript. in 6.* ut privari mereatur beneficio, qvi divinum non exſeqvitur miniſterium ſive officium, *c. Paſtoralis de appellat. c. eos. c. ſi qvis ſacerdotum 17. diſt. 81* Sed ex tempore qvi facit officium, non debet carere beneficio. *c. relatum c. dilectus de preb. c. cum ſuper qvæſtione de conceſſ. preb.*

Verſatur itaq; hoc jus beneficiarium in perceptione * fructuum; 4

qvòd adeò verum eſt, ut fructus poſt mortem provenientes, ſi non in Eccleſiæ utilitatem convertuntur *l. naturaliter* §. *1. de acqvir. poſſ.* futuro ſucceſſori debeant reſervari: *c. cum vos. de offic. ordin. Coraſ. d. cap. 2 n. 9. & 10.*

Reliqva definitionis verba, propter divinum officium, ſignificant, nos hîc prophana non tractare beneficia, ſed eccleſiaſtica, qvæ ſolis Clericis conferuntur, *c. cum adeò de reſcript. c. ex literis de transact.*

Adduntur poſteriora verba hæc, propter officium in certis ædibus ſacris Clerico deſtinatum, *textus eſt in c. Eccleſias 13. q. 1. c. nemo de conſecrat. diſt. 1.* Unde conſtituitur regula, omne beneficium re-
5 qvirere perſonalem reſidentiam * ſive aſſiduitatem beneficii, ut in ea Eccleſia, in qva intitulatus eſt, ſemper inſerviat officio divino. *c. qvia nonnulli c. ex parte. c. conqverente, de Cleric. non reſident, c. ſanctorum 2. diſt. 70.*

6 Ratio reſidentiæ, * à cura & ſolitudine impendenda Eccleſiis oritur; qvippe qvod multum detrimenti accedat rebus & ædificiis Eccleſiarum, & religionis multæ ob Abſentiam Epiſcoporum & Præpoſitorum. *P. Gregor. de benefic. cap. 7. n. 4. & 5.*

Licet autem Clerici debeant reſidere in loco, curam Eccleſiæ per ſeipſos exercendi *d. c. qvia nonnulli c. conqverente, & c. cum Bertholdus de re judicata*, uti etiam in Parochia reſidendum eſſe, probatur *in c. licet de elect.* tamen ubi agitur de alio qvàm Parochiali officio, qvod inter cætera in celebrando, ut notant, ſive Sacramentorum adminiſtratione, maximè conſiſtit, certè is ſatis dicitur reſidere, qvi in ſuo ordine perſonaliter inſervit Eccleſiæ, non ut nunqvam inde diſcedat; ſatis enim eſt, qvod temporibus debitis ibi reſideat, *arg. c. nunqvam de conſecrat. diſt. 5. Panorm. in c. ex parte cl. 2. verſ. ſed qværo qvaliter qvis teneatur Ext. de clericis reſidentib.* Sic qvi debet cum aliqvo eſſe, non tenetur cum eo omni momento morari, *Bartol. in l. ſi qvis ita legaverit ff. de condit. & demonſtrat.* Hinc qvod dicitur in *c. nunqvam de conſecrat. diſt. 5.* ut regularis nunqvam de manibus vel oculis deponat librum Pſalterii, id gloſſa declarando exponit, *nunqvam* ſcil. horis conſtitutis ad idem. Et qvod dicitur in *c. qvibuſdam*

dam diſt. 36. qvod ab univerſis ſubjectis plebibus aliis locis, in qvibus neceſſitas occurrit omninò cura & diligentia habeatur, ut Magiſtri & Doctores conſtituantur, qvi ſtudia literarum liberaliumqve artium dogmata aſſiduè doceant; hoc gloſſa ibid. *in verbo aſſiduè exponit horis competentibus.* *Petr. Gregor. de benefic. cap. 7. n. 4. & 5.*

Sed illis miſſis, inter beneficia eccleſiaſtica rectè cenſentur commendæ * & Præceptoriæ Rhodienſes, *Coraſ. d. tract. p. 1. cap. 3. n. 1. & ſeqq.* qvia religioſis perſonis deputatæ, eisdemqve ſolitæ in titulum conferri, *Clement. qvia contingit §. ut autem, de relig. domib.* non enim niſi fratribus Hieroſolymitanis, atqve ita perſonis Eccleſiaſticis conferuntur *Coraſ. d. loc. n. 2.* 7

His commendis & commendatariis ſive præceptoribus, qvi ut milites Chriſtiani operam * utilem in bellis navarunt, tanqvam emeritis & veteranis conferebantur beneficia ad vitæ ſuſtentationem: Eo namqve fine hoſpitalariis in terris Principum Germaniæ, Galliæ, Italiæ, Hiſpaniæ magnæ redituum acceſſiones factæ. 8

Et qvidem hæ commendæ * ſive præceptoriæ in omnibus ferè regnis & Principatibus ſunt inſtitutæ hoc modo & ratione, ut inter religioſe connumerentur, & ſeculari magiſtratui non ſubſint, niſi fundatores jus aliqvod ſibi tempore fundationis in illis reſervarint *Joach. Steph. d. cap. 10.* 9

In Pomerania * noſtrâ habemus commendam Wildebruccenſem **Comptůrey und Comptern zu Wildenbruch.** Duces namqve Pomeraniæ Otto & Bogislaus ex pia & religioſa devotione conceſſerunt Ordini Johannitarum caſtrum & domum **Wildenbruch** cum omnibus ſuis pertinentiis hac lege, ut ſuperior ordinis Magiſter **der Heer-Meiſter** in caſtro illo conſtitueret Præceptorem ſive commendatorem **einen Gebietiger** / & qvotiescunqve commendator mortuus obiret, vel aliàs à commendatura diſcederet, alium in illum locum ſubſtituere poſſet, his conditionibus, ut electi perſona ſit idonea & qvalificata, adeoqve Ducibus Pomeraniæ acceptabilis ad conſilia danda 10

aniq; de conſecrat. diſt. 1. c. parentibus de privileg. c. fin. de cenſib. Pet. Gregor. lib. 1. paratit. juris Canon. tit. 27. cap. 8. in fin.

In patronatis itaq; beneficiis, collatio * eſt penes patronum, qvi tamen alteri conferre non debet, priusqvam beneficium vacet, ne votum captandæ mortis alterius inducatur. c. 2. Ext. de conceſſ. preb. qvod ſi ſecus fiat, illa collatio vel addictio hujusmodi ipſo jure nulla eſt. c. 3. c. 13. Ext. eod. latè hoc probat Duarenus lib. 6. de beneficiis cap. 1. per tot. ubi etiam tractat, qvâ pœna afficiatur is, qvi ſuperſtitis hominis nondum vacantis beneficium impetrat. Roch. de Curte verbo honorificum n. 86. pag. 148. verſ. nota tamen Coraſ. de beneficiis Eccleſ. cap. 7. 14

Qvamprimum autem Clericus mortuus eſt, vel alia ratione cœpit vacare beneficium, * patronus acqvirit jus præſentandi ſive conferendi beneficium illud vacans. c. Epiſcopus 1. in fin. 8. qvæſt. 1. etiam nondum humato aut ſepulto corpore humano, ut pleriqve opinantur gl. & Panorm. in c. bona 2. in fin. de elect. qvam ſententiam tamen tanqvam honeſtati & Pontificiis conſtitutionibus repugnantem, d. c. bonæ in fin. & c. nullus 79. recipiendam non eſſe cenſet Coraſius d. cap. 7. n. 7. 15

Qvod ſi præſentatus per patronum etiam laicum ad beneficium, & poſtea per Epiſcopum inſtitutus velit renunciare beneficio, non poteſt hoc facere ſine patroni conſenſu, & licentia Epiſcopi, adeò ut renunciatio facta contradicente patrono ſit nulla Panorm. in c. de mult. in de preb. Covarr. 1. pract. qvæſt. cap. 36. qvia patronorum intereſt, ut beneficiati non dimittant eorum beneficia ipſis inauditis Lambert. 1. artic. 5. qvæſt. princ. n. 1. & 2. pag. 595. ubi n. 3. concludit; qvamvis renunciatio beneficiorum debeat fieri in manibus Epiſcopi, c. admonet & c. qvod in dubiis, de renunciat. tamen, ſi eſt beneficium patronatum, reſignationem debere fieri in manibus Epiſcopi cum conſenſu patroni, ſive Eccleſiaſtici, ſive laici: Sed addit n. 4. animadvertendum, qvod etiam poteſt fieri renunciatio in manibus ſolius patroni, etiam ſine Epiſcopo, cum ſc. qvis præſentatur à vero patrono, & non fuit inſtitutus. Procedit autem illa ſententia, etiam ſi patronus contradicat infra tempus datum ad præſentandum. Puteus deciſ. 412. lib. 1. Qvod ſi verò patronus ſciens & patiens non reclamavit, eo caſu reſignatio tenet, & validatur ex patientia, & tacito conſenſu patrono-

SUMMARIA:

Patrono debentur alimenta, ſi eget. n. 1. Quod quomodo intelligendum, explicatur. n. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11.
Patrono debetur etiam dignior locus in Eccleſia, in proceſſione & ſeſſione, item jus ſepulturæ. num. 12. 13.
Jus ſepulturæ transfertur ad heredes. num. 14.

Hucuſqve de honore patrono debito. Nunc de jure utili patrono debito. Cum enim naturali qvadam ratione ad remunerendum illis obſtricti ſimus, à qvibus beneficium recepimus. *c. cum in officiis 7. in pr. Ext. de teſtam. l. ſed etſi lege 25. § conſuluit ff. de petit. hered.* idcircò rectè conſtitutum eſt, patrono Eccleſiæ honorem exhibendum eſſe, ut digniorem locum in ſedendo obtineat; itemqve ex honore ejus perſonæ adnexo alimenta ab Eccleſia * recipiat, ut inqvit Abbas *in c. præterea illat. 2. h. tit.* & ſeqvitur Surdus *in tract. de alimentis tit. 9. qvæſt. 22. n. 22. Joach. Steph. lib. 4. de juriſd. cap. 13.* 1

Sic libertum æqvè teneri ad præſtanda alimenta indigenti Domino, potiſſimi juris eſt. *l. ſi quis à liberis §. ſolent ff. de agnoſc. lib. l. non ſolùm & l. non aliter ff. de uſu & habit.* qvæ obligatio alendi patronum non tam deſcendit à jure civili, *l. fin. de agnoſc. liber. l. 1. C. de oper. libert.* qvàm à naturali qvadam ratione, qvæ ſvadet benefacienti iterum eſſe referendum beneficium. *l. ſi non ſortem §. libertus ff. de condict. indeb. Surd. d. tract. tit. 1 qvæſt. 51. n. 20.* Idqve adeò obtinet, ut libertus denegans patrono præſtare alimenta, redigatur in priſtinam ſervitutem. *l. alimenta §. 1. de liber. agnoſc. c. octavo 12. q. 2.*

Non ſecus itaqve patronus ex poſtfacto ad egeſtatem prolapſus meritò ab eadem Eccleſia pro ſe & filiis alimenta petit. *Condict. c. contra 29. c. qvicunq; 30 ubi gl. 16. q. 7. c. nobis Ext. h. tit, Duar. lib. 5. de benef. cap. 4. ferè in fin.*

Qvin & patrono Eccleſiæ vel alterius pii loci adeò debentur alimenta prædicto caſu, ut ad hoc ſibi competat actio ex Canone, reqviritur officium judicis, qvi in decernendis alimentis, levato velo, cauſa ſummatim cognita pro qvalitate patronorum arbitrium ſuum

interponit. *c. nobis, ubi Panorm. & alii h. tit. Nicol. Eberh. conſil. 192. num. 5.*

Patroni inopia autem ceſſante, ut qvia ipſi adhuc ex ſuppetant facultates, ex qvibus ſe alere poſſit, tunc alimenta ei non debentur. *c. qvicunq; fideliter 30. verſ. redacti fuerint ad inopiam. Anton. de Butrio ad c. nobis n. 22. h. tit.*

Qvod autem gloſſa *in d. c. qvicunq; verb. ad inopiam* reqvirere
2 videtur ſummam egeſtatem, * ad hoc ut patronus alimenta petere poſſit, illud ſobriè eſt accipiendum; tum ut hoc beneficium impertiatur patrono, etiam anteqvam omnibus facultatibus penitus exuatur, *d. c. nobis*, tum ut nobilitas, valetudo, & aliæ perſonarum circumſtantiæ conſiderentur. *Paul. de Citadin. artic. 4. Sexta part. princ. n. 5. Mandell. conſil. 69. proponitur in facto n. 7.*

Sic etiam qvod dicitur, Eccleſiam teneri patronum egentem non
3 tantùm in domo * ſua alere. *d. c. nobis 25.* ſed etiam Eccleſiam debere ſuo ſumtu ipſi mittere. *Lambert. artic. 10. tertia qvæſt. Princip. num. 4. Citadin. artic. 4. Sexta part. princ. n. 27.* illud inde honeſtè & civiliter æſtimandum eſt, habita ſc. ratione bonorum Eccleſiæ patronatæ, itemqve qvalitatis perſonæ, puta, patroni, uti modò dictum. Cum enim aliàs ex jure communi alimenta ex perſona alentis & alendi æſtimemus. *l. ſed etſi §. 1. ff. de uſufr.* idcircò etiam hoc caſu attendendum, an ſumptus ſive alimenta patroni perſonam deceant, an non, & an etiam proventus Eccleſiæ excedant. *arg. c. fin. qvæſt. 3.*

4 Patrono * itaqve tum demum conſulendum eſt, qvando expenſæ neceſſariæ pro miniſterio & conſervatione Eccleſiæ ſubductæ fuerint, & Eccleſiæ ex fructibus in perſonas Eccleſiaſticas inſumendis aliqvid ſuperſit. *c. ult. §. ult. verſ. ſi propter inſtantem temporis neceſſitatem eis conſuli non poterit 25. q. 2. gl. ad d. c. qvicunq; & l. ſi qvis à liberis §. de alimentis, ibi, qvamdiu liberto ſuperſit, patrono deſit ff. de agnoſc. liber.* Qvod ſi itaqve fructus in neceſſario ſumptus perſonarum Eccleſiaſticarum omnes erogandi veniant, juſtè denegantur patrono alimenta. *Martin Colerus de alimentis lib. 1. cap. 13. n. 84.*

5 Dixi * qvalitatem perſonæ patroni attendendam eſſe, qvam ita interpretamur, ut ſi nobilis ſit patronus, plus illi, qvàm plebejo alimen-

Digitized by Google

alimentorum nomine debeatur & decernatur. *Lambert. libr. 3. art. 11. quæſt. 3.* idqve Epiſcopus, ſi controverſia fuerit, æſtimabit; alimenta namq; patrono debita præberi debent interveniente autoritate Epiſcopi, cujus inſpectioni Eccleſia illa ſubeſt. *Rochus verbo & utile n. 1.*

Qva ratione, ſi vel uxorem, vel filios, vel famulos neceſſarios & egentes habent patroni, æqvè his alimenta ſubminiſtranda erunt *d. c. qvicunq, fidelium 30. verſ. ipſi aut filii eorum, c. ſeq. 16. q. 7. Lambert. artic. 6.*

Qvod & in pluribus patronis, vel heredibus liberis obſervari * convenit, ut etiam hi omnes ab Eccleſia alantur, prout Eccleſiæ patientur, cum ad omnes in ſolidum jus devolvatur. *d. l. ſi qvis à libertis §. alimenta.* 6

At ſi univerſitati vel collegio competat jus patronatus, qvia ſinguli non ſunt patroni, ideò ſi unus ex illo corpore egeſtate laboret, illi alimenta non debentur. *Roch. d. Curte verb. & utile. n. 3. & 5.*

Sed ponamus, duos unius * Eccleſiæ eſſe patronos, qvorum alter in fundatione dederit qvingentos florenos, alter verò in dotatione mille; & utrumqve pervenire ad extremam paupertatem contingat, debenturne hoc caſu utriqve æqvaliter alimenta? Ad qvod reſpondendum eſt, reſpectu perſonæ ipſius patroni Eccleſiam illi, qvi plus contulit, plus etiam & pingvius in alimenta ſuccurrere. *Paul. de Citad. p. 6. artic. 4. Sexta part princ. qvæſt. 6. n. 12.* 7

Qvin & patrono debentur alimenta pro tempore præterito *Riccius deciſ. 170.* & qvamvis dos donata perierit. *Citad. artic. 4. qvæſt 9. n. 17.* Qvin etiamſi patronus donaſſet jus patronatus, poterit tamen alimenta petere ab eo, qvem ante donationem præſentaverat; qvia jus alimentandi nunqvam cenſetur donatum, cum cohæreat perſonæ patroni præſentandi inſeparabiliter. *Sec. Panorm. in c. præterea de ſepult. Lambert. in 3. qvæſt. princ. artic. 13.*

Qvod ſi reditus * alimentationi patronorum non ſuppetant, qværi ſolet, utrum ad venditionem vel oppignorationem rerum Eccleſiæ perveniri debeat? Qvod neutiqvam eſt admittendum, ut ſc. Eccleſiæ ſua dos ſubtrahatur. *per c. cum ſicut 8. de conſecrat. diſt. 1.* 8

Extra caſum autem inopiæ patronus ab Eccleſia aliqvid in

Digitized by Google

recognitionem juris ſui petere non poteſt. *Panorm. ad c. præterea 23. Ext. h. tit.* niſi in fundatione aliter cautum fuerit. *d. c. cum præterea.*

Qvid ſi patronus ſit egens, cui idcircò alimenta debentur, qvi
9 deinceps * ceſſet egere? Sanè & tunc ceſſare alimenta, ex ſuperioribus conſtare poteſt, ita ut illa non amplius debeantur Patrono. *Menoch. conſil. 321. n. 33.*

At fortè qvis dixerit, ex bonis Eccleſiæ omnibus egenis ſuccurri debere, ita ut nihil præcipuum patrono competat, qvippe qvod Eccleſiæ bona ſint pauperum, *c. aurum 70. & ibi gl. verb. in his tribus 12. q. 2.* Cui reſpondendum eſt: Et patronos & pauperes ex bonis Eccleſiæ alendos eſſe; Differentiam autem conſiſtere in modo providendi. Patronus namqve & honorificentius alendus eſt, qvàm alii pauperes, qvibus tantùm eléemoſyna datur.

Qvamdiu enim paupertas patroni durat, perpetuò alimenta ab illa Eccleſia, cui patronus eſt, ei debentur, ſed alii pauperes vel mendici debent etiam aliunde qværere. *Paul. de Citadin. artic. 4. Sextæ partis princ. n. 2. & ſeq. Ant. de Butrio ad c. nobis n. 22. de jure patron.*

10 Deinde patrono * mittenda ſunt alimenta in ipſius habitationem, & qvidem ſumptibus Eccleſiæ *Lambert. artic. 10. tertia qvæſt. princip. n. 4. Paul. de Citad. artic. 4. Sexta partis princ. n. 27.* qvod aliàs reliqvis pauperibus regulariter denegatur. *Coler. de alimentis lib. 1. cap. 13. n. 79.*

Deniqve pro alimentis impetrandis, patronus inopia preſſus poteſt convenire Eccleſiam jure actionis. *Panorm. in c. nobis 25. n. 6. Ext. h. tit.* Poteſt etiam implorare officium judicis Eccleſiaſtici. *c. nobis h. tit. c. qvicunq; 16. q. 7. Citad. artic. 4. p. 6. n. 3. qvæſt. n. 259. V. Roch. verb. jus. n. 6. verſ. qvaliter autem agetur, & verb. utile n. 4. verſ. qvaliter autem agere. Specialiter tit. de jure patronatus. n. 9.*

Sed ut tandem hanc materiam alimentationis claudam, hoc ſaltem addendum, qvid ſc. alimentorum appellatione veniat? ubi tenendum eſt, ſub alimentis contineri non tantùm victum, verùm etiam reliqva qvoqve onera & vitæ neceſſaria, adeoqve ea omnia, ſine qvibus corpus humanum ſuſtineri non poteſt. *l. 5. non tantùm 12. de liber. agnoſc. l. legatis 6. l. fin. de alimen. leg. l. verbo victus 43. l. qvos nos ho-*

ſtes:

ſtes 134. §. verbum vocare de V.S. Bart. in l. Mela de alimentis legatis & in tract. de aliment. n. 1. ubi ſcribit, alimenta eſſe omnia illa, qvæ hominum natura deſiderat, qvod ita ut maximè obtinet in favorabilibus, & qvoties agitur de iis conſtituendis *l. in teſtamentis 12. de reg. jur.* qvod ſecus eſt, qvando agitur de illis remittendis & tranſigendis *l. cum hi §. qui tranſigit 12. de reg. jur.* qvia enim odioſum eſt hoc genus transactionis, ideircò reſtringendum & coarctandum eſt. *l. cum qvidam 19. de liber. & poſth. c. odia de reg. jur. n. 6.* * Illud adhuc addo, Patronum etiam habere jus exigendi certam annuæ penſionis ſummam, ſi ipſe illud jus cum Eccleſiam fundaret, cum autoritate Diœceſani ſibi reſervavit. *Venat. in analyſi juris Canonici p. 659.* 11

Honori patrono competenti non tantùm adhæret dignior locus in proceſſione & ſeſſione, itemqve alimentatio debita, ſed etiam jus ſepulturæ, itemqve commodioris * ſedis, ſive exedræ in Eccleſiis à ſe fundatis. *Hoſt. & Abb. in c. abolend. de ſepult. Joach. Steph. lib. 4. de juriſd. eccleſ. cap. per c. nobis Ext. h. tit.* idqve non ſine ratione: Qvia enim patrono onus dotationis, fundationis & refectionis incumbit, omninò certè æqvum eſt, ut ille etiam jus ſepulcri tanqvam ἀντίδωρον; qvod commodum ſive honos reputatur, habeat; Imò abſurdum eſſet, alium habere commoda, & alium ſuſtinere onera. *l. ſecundum naturam, ubi Dd. de reg. jur. c. qui ſentit SS. ubi Dd. de reg. jur. in 6. l. 15. qui §. fin. ff. de legat. præſt. Roch. verbo honorificum §. aggredior.* 12

Et ſic hodiernis moribus ipſa experientia nos edocet, ſepeliendi jus & facultatem * impetrari à defenſore & patrono Eccleſiæ ſive à Magiſtratu politico: qvamvis de jure Canonico immediatè ad ipſam Eccleſiam ſpectare, ab eaqve impetrandum eſſe, dicendum videtur, *per text. in c. non æſtimemus 13. q. 2. c. ubicunq; &c. placuit 7. c. præcipiendum 15. c. cum in extranea Eccleſia 9. Ext. de Simonia.* 13

Videmus etiam patronos eorumqve domeſticos in Eccleſiis à ſe vel parentibus fundatos, in commodiſſima parte templi habere ſua ſubſellia ſive exedras, itemqve ſepulcra ante Altaria, qvia nomina & majorum ſuorum inſignia depicta conſpiciuntur, qvæ ſine injuria ipſorum abradi vel auferri non poſſunt. *Bart. in l. 1. §. ne ejus ff. de*

Digitized by Google

oper. publ. Menoch. recuper. poſſeſſ. remed. 15. n. 26. & ſeq. Capella de Servit. urb. prad. cap. 7. de pictura.

14 Tranſit per ſucceſſionem hereditariam * hoc jus ſepulturæ, uti & jus patronatus una cum univerſitate ad heredes pro indiviſo. Qvod ſi verò in diviſione hereditatis ita invicem conveniant, ut unus ſaltem habeat jus patronatus in ſolidum. *c. ex inſinuatione Ext. h. tit.* non excepto & reſervato jure patronatus, tunc ad eundem hereditatis titulum pertinet univerſum jus patronatus das gantze Pfarr-Lehen / unà ſc. cum ipſo jure funerandi, tanqvam ſpecie juris patronatus. Aliud autem eſt, ſi jus funerandi ſpecificè & expreſsè excipiatur, & omnibus cohæredibus reſervetur; nam tunc illud traditum & diviſum non cenſetur, qvod expreſsè reſervatum eſt. *l. ſi in cauſa ibi gl. & Dd. c. de transact.*

An verò & qvatenus jus funerandi contineatur ſub jure patronatus, latè tractatur à Treutlero & Scepſio *conſil. 57. & conſil. 55. per tot.*

Deniqve noſtris moribus qvotiescunqve publicæ preces in Eccleſiis poſt concionem finitam pro ſalute principum & magiſtratuum haberi ſolent, toties etiam patronorum ſimul qvoqve uſurpari ſolere memoriam.

CAPUT XXV.

De Jure oneroſo Patronorum.

SUMMARIA:

Patronis incumbit onus, defendendi Eccleſiam, & ne reditus diſſipentur, n. 1. 2. 3. Unde dicitur defenſor. n. 4. 5.

An terra patronatus poſſit alienari absq; conſenſu patroni. n. 6.

EX Jure patronatus non tantùm provenit honor, itemqve utilitas, uti ex præcedentibus patet, ſed etiam onus, juxta verſus:

Patrono debetur honor, onus, emolumentum:
Præſentat, præſit, defendat, alatur egenus.

Qvia enim ſecundùm naturam eſt, incommoda cujusqve rei ſeqvi eum, qvem ſeqvuntur commoda *c. qui ſentit onus de reg. jur. in 6. l. ſecundum naturam 10. de reg. jur.* ideircò ne Eccleſiarum patroni * ſal-

1

tem

tem de honore & utilitate certent & triumphent, ab omni autem onere immunes ſint, introductum fuit, ut curam Eccleſiæ, tanqvam veri defenſores in ſe recipiant, & caveant, ne per miniſtros Eccleſiæ, & multò minus per ſeipſos bona & proventus dilapidentur. *c. qvicunq; c. decernimus 16. q. 7.* Itemqve ut Eccleſiam, * ejusq; bona pro viribus contra hoſtiles defendent. *c. filiis 16. q. 7.* qvo nomine ſumptus & expenſæ patronis ab Eccleſia ſubminiſtrandæ ſunt. *Citad. p. 6. artic. 5. n. 3.* 2
Si itaqve ſacerdos ſive miniſter bona Eccleſiæ diſſipaverit, vel fraudaverit, * eum patroni honeſta conventione compeſcere, aut Epiſcopo vel judici corrigendum denunciare debent. *d. c. filiis.* Præterea illud onus patroni reſpicit, qvod patronus Eccleſiæ à ſe, vel ab anteceſſoribus ſuis fundatum, & poſtmodum funditùs diſtructum, teneatur rurſus reparare. Qvod ſi verò hoc facere nolit, & alter eam de conſenſu de novo reædificat, ille fit ejusdem patronus, eodemqve loco eſt, atqve ſi ab initio eam novam conſtruxiſſet; Prior verò patronus jus ſuum amittit: qvia res & obligatio ſemel extincta amplius non reviviſcit. *l. qvi res §. aream ff. de ſolut. c. qvaris de conſecrat. diſt. 4. Pecc. de eccl. repar. cap. 34 n. 1. & ſeqq.* 3

Qvia itaqve patrono imcumbit Eccleſiam * defendere ab omnibus oppreſſionibus, unde dicitur Advocatus ſeu defenſor, *Hoſtienſ. in ſumma hujus tit. in §. qvid competat.* exinde conſeqvens eſt patronum non debere Eccleſiam opprimere. *c. præterea l. 2. h tit. c. qvia clerici & c. de jure h. tit.* Qvin ſi non defenderit Eccleſiam, ita conſtitutum eſt, ut debeat patronus privari omni commodo, qvod habet ex Eccleſia. *gl. in verb. defendere in v. tributum 23. q. ult.* Spectat huc etiam, qvod patronus poſſit impedire, ne reditus Eccleſiæ patronatæ in alios uſus convertantur, qvàm in illos, in qvos tempore fundationis fuerunt deputati. *Abb. in c. ſuggeſtum h. tit. Lambert. pag. 397. n. 5.* 4

Et qvando traditur, patronum debere * providere Eccleſiæ, *c. decernimus 16. q. 7.* illud providere eſt verbum generale, omnia per ſe comprehendens, qvæ ſpectant ad utilitatem Eccleſiæ, ſecluſa omni fraude, & ſic extra machinationem ipſius patroni ſub pœna excommunicationis *d. c. filiis Lambert. pag. 391.* Et notabiliter ſcribit Abbas *in d. c. nobis h. tit.* nec patrono, uti eorum hereditas licere ali- 5

qvam

qvam rapinam, nec fraudem committere in rebus Eccleſiæ in genere, nec violentiam qvamcunqve præſumere, ſed ſolùm eos debere ſalutarem ſolicitudinem circa Eccleſiam adhibere nullamqve operationem nocentem, ſeu noxam attingere, nec multam vel aliqvam partem ſalutaris mercedis aſſumere. *d. c. filius.* qvi textus inducit neceſſitatem; qvod idem probatur *in d. c. decernimus, ibi, eisdem locis curam habeant*, qvæ verba non inducunt, prædicta eſſe licita, ſed neceſſaria. Et pro ea ſententia, qvod patrono non ſolùm liceat, ſed qvod etiam teneatur defendere Eccleſiam, faciunt etiam notata *in d. cap. qvi ſentit*, nam ſi patroni ſentiunt commodum, tenentur ſentire incommódum. *Lambert pag. 394.*

Qvia dictum, patrono incumbere defenſionem, & patrocinium rerum Eccleſiaſticarum, idcircò videndum hoc loco eſt: An terra
6 patronatus * poſſit absqve conſenſu patroni alienari? Sanè ſunt, qvi adfirmativam defendant, ideò qvod jus patronatus ad certum præſentationis limitatum ſit & etiam opponendi ſe, ſi res Eccleſiæ diſſipentur, aut absqve juſta cauſa diſtrahantur, *Ricc. in deciſionib. de jure patronatus. Roch. verb. honorificum n. 10.* Sed negativa videtur verior; tum qvia hac alienatione præjudicari poſſit patrono, cujus intereſt, bona conſervari pro Eccleſia patronata, nedum reſpectu alimentorum, qvæ ei deberi poſſent, ſi indigeret, *c. nobis h. tit.* tum qvia patronus in defectum cogeretur de ſuo contribuere Paroch. ad refectionem Eccleſiæ. *Panorm. in c. ad audientiam de eccl. ædif. Valaſc. deciſ. 103.* tum qvia honorabilius jus competit patronis in pingviori Eccleſia; & aliàs honor eſt commodo præferendus. *l. Julianus ff. ſi qvis omiſſ. cauſ. teſtam.* Et his argumentis Riccius nihil aliud opponit, qvàm qvod ſolum debeat inſpici intereſſe patroni de præſenti, non autem caſús adverſæ fortunæ in futurum. *l. inter ſtipulantem §. ſacram. de V. O.* qvod ſanè contrariam non evertit ſententiam.

CAPUT XXVI.

De unione & incorporatione Eccleſiarum, qvæ non aliter fit, qvam cum autoritate & conſenſu patronorum.

Sum-

Digitized by Google

SUMMARIA:

Unio Eccleſiarum quid? n. 1. & quæ ad eandem reqviruntur. n. 2. 3. 4. quæ ſunt inſtar cauſæ ad unionem faciendam, nimirum neceſſitas. n. 6. Utilitas. n. 7. Cauſa pietatis. n. 8. Debet etiam intervenire cauſæ cognitio. n. 9. non præſumitur. n. 10. præſcribitur. n. 11.

Eccleſia mater, & filia quæ. n. 12.

Unio eſt effectum ſortita, qvando eſt ſecuta poſſeſſio. n. 13.

SUpereſt, ut dicamus de unione & incorporatione Eccleſiarum; Eſt autem unio nihil aliud, * qvàm duarum pluriumve Eccleſiarum 1
facta connexio, ex eo qvod plures Eccleſiæ in unum conjunguntur, *Lancellot. lib. 2. Inſtit. tit. 19. Pet. Gregor. de beneficiis cap. 20.* Ad ejusmodi unionem legitimè faciendam, * reqviritur etiam conſenſus 2
ipſorum patronorum vel collatorum. *Clement. 1. §. adhæc. de ſtatu Monach. Roch. verb. honorificum quæſt. 3.* tum qvia unio fieri debet vocatis his, qvorum intereſt, *Riccius in praxi unionis deciſ. 486. n. 3.* inter qvas perſonas, qvæ vocantur, connumeratur ipſe patronus, *Panorm. in c. cum dilecto in fin. h. tit. Felin. in c. venerabilis n. 13. except.* ubi traditur, unionem de beneficio juris patronatus factam absqve conſenſu patroni eſſe nullam; tum qvia in unione conſideratur præjudicium patroni, cum per unionem eccleſia exeat de manu & dominio ipſius; qvia beneficium unitum transfertur in naturam illius rei, cujus fit unio, & ei accreſcit *Riccius d. deciſ. 486. n. 4.* at id qvod noſtrum eſt, nobis invitis non eſt diminuendum vel auferendum. *l. rem alienam ubi gl. de contrah. emt.* tum qvia etiam iniqvum foret, ſi ſine illorum conſenſu, & contra illorum voluntatem mutatio Eccleſiarum etiam qvoad curam conſtituatur. *Lambert. lib. 2. in 2. artic. 6. quæſt. princip. h. tit. Menoch. conſil. 1025. n. 13. lib. 11.*

Et qvidem qvando duo vel plures ejusmodi Eccleſiæ vel Parochiæ communes habent ſaltem unum Patronum & collatorem, non dubium eſt, qvin poſſit ille patronus de modo curandi diſponere, per qvem omnibus ſubditorum vel parochianorum conſulitur, ita tamen ut fiat cum conſenſu Epiſcopi, vel ſuperioris magiſtratus, à qvo illud

jus patronatus fortè ſibi acqviſitum habet, idqve eo fine etiam, ut hac ratione obvietur colluſionibus & aliis doloſis & fraudulentis conventionibus. Poſſet enim contingere, Eccleſias ſeu parochias illas longo itineris intervallo inter ſe diſtare, ita ut paſtor propter illam cauſam officium ſuum ſingulis diebus feſtis in ſingulis Eccleſiis tædio itineris, vel ex negligentia intermittat, & nihilominus decimas vel reditus annuos pro cura iſta deſtinatos poſtulet; patronus autem vel ſubditi, ob parvulum aliqvod lucellū negligentiæ paſtoris interim indulgeant: qvibus fraudib⁹ omnimodo eſt obviandum. *l. in fundo ff. de rei vendicat. Clement. 1. ubi Cardin. de uſur. Koppen enucleat 5. decad. 1. n. 10. & ſeqq.*

Qvin & illo caſu, qvando Eccleſiæ ſive Parochiæ ſub diverſorum patronorum collatione ſituatæ ſunt, non eſt in unius poteſtate Eccleſiam vicini, invito & contradicente Patrono, pro libitu ad ſe trahere, ita ut per unum paſtorem curentur; eò qvod vicinus in rebus nihil juris habet, qvin & injurioſum foret, vicinum contra ipſius voluntatem compellere, ut propriam Eccleſiam per alium qvàm ipſe ſibi elegerit, curari patiatur. Ne dicam, unionem plurium Eccleſiarum ſervitutis qvandam habere ſpeciem, & odioſum eſſe, itemq; grave alienum Rectorem Eccleſiæ ambire, & proprio privare. *Philip. Dec. conſ. 233. n. 3.*

Præterea, qvando Eccleſia aliqva ratione curationis trahitur ad aliam Eccleſiam; tunc Eccleſia illa cenſetur ſervire Eccleſiæ, cui attrahitur; & qvidem cum maximo onere; dum non ſolùm paſtori curanti ſuſtentationem, verùm etiam ædificia Eccleſiaſtica & alia onera ad curatoris Eccleſiam ſpectantia ſuſtinere cogitur, qvod onus, vel qvæ ſervitia patronus invitus in ſe ſuſcipere non tenetur. *arg. l. qvemadmodum §. ſi porrectum ff. ad L. Aqvil.* ubi dicitur, qvod licitum non ſit alienæ rei perſonæ qvicqvam oneris imponere: Ergò multò minus Eccleſiæ, aut Eccleſiarum patronis. *l. qui vitem §. ſi ad januam ff. qvod vi aut clam l. Sabinus ff. comm. divid.*

Et qvod Eccleſia patronata * ſive patronum habens, non poſſit * ſine conſenſu patroni occupari, textus eſt *in c. ex inſinuatione de jure patron.* potius itaqve ad vicini patroni arbitrium relinqvendum erit, an Eccleſiam per vicinum curari, an verò proprium paſtorem ſibi & ſubditis præficere velit. *arg. l. in re mandata C. mandati.*

Dein-

Digitized by Google

Deinde ad unionem faciendam * reqviritur, ut adſint juſtæ & 4
legitimæ cauſæ, aliàs non ſolùm annullanda, verùm ipſo jure nulla eſt. *Abb. in c. ſicut in pon. quæſt. verſ. item unio ſit de exceſſ. Prælat.*

Cauſæ juſtæ putantur, * cauſa neceſſitatis, utilitatis, & pieta- 5
tis, nam eædem ferè ſolennitates, quæ in alienatione rerum Eccleſiaſticarum jura ſtatuerunt. *c. 1. c. 3. de reb. Eccl. non alien. c. 1. eod. tit. in 6. Panorm. in c. nulli, n. 4. d. tit.*

Neceſſitas in genere dicitur eſſe, ubi aliud remedium ſuccurren- 6
di non apparet, *c. quando de conſuet.* quæ neceſſitas non habet legem, nec ſubjacet legi. *l. 1. c. de oper. libert. Cagnol. ad l. quæ propter neceſſ. de reg. jur.* veluti, cum duæ Eccleſiæ adeò ſunt pauperes, ut impoſſibile ſit earum proventus ad victum ſacerdotum ſufficere, nemo enim facilè reperietur, qvi pro nulla vel modica mercede exigui cœtus miniſterio ſe cupiat obſtringere. *c. 2. de relig. domib. c. ad audientiam 2. & c. de Eccl. ædific. c. expoſuiſti de præb.* Aut ſi altera Eccleſia deſolata ſit immanitate hoſtium: Aut ſi ſufficiens non ſit in ædificandis aut reficiendis ædificiis Eccleſiaſticis, in conſervationem agrorum, tunc enim ex hac neceſſitate conceditur, ut Eccleſia in adjumentum Eccleſiæ uniatur. *Boër. deciſ. 44. n. 23. Lancellot. lib. 2. Inſtit. juris Canonici tit. 19.* Sic Eccleſiam, quæ minus habet, qvam decem mancipia, aliis Eccleſiis conjungendam eſſe traditur. *in c. unio 10. quæſt. 3. §. eadem ſcilicet.* Et paupertatis itemq; hoſtilitatis ratione fieri unionem Eccleſiarum, patet ex *c. poſtquam 16. quæſt. 2. c. ult. 2. quæſt. 1. §. hoſtilitatis quoque.*

Utilitas qvoqve præbet * juſtam cauſam ad unionem inſtituen- 7
dam; qvippe qvod à qvacunqve diſpoſitione ac prohibitione intelligatur, excepta publicæ utilitatis ratio. *l. jubemus ubi Bald. C. de SS. Eccl.* & cauſa utilitatis æqviparatur cauſæ neceſſitatis. *c. fin. de ædif. eccl.* Unde ſi contingat, paſtorem vel miniſtrum verbi divini alimenta ſufficientia ex una Eccleſia non habere, propter paucitatem populi, tunc alia Eccleſia in meliorem ſuſtentationē poteſt uniri & incorporari, licet hoc fiat cum incom̃odo ſubditorum *Kopp. d. loc. 46.* Nam vicinus incommodum aliqvod pati debet pro utilitate publica vicinorum; publicè enim intereſt, ne paſtores vel curatores animarum egeant, cum negare alimenta, ſit necare. *l. necare de lib. agnoſc.*

Digitized by Google

8 Tertia cauſa uniendi Eccleſias, eſt cauſa * pietatis, qvæ interdum ſummè ſvadet, ut Eccleſiæ unirentur. *arg. l. ſancimus C. de SS. Eccleſ. c. aurum c. ſacrorum c. ſicuti 12. q. 2.* Pium id omne dicitur, qvod ad religionem & ſacra conſervanda inſtituitur; cum ſumma ſit ratio, qvæ pro religione facit. *l. ſitut perſona in fin. ff. de religioſ. &c.*

His igitur caſibus, ne qvid detrimenti divinus cultus, & animarum cura patiatur; poſſunt plures Eccleſiæ & beneficia in unum conjungi. *Lancellot. d. loc.* Debet autem etiam omninò antecedente cauſæ * cognitio, uti etiam in unione prolium. Debent omnes citari, qvorum intereſt, & jura uniuscujusqve audiri atqve diſcuti; neqve negligi qvoqve debent Eccleſiarum Rectores. *Menoch de arbit. jud. qvæſt. lib. 1. qvæſt. 13. Rebuff, in praxi benefic. in tit. de unione. n 44.* Præterea ut ita ſit unio peracta & perfecta, in ſcripturam redigi debet, cum per teſtes probare non ſufficiat. *c. ſine exceptione 12. q. 2. c. 1. de reb. Eccl. non alien. lib. 6.* idqve ideò, ut tollatur dubium, an nimirum ſuperioris conſenſus intervenerit; deinde ut non opus ſit probatione per præſcriptionem, qvæ ſolet eſſe difficilis propter immemorialis temporis poſſeſſionem, uti ex ſeqq. patebit. *Cravett. conſil. 258. n. 21. Beer. deciſ. 345. per tot.*

10 Unio enim * unius Eccleſiæ facta cum alia non præſumitur, ne qvidem ex temporis diuturnitate; nam hæc eſt facti; ſc. ex duobus facere unum & conſolidare. *c. unio 10 q. 3. c. in ſumma 21. q. 1. Weſenb. conſil. 4. n. 19. & n. 38. vol. 1.* mutatio itaqve illa non præſumitur ex decurſu temporis; qvia ut tempus per ſe non eſt modus inducendæ obligationis; ita nec per ſe vim ullam habet juris inferendi; ne qvidem in uſucapionibus. *Weſenb. d. loc. n. 19.*

Præter temporis ſpatium namqve in his reqviritur adhuc poſſeſſio, ſine qva uſucapio ſive præſcriptio non procedit. *l. ſine 20. de uſucap. c. ſine poſſeſſione de reg. jur. in 6.* item titulus *l. Celſus 27. de Uſucap. l. 1. de publ. in rem. act.* & inſuper bona fides. *l. bona fides 110. de V. S. l. pen. C. de præſcript. longi temp.*

Licet itaqve per ſolum tempus non inducitur obligatio, nec unio; tamen qvando præſcriptio incurrit, hac ipſa non ſolo tempore jus inducitur; id qvod maximè procedit in præſcriptione immemoriali

Digitized by Google

riali, ſive in tempore; qvod hominum memoriam tranſcendit; tale enim tempus eſt loco conſtituti atqve privilegii, qvo omne vitium antecedens purgatur. *Weſenb. d. loc. num. 105.*

Undè patet, unionem * Eccleſiarum non induci 30. vel 40. annis, ſive non ſubjacere præſcriptioni temporali; neqve enim ſufficit lapſus temporis, niſi etiam factum hominis intercedat, vel conſtet, unum hominem tanto tempore præfuiſſe junctis Eccleſiis, ejusqve ſimul ſacra præſtitiſſe officia. *Boër. deciſ. 345. n 5. & 6.* Sed reqviri tempus immemoriale. *Panorm. in c. cum non liceat n. 17. de præſcript.* Unde ſi non probata fuerit poſſeſſio temporis immemorialis, & per conſeqvens etiam nullum titulum coloratum, ſcribit. *Cravetta conſil. 258. n. 11. verſ. planè nihil fuit.* 11

Qvod ſi autem ſuſpicio temporis decurſu & intervallo Eccleſias injuriam accepiſſe ei, penes qvem eſt cognitio, incumbit inqvirere ea de re, & ſi vitium deprehenderit, in priſtinum ſtatum reſtituere. *Menoch. conſil. 402. n. 66. lib. 5.*

Præter ſcripturam probatur Eccleſiarum unio, confeſſione partium, tabulis antiqvis ceremoniis apud acta illa conſvetis; & ſimilibus documentis. *Maſcard. de probat. concl. 586. n. 1. & concl. 1411. n. 12. & ſeqq.*

Qvod ſi controverſia oriatur inter duos Epiſcopos, contendentes, ad utram diœceſin altera Eccleſia pertineat; tunc teſtes eo nomine audiendi erunt, & ſtandum majori atteſtantium numero: ut maximè ſi ipſorum dictis adminiculetur jus commune. Qvod ſi autem teſtes invicem diſſidentes numero ſint pares, tunc ſententia ferenda eſt pro parte rea. *c. ex literis de probat. c. inter dilectos de fide inſtrum.*

Pluribus Eccleſiis * ita unitis illa æſtimatur primaria ſive mater, qvæ dignior eſt, de qvo conſtare poteſt ex literis in cuſtodia publica retentis; vel ex Seniorum teſtimoniis, vel ex fama communi; Altera verò Eccleſia erit Filia. Qvod ſi de eo non conſtet, ea cenſebitur primaria & parens, in qva Parochi commodior poterit eſſe habitatio, & altera erit Filia. *Maſcard. dict. concl. 1411. n. 16. & 17.* 12

Deniqve Eccleſiæ ita unitæ, hodiè pro ratione mutati ſtatus veteris facilè divelli & dirimi poſſunt, ſi loca ſint diſparis religionis; modò

dò non diminuantur cenſus & decimæ miniſteriis conferri ſi. lit. Reichs Abſchied zu Augſpurgt de anno 1555. §. Und ob ſolche. Qvod ſi verò nullum eſt inter Eccleſias religionis diſſidium, tunc cœtus benè conſociati non ſunt temerè dirimendi, ſed in priſtino ſtatu relinqvendi & defendendi.

13 Illud adhuc addo: Unionem dici * effectum ſortitum, qvando eſt ſecuta poſſeſſio. Unde in præſentationibus patronorum qvoqve ad hoc tot præſentationes dicantur ſortiri effectum, non ſufficit præſentatum eſſe inſtitutum; ſed reqviritur etiam, ut inſtitutus acceptet. Unde ſi conſtaret poſſeſſionem minimè fuiſſe ſubſecutam, unio ipſa revocaretur *Riccius deciſ. 488.*

CAPUT XXVII.

De iis, qvæ Patronus Eccleſiaſticus de jure Canonico facere non poteſt.

SUMMARIA:

Patronus ſemel inſtitutum deſtituere non poteſt. num. 1. Non cognoſcit de cauſis Eccleſiaſticis n: 2. Non poteſt ſua autoritate gubernare res Eccleſiæ n. 3. Non poteſt Eccleſiam alienare. n. 4. Non poteſt conſtituere proviſorem, n. 5. Non habet adminiſtrationem religioſarum domuum. n. 6 Nec viſitare Eccleſias. n. 7. Nec jurisdictionem exercere. n. 8. Non poteſt vicini Eccleſiam ad ſuam trahere: num. 9.

EX præcedentibus aliqvot capitibus videre licet, qvænam jura illa ſint, qvæ patronus vi juris patronatus habet. Unde evidenter deducitur, cætera, qvæ ad ordinem Eccleſiaſticum referantur, patronum peragere non poſſe; adeoqve ea, qvæ juris Epiſcopalis & jurisdictionis Eccleſiaſticæ ſunt, ad patronum non pertinere.

Epiſcopo itaqve ſoli, excluſo patrono, competit poteſtas ad ſanctæ prædicationis officium, & ad connexa miniſteria, ſive libera ſua voluntate in libera Eccleſia, ſive ad patronorum legitimam præſen-

ſentationem in Eccleſia patronata aliqvem adſumendi, prævio tamen jure ſcrutinii & examinis qvoad vitam & doctrinam; & ſi in vita, doctrina & moribus irreprehenſibilis invenitur, adeoqve ad miniſterium idoneus inventus declaretur, eundem in Clerum & in ſacrum Eccleſiæ miniſterium ordinandi, & poſtmodum in talia officia & beneficia introducendi, inveſtiendi, adeoqve in actualem poſſeſſionem officii mittendi, ſecundum cujusqve loci conſvetudinem. *Coler. conſil. 34. num. 122.*

Ejusmodi ſemel à patrono præſentatum, & ab Epiſcopo inſtitutum, patronus deſtituere * vel removere iterum neqvit. *c. qvoniam &c. præterea h. tit. c. qverimoniam, ubi Anton. de Butrio n. 3. de jure patron.* qvia hoc ad Epiſcopum, vel qvi Epiſcopale jus habet, pertinet. *c. nullus 16. qvæſt. 7. c. 3. de Xenodoch. & relig. domib. Duar. lib. 5. de benefic. cap. 4.* 1

Imò ſi patronus ſuper actibus inſtitutionis, ſive deſtitutionis ſeſe propria autoritate intermitteret, diceretur immutare juris diſputationem. *Innocent. in c. qvoniam. Ne prælati vires ſuas &c. noverint 10. q. 1. Panorm. in c. præterea Ext. h. tit.*

Sic nec patronus ſuper diſſenſionibus vel controverſiis in religione, neqve ſuper vita & moribus miniſtrorum Eccleſiæ habet * cognitionem aut coërcitionem: Nam hoc itidem petinet ad Epiſcopum diœceſis (in cujus locum hodie ſucceſſerunt Superattendentes & Conſiſtoria Eccleſiaſtica) Epiſcopo namqve incumbit inqvirere in mores & ſcelera Clericorum; ſine ullius impedimento. *c. 1. c. licet in corrigendis c. irrefragabili de offic. jud. ordin. c. licet Helig. Ext. de Simonia c. præcipue 11. qvæſt. 3.* 2

Sicut enim Dominus temporalis debet ſuis ſubditis providere de pane elementari, vel materiali, qvo nutriantur corpora, ita Epiſcopi debent ſubditis providere de pane ſpirituali, qvo animæ hominum recreentur. *c. cum inter cætera in pr. de offic. ordin. Coler. conſil. 34. n. 127.*

Sic qvoqve patronus non poteſt ſua autoritate temporalia Eccleſiæ adminiſtrare, diſponere, * & gubernare res & bona Eccleſiæ tum mobilia, tum immobilia, ſed competit hoc Epiſcopo. 3

c. ſi.

Digitized by Google

c. ſic quidam. c. decretum. c. quæcunq; c. noverint. c. de his 10. q. c. Epiſcopus. c. præcipimus 12. q. 1. c. præſertim 6. q. 3. c. præterea b tit. Archidiac. in c. benè 16. q. 6. ubi ſcribit, triplicem eſſe adminiſtrationem rerum Eccleſiæ, ſed laicis nullam ipſarum competere, niſi ſolicitudinis bona.
4 Sic patronus non poteſt Eccleſiam alienare, * vel Epiſcopus qvæ contra præſcripta Canonum alienata ſunt, vendicat. *c. Auguſta c. ſi qva 12. q. 2. l. ſancimus 21. C. de SS. Eccl.*

5 Sic patronus non poteſt conſtituere Oeconomos * & Proviſores *l. jubemus 14 in pr. C. de SS. Eccl. l. omnes 33. §. hoc nihilominus C. de Epiſc. & Cler.* nec rationes ab iisdem de gubernatione & diſpoſitione bonorum Eccleſiæ repetere; Sed hoc competit Epiſcopo. *d. l. jubemus & l. omnes.*

Sic nec religioſarum domuum qvoad adminiſtrationem & diſci-
6 plinam inſpectionem * habent patroni; Sed Epiſcopus *tot. tit. Ext. & in Clement. de relig. domib. ut Epiſcopus ſine ſubjecto.*

7 Sic viſitationes * Eccleſiarum non competunt patronis, ſed Epiſcopis vel præſidibus & inſpectoribus Eccleſiarum ad id deputatis, qvos Superintendentes nominamus; qvibus incumbit ſingulis annis ſolicitè viſitare oves à Deo ſibi commiſſas, eas verbo & exemplo ſuo ædificando, iisqve neceſſaria, qvibus indigere dignoſcantur, & qvæ ad ſalutem animarum pertinent, ſubminiſtrando. *c. inter cætera verſ. nuda de offic. ordin. c. decernimus c. Epiſcopum 10. quæſt. 1. Coler. d. conſil. 34 n. 29. & ſeqq.*

8 Eadem ratione patronus nihil habet jurisdictionis * vel juris in Rectorem & Clericos Eccleſiæ. Nam patronatus jus nihil commune habet cum jurisdictione. *Cothm. reſp. Academ. 1. n. 389.* Idcircò patronus neminem eorum, qvorum eſt patronus, poteſt removere neqve degradare; Sed ſi qvid contra unum vel alterum habet, eo nomine ordinarium judicem adire debet, & ibi judicio experiri. *c. noverint 10. q. 1. c. cum laici c. conſuluit Ext. de jure patron. Cothm. d. loc. n. 389.*

Epiſcopus namqve vi jurisdictionis ſuæ qvam in tota diœceſi & qvalibet ejus parte fundatam habet. *c. omnes baſilicæ 16. q. 7. c. cum contingat Ext. de foro compet. c. conqverente Ext. de offic. ordinarii.*

pot-

poteſt omnium clericorum cauſas qvaſcunqve ſive civiles & criminales, ſive Eccleſiaſticas audire, & per ſententiam definire, pœnas decernere, ab officio & dignitate ſuſpendere, imò prorſus removere & deponere, remotos & depoſitos iterum reſtituere. *c. decernimus Ext. de judic. c. jurgantium Ext. ſentent. c. ſi qvis cum clerico 11. q. 1. c. dilectus Ext. de offic. ordin. c. qværenti Ext. de V. S.*

Et hinc eſt, qvod Clerici inferiorum Eccleſiarum ſuis Epiſcopis & aliis, qvibus cura Eccleſiarum generalis demandata eſt, debent Canonicam obedientiam, ſubjectionem & reverentiam, inſtitutionem & deſtitutionem, correctionem atqve reformationem ac cenſuram Eccleſiaſticam, juriſdictionem qvoqve cauſarum omnium ad forum Eccleſiaſticum de jure ſpectantium, viſitationem item annuam, & alia jura Epiſcopalia, de qvibus in ſpecie habetur *in c. conqverente de offic. ordin.*

Deniqve patronus non poteſt alterius vicini patroni Eccleſiam pro libitu ad ſe trahere, * & ita unam Eccleſiam ſuam alteri per unionem incorporare, uti in cap. antecedenti deductum eſt; maximè cum unire & incorporare Eccleſias, eſt qvaſi reſervatum ſuperioris. 9
Panorm. in c. ſicut unire n. 3. de exceſſ. Prælat.

CAPUT XXIIX.

De jure patronatus, qvod hodiernis temporibus in pleriſqve Evangelicis Eccleſiis per conſvetudinem & obſervantiam ſervatur.

SUMMARIA:

Jus patronatus hodiernum differt à jure patronatus jure Canonico. n. 1. qvod oſtenditur. n. 2. Paſtores Eccleſiarum non niſi juſtis de cauſis, & cum cauſa cognitione poſſunt deſtitui. n. 3. Si verò patronus vel conſvetudine vel obſervantia qvid obtinuit, in illâ poſſeſſione eſt manutenendus. n. 4. Si modò conſvetudo à jure divino & civili non improbetur. n. 5.
Inveſtiturâ transferuntur jura Eccleſiaſtica. n. 6. & 7.

Digitized by Google

Patronus non poteſt peculiares ordinationes in Eccleſiis facere. n. 8. Ratio num 9. & 10.

Quoad jus præſentandi & vocandi, in eo receſſum eſt à jure Canonico. n. 11. & 12.

Jus patronatus, qvo hodiernis temporibus in Evangelicis Eccleſiis
1 utimur, multum differre * ab illo jure patronatus, de qvo jura Canonica diſponunt, omnes mortalium, qvotqvot ſunt in mundo, & aliqvalem juris cognitionem habent, fateri cogi, ſcribit Joännes Koppen *enucleat. 2. n. 23. decad. 1.* nam addit *num. 24.* non ſolùm in Epiſcopali territorio Magdeburgenſi, verùm etiam in Electoratu Brandeburgenſi, & apud omnes reformatæ religionis Principes totius Imperii Romani in uſu, & viridi obſervantia eſſe, qvod per jus patro-
2 natus hodiernum non tantùm * jus præſentandi; verùm etiam jus vocandi, & introducendi Paſtores, ſimulqve omnia alia jura, ad verum cultum divinum pertinentia, & ſic omnimoda jurisdictio Eccleſiaſtica, vigore feudalis inveſtituræ à Dominis feudi & collatoribus ſuperioribus, patronis cujusqve Eccleſiæ conferantur; niſi Dominus vel collator ſibi aliqvos actus expreſſim reſervarit; tunc enim jurisdictionem ſecundùm pactum illud reſervatorium inſtituendam. Hæc Koppen *d. loc.* Et refert Sceplitz *ad conſvetudines Marchiæ § 6. p. 1. tit. 1.* conſvetudinibus Marchiæ *p. 1. tit. 1. §. 6.* cautum eſſe. Es ſollen die Patroni aus erheblichen Urſachen / doch mit gebührendem vorgehendem Proceſs, die Pfarherrn wiederumb zu erlauben Macht h. e. Patronos poſſe legitimis de cauſis dimittere & ab officio removere paſtores, qvod idem notat Pruckman. *conſil. 43. n. 28. lib. 1.*
3 Sed cum expreſsè dicatur, * patronus non niſi legitimis de cauſis, & prævio decenti proceſſu, licere Paſtores ab officio removere, exinde patet, neqve in Marchia privata libidine vel autoritate prolibitu Paſtores removendi poteſtatem patronos habere. Prout etiam in Pomerania noſtra, & in aliis Provinciis uſu ſervatur, ut ſc. Patroni Paſtores ſuos coram Conſiſtorio Eccleſiaſtico propter commiſſos exceſſus & enormitates, ad pœnam remotionis agere; idqve ex diſpoſitione juris Canonici, & Paſſovienſis transactionis.

Qvod

Digitized by Google

Qvod attinet jus cognoſcendi ſuper rebus litigioſis, item liberam rerum Eccleſiaſticarum poteſtatem, jus viſitandi, itemqve omnimodam jurisdictionem tam in ſpiritualibus qvàm temporalibus; Si patronus vel per conſvetudinem & obſervantiam vel vi & efficacia inveſtituræ illa jura diutina poſſeſſione continuè, & ſine ulla interruptione uſurpaverit, prout Dn. Koppen *d. enucl. 1. per tot.* illi miniſterio prædicta jura competere aſſeruit, certè in eo jure * & poſſeſſione omninò defendendus eſt, neqve propriâ autoritate aliqvo modo vel colore inqvietandus vel turbandus, donec à poſſeſſione ordinariâ juris via legitimè auferatur. *l. in pari cauſa de reg. jur. l. 15. qui de rei vendicat. l. ſi finita. §. ubi autem ff. de damn. infect. l. exitus ff. de acqvir. vel amitt. poſs. l. 1. & tot. tit. ff. uti poſſid. D. Cothm. reſp. 3 n. 34. vol. 4.* 4

Et qvidem magna vis eſt conſvetudinis, ſi eſt rationabilis, & à jure divino & civili * non improbetur; qvia ea vim privilegii habet. *l. 1. § fin. de aq. pluv. arc. l. hoc jure §. ductus ff. de aqva qvotid. & æſt. c. 1. de praſcript. in 6.* & tribuit jurisdictionem illi, qvi utitur tali conſvetudine. *c. cum contingat in fin. de foro compet. gl. ibid. in verbo vel conſvetudine c. dilectis de arbit.* præſertim ſi per obſervantiam ſubſecutam corroboretur; talis enim obſervantia declarat conſvetudinem. *l. minimè l. ſi de interpretatione ff. de legib.* 5

Qvod * ſi inveſtiturarum literæ doceant, illa jura ſimul eſſe collata in patronum, certè ejus qvoqve effectus erit, ut det apprehendendæ poſſeſſionis liberam facultatem privata autoritate. *Bald. in l. qvoties n. 13. C. de rei vendicat.* Weſenb *conſil. 7. n. 7. verſ. nam proprius p. 1.* 6

Et idcircò patronos vel Epiſcopos inferiores dici adminiſtratores cum libera, notat Roſenthal *de feud. cap. 4. concluſ. 13. in addit. ſub lit.* A. Eſtqve inveſtitura ſufficiens * cauſa & titulus ad translationem jurium eccleſiaſticorum. *c. 1. de inveſt. de re aliena fact. c. 1. qvib. mod. feud. conſtit. Schurff. conſil. 53 n. 3. cent. 1. Kopp. dict. enucleat. 1 per tot.* 7

Sic civitatem municipalem, qvæ tamen jurisdictione itemqve mero & mixto imperio utitur, rectè & legitimè jurisdictionem & adminiſtrationem in S. Spiritus & S. Georgii æde ſibi aſſerere & vindicare, reſpondit D. Cothmannus *conſil. 31. per tot. vol. 4.*

8 Cæterum peculiares ordinationes * vel etiam Eccleſiarum con-
junctiones inſtituere, aut ceremonias diſcordantes introducere ſine
conſenſu ſuperioris omninò patronum prohiberi, rectè ſcribit idem
9 Koppen *enucleat. 2. n. 11.* Intereſt enim * Reip. & magiſtratus, con-
ſonantiam qvandam eſſe non ſolùm qvoad religionem, verùm etiam
qvoad ceremonias eccleſiaſticas. Ideoqve neceſſe eſt, ut magiſtra-
tus, Epiſcopus, vel ſuperior Dominus notitiam habeat ordinationis,
qvam inferior patronus in Eccleſiis inſtituit. *c. cum ex injuncto in fin.
de hered. in 6. c. 1. de Capell. Monarch. Roll. à Valle conſil. 46. n. 1. vol. 1.*

10 Autoritas enim ſuperioris in conceſſionibus jurisdictionum ſem-
per reſervatur illæſa; cum jurisdictio citra autoritatem ejus neqveat
exerceri. *Rol. à Valle conſil. 48. n. 21. vol. 2. & conſil. 80. n. 15. Koppen de
enucleat. 5. n. 11. & ſeq.*

De eo etiam conſtat, qvod jus præſentandi & vocandi miniſtros
11 Eccleſiarum receſſum eſſe * à jure Canonico. Cum enim ex diſpoſi-
tione juris Canonici totum vocationis negotium tantùm à patrono
præſentante & Epiſcopo confirmante peragi ſolet, hodiè ita obſer-
vatur, ne ſc. omninò patrono jus ſuum adimatur, neqve Eccleſia ſuo
jure ſemper careat; & ne ſit licitum patrono ſuo arbitrio, qvoscun-
qve voluerit, miniſteriis Parochiarum præficere citra judicium & con-
12 ſenſum Eccleſiæ: Proinde * non poteſt hodie qvisqvam patronorum
juris Canonici diſpoſitioni inniti, ut olim fiebat, ubi ſaltem præſen-
tabatur perſona inſtituenda Epiſcopo neſcia Eccleſiâ, & interdum re-
pugnante, ſed reqviritur potiſſimum Eccleſiæ conſenſus. *D. Chemnit.
in enchiridio Theologiæ cap. 1. per tot.*

CAPUT XXIX.

De pactis & conditionibus adjectis juri patronatus.

SUMMARIA.

In fundatione Eccleſiæ poteſt patronus qvædam pacta apponere, qvæ ſint honeſta. n. 1. Adeoqve pro forma fundationis habentur. n. 2. Ita tamen, ut interveniat autoritas Epiſcopi, n. 3.

Pa-

Patroni pacta, quæ non valeant. num. 4. & 5.
Pactiones quævis adjectæ, poſſunt remitti absque conſenſu Epiſcopi. n. 6.
Secus eſt in patroni herede. num. 7.

EX præcedentibus conſtat de iis, quæ in jure patronatus ſua natura ſive beneficio juris & ſacrorum Canonum veniant; qvalia fuêre præſentatio, honor, alimentatio, cura, itemqve translatio, ſucceſſio, & his ſimilia; qvæ etſi à patrono non exprimantur, nihilominus jure reipſa inſunt.

Videndum itaqve hoc loco eſt breviter de pactis & conditionibus adjectis juri patronatus. Qvod enim in exteris contractibus uſu venit, ut qvædam illis naturaliter inſint, qvædam verò conventionis lege. *l. in traditionibus 48. de pact. l. pacta conventa 78. ubi Dd. de contrah. emt. l. exempto 11. de act. emti c. verum de condit. appoſ.* idem etiam in jure patronatus obtinet, ut ſc. patronus in fundatione Eccleſiæ, itemqve miniſterii poſſit conditiones & pacta apponere, qvæ vult, dummodo ſint honeſta. *c. præterea & c. vobis & ibi Dd. de jure patron. Roch. de Curte de jure patronat. verbo pro eo, qvod de Diœceſani conſenſu qvæſt. 12.* prout in qvavis traditione & fundatione * qvis poteſt apponere ea pacta, qvæ vult. *l. in traditione ff. de pact.* & ab ipſo primordio poſterior eventus formatur. *l. 1. de impon. lucrat. deſcript. lib. 10.* Et hinc pacta conditionesqve in fundatione juris patronatus, pro forma fundationis illius juris ſemper benè attendenda, * & ab ea recedendum non eſſe. *text. eſt in d. c. verum de condit. appoſ. Menoch. conſ. 22. vol.* 1. *arg. l. à teſtatore ff. de condit. & demonſtrat.* qvippe qvod jus patronatus reguletur ſecundùm diſpoſitionem fundantis, qvando intervenit autoritas ſuperioris. *Tuſc. vol. 4. Concl. 607. in pr.* 1 2

Adjiciuntur itaq; qvædam à Patrono, puta, ut ſibi heredibusqve ſuis penſio annua exſolvatur. *c. præterea 23. Ext. h. tit.* vel ut major pars oblationum ipſius Eccleſiæ alteri cedat. *c. Eleutherius 28. qvæſt. 2.* Item ut fructus, ſive alii reditus vacantis Eccleſiæ ſive beneficii ad ſe ſpectent. *c. generali 13. de elect. in 6.* Qvin & qvælibet aliæ pactiones reſervativæ à patrono adjici poſſunt. *l. nam ut ait 13. de legib. junct. l. in*

traditione & l. 1. verb. Solvimus ff. de ſolut. Ita tamen, ut in iis interveniat autoritas Epiſcopi, & qvidem in continenti, * id eſt, tempore
3 fundationis, ædificationis, vel dotationis. *Cæſar. Lambert. in 9. quæſt. princ. 1. part. artic. 1. n. 33. cum ſeqq. lib. 1. de jure patron.* Nam ex poſtfacto, pactiones ſive reſervationes adjectæ à patrono nullius ſunt momenti, etiam Epiſcopo autore. *c. 3. junct. gl. ibid. & c. prohibimus. 7. Ext. de cenſib. Roch. Curte ad Rubr. h. tit. in verb. pro n. 29. fac. l. fin. ff. de pact.* Hinc qvamvis jus patronatus ad qvoscunqve heredes etiam extraneos tranſeat. *Dd. in c. plures poſt gloſſ. h. tit. Abb. in c. 1. eod.* poteſt tamen patronus in fundatione apponere pactum, ut jus patronatus non tranſeat ad extraneos, ſed ſaltem ad heredes ſangvinis, tunc extranei heredes cenſentur excluſi, qvod veriſſimum eſt, qvando tali diſpoſitioni conſentit Epiſcopus, *Rochus verb. ipſe vel is, à qvo cauſam habuit, quæſt. 8. verſ. Sed hic ſuboritur.*

Sic ſi in fundatione fuit ordinatum, ut jus patronatus tantùm debeat competere illis, qvi ſunt de parentela, tunc non poterit tranſire ad eos, qvi non ſunt de parentela. *Roch. de Curte d. loc. quæſt. 33. in fin. & quæſt. 34.* Item qvod patronus valeat in fundatione & creatione beneficii adjicere onus, ut ad illud ſemper aliqvis præſentetur de ſuo genere, tradit Genunianus *in c. Eccleſia in ult. notab. de præb. lib. 6.*

Et qvod dictum eſt de pactionibus reſervatoriis, idem etiam obtinet in pactionibus derogatoriis, h. e. qvibus naturæ patronatus derogatur, ut nimirum illæ pactiones adjici poſſint, modò itidem illæ non ex intervallo adjectæ ſint, & ſine conſenſu Epiſcopi. *c. cum dilectus 10. Ext. de conſvet. ubi gl. & Panorm.* prout idem qvoq; eſt in aliis contractibus. *l. fin. C. de pact. int. emt. & vend. l. in traditionibus C. de pact.*

Hinc valet conventio inter Epiſcopum & Patronum, ne ulla inſtitutio adhibeatur, vel ſacerdos primus, & reliqvi ſubſeqventes poſſint ſibi ſucceſſorem eligere in ſupremo vitæ ſpiritu, qvi absqve alia inſtitutione, beneficii poſſeſſionem capiat *Lambertin. d. quæſt. 9. princ. 3. artic.* Item, ut liceat Patrono præſentatum & inſtitutum pro arbitrio removere, & alium ſubſtituere. *Lambert. d. loc. artic. 2.* Dum tamen hoc arbitrium boni viri ſit. *arg. l. ſi in lege 24. in pr. ff. locat. l. hæc venditio ff. de contrah. emt. l. ſi libertus ff. de contrah. emt. l. ſi libertus ff. de oper. libert.*

& ad

Digitized by Google

& ad unam tantùm amotionem, non in infinitum porrigatur. *l. 38. §.*
hoc ſermone ff. de verb. ſign. l. hac conditio 10. de condit. & demonſtrat.

Conſenſus itaqve Epiſcopi, * neceſſariò exigitur, ut pactiones 4
juri patronatus in fundatione appoſitæ valeant; Hinc ſi teſtator hac
lege capellam extrui juſſerit, ut inſtitutio ad alium qvàm Epiſcopum
pertineret, hæc conditio ita demum ſubſiſtet, ſi ab Epiſcopo recepta
ſit. *Abb. ad c. nobis n. 5. h. tit. fac. text. in c. ſic qvidam 10. qvæſt.* uſqve
adeò, licet teſtator pœnam hanc adjecerit, ut niſi adjectæ legi pari-
tum fuerit, tota diſpoſitio evaneſcat, vel in alios pios uſus legatum
transferatur. Nam rejecta conditione, pura manet diſpoſitio, propter
deſideratum Epiſcopi conſenſum. *Felin. ad c. cum venerabilis n. 33.*
Ext. de except. Roch. d. loc. n. 27. & ſeqq. Sic * nec patronus pro ſuâ 5
propria autoritate poteſt adjicere pactum ſeu conditionem in funda-
tione, per qvam jus Epiſcopale minuatur. *Panorm. in c. cum dilectus*
de conſvetud. Roch. verbo, pro eo, qvod de diœceſani conſenſu n. 25. Ne-
qve poteſt patronus apponere modum celebrandi divina in Eccleſiâ
patronatâ ſine conſenſu Epiſcopi *Abb. in c. conſuluiſti de celebrat.*
miſſa c. præterea eod. tit. Felin. in c. cum acceſſiſſent de conſtitutionib.

Cæterum pactiones qvævis legitimæ adjectæ, poſſunt etiam abſ-
qve conſenſu Epiſcopi remitti * à patrono. *l. qvod favore C. de legib.* 6
cum & integrum jus patronatus juſtè à patrono refutetur. *l. fin. C. de*
bonis libert. c. 1. circ. fin. h. tit. in 6. Qvod tamen in patroni herede
* eo caſu non admittitur, qvo intereſt, defuncti voluntatem ſuam 7
impleri & conſervari, ut V. G. menſtruum vel anniverſarium pro eo
celebretur, monaſterium excitetur, pauperes annuo ſtipendio alan-
tur, vel ſimile, qvod ad piam cauſam ſpectat: Hæc enim neqve
ab Epiſcopo, neqve ab herede patroni, & ne qvidem utriusqve con-
ſenſu tolli aut immutari poſſunt. *c. qvia contingit circ. princ. verb.*
cum tamen ea ad certum uſum de relig. domib. in Clement. cap. 3. Ext.
de teſtam. l. nulli 28. C. de Epiſc. & Cler. niſi ex neceſſaria cauſa; & tunc
utriusqve aſſenſu tam Epiſcopi, qvàm heredis *arg. d. c. 3. & l. lega-*
tum 16. ff. de uſu & uſufr. qva ſpecie tamen, ſi reluctetur heres, ſuf-
ficit conſenſum ejus exqviſiviſſe. *Felin. ad c. cum acceſſiſſet n. 19. verſ.*
ſecundus caſus Ext. de conſtit.

CAPUT XXX.

Qvibus modis finiatur jus patronatus.

SUMMARIA:

Jus patronatus finitur diruta Eccleſia, & non refecta. num 1. Item dote prærepta. n. 2. Remiſſione juris patronatus. n. 3. Feudo, cui jus patronatus inhæret, alienato n. 4. & aliis modis expoſitis pro tot.

VIdimus uſqve huc, qvibus modis jus patronatus conſtituatur, & acqviratur; & qvid juris habeat patronus. Seqvitur ergò videre, qvibus modis illud rurſus ſolvatur ac finiatur. Sicut namqve certis modis qvid conſtituitur, ita certis modis rurſus diſſolvitur ac finitur. *l. nihil eſt tam naturale 35. de reg. jur.* Et omnis res, per qvascunq; cauſas naſcitur, per easdem diſſolvitur. *c. omnis res. de reg. jur. in 6.*

Ut itaqve jus patronatus ex fundatione, conſtructione, & do-
tatione Eccleſiæ acqviritur. *arg. c. qvicunq; 16. q. 7. c. nemo de conſe-
crat. diſt.* ita rurſum ex deſtructione ejusdem, ſi nimirum patronus Ec-
1 cleſiam dirutam ſeu collapſam non reficiat, amittitur * & diſſolvitur.
*c. qværis de conſecrat. diſt. 4. Pet. Pecc. de reparandis Eccl. cap. 34. n. 1.
& 2.* ubi dicit, deſtructa Eccleſia patronum, qvi eam non reparat, a-
mittere jus ſuum. *d. c. qværis.*

Sic, uti ratione dotis in Eccleſiam collatæ qvis fit patronus, ita
2 & propter dotem iterùm prærepțam * amittit jus patronatus, & illud
acqvirit, qvi de conſenſu Epiſcopi de novo dotem confert. Dos enim
eſt anima Eccleſiæ, qvocirca illa ei iterum erepta, concidit Ec-
cleſia & exanimatur. *Citadin. p. 14. tit. Qvomodo jus patronatus finia-
tur. n. 9. D. Cothm. conſil. Acad. 30. n. 41.* Qvin & qvicunqve in bonis
Eccleſiarum à ſe collatis, liberè graſſantur, & beneficia ad pias cau-
ſas diſſipant, indignos ſe faciunt jure patronatus, ut patroni deinceps
eſſe neqveant. *c. 1. c. præterea. c. conſuluit. d. tit.* qvia meliorem Eccle-
ſiæ conditionem patronus facere poteſt, non deteriorem. *c. 2. ubi Pa-
norm. de donat. Schurff. conſil. 48. n. 9. 10 14 Weſenb. conſil. 37 n. 9. lib. 1.*

Qvod ſi etiam fundator remiſerit, & * ceſſerit jus ſuum fundationis cauſa acqviſitum, finitur illud in perſona patroni & heredum;

& ſi

& ſi ceſſerit ipſi Eccleſiæ, in qva habetur, tunc Eccleſia dicitur libera. *c. unic. de jure patron. in 6.* Qvilibet enim beneficio, ſibi competenti, poteſt renunciare, & jus ſuum remittere. *l. ſi quis in conſcribendo C. de pact.*

Sicuti cum feudo, cui adhæret jus patronatus, * acqviritur illud jus patronatus; ita ut alienato illo feudo idem transferatur & amittatur. *c. nemini Regum. 40. q. 7.* 4

Et uti jus patronatus per conceſſionem inveſtituræ conſtituitur, ita etiam contra per ejusdem inveſtituræ caſſationem ex delicto, vel alia juſta cauſa tolli, dicendum eſt, nam ex qvibus cauſis Vaſallus feudo privatur, ex iisdem etiam jus patronatus feudo cohærens, amittitur. *Cravett. conſil. 597. n. 3.*

Qvemadmodum etiam bello acqviri jus patronatus dictum, ita etiam amittitur jus patronus. Nam ut ante dictum, iisdem modis acqviritur, transmittitur, & amittitur, qvibus aliàs acqviri & amitti ſolent rerum dominia, *tot. tit. de acqvir. rer. dom. & tot. tit. de capt. & poſtlim. rev.*

Finitur jus patronatus etiam, ſi patronus absqve juris ſui reſervatione patiatur Eccleſiam ſuam patronatam converti in collegiatum, nam hoc caſu jus patronatus ad effectum præſentandi perditur. *Panorm. in c. nobis.* Finitur itidem unione, ſi ſc. patronus Eccleſiæ patiatur, aut conſentiat Eccleſiam ſuam alteri Eccleſiæ uniri ſine contradictione; nam Eccleſia alteri unita amittit jus ſuum; & eo utitur illa Eccleſia, cui facta eſt unio *c. recolentes de ſtatu Monarch. Delphinat. de jure patron. lib. 2. n. 224. verſ. qvinto extingvitur Citadin. p. 4. verſic. ſecundo finitur, n. 3.*

Per ſententiam etiam perditur jus patronatus, in qva pronunciatum, aliqvem non habere jus patronatus, & illa ſententia tranſierit in rem judicatam, vel illud jus amiſiſſe. *Citadin. de jure patron. p. 14. n. 10.*

Qvomodo jus finiatur per translationem, qvando ſc. ab uno in alterum tranſit, de eo dictum eſt ſuperius *cap. 12. per tot.*

An & qvatenus patronus per abdicationem ſive renunciationem juris patronatus præjudicat filiis ſuis? qvæſtionis eſt; ubi diſtingvendum eſt inter jus patronatus novum, & jus patronatus antiqvum. Si

Y enim

enim qvæſtio eſt de jure patron... deſcendente ... te, tunc cum idem ſit, qvi funda..., idem et ... poterit ... nunciare in præjudicium filiorum. Primus namqve ... ſemper poteſt præjudicare vocatis in inveſtitu a, *Clar. §* ... *& in §. emphyteuſis quæſt. 16. verſ. Sed his præmiſſis &c* & ... tor feudi poteſt filiis præjudicare. *Afflict. deciſ. 112.* ...

Si verò ſit jus patronatus antiqvum, qvod ſc. non a patre ... à genere deſcendit, & ſic tranſit ordine ſucceſſivo ab uno ad ... prior in gradu non poteſt ſeqventibus præjudicare. *gl. in l.* ... *verb. ex familia ff. de legat. 2. Boer. deciſ. 12. n. 4. Covarr. 2. var.* ... *n. 10.* ubi reprobat Lambertinum contrarium aſſerentem. ... hæc ſententia ex eo probatur, qvod jus patronatus comp... aliis vocatis beneficio fundatoris. *l. unum ex familia §. 1. de* ... ceſſor igitur fundatoris non poterit reliqvis præjudicare. ... *autem ſub conditione & in Aut. res qvæ C. comm. de legat. Recc.* ...

Hactenus de cauſis diſſolvendi & finiendi juris patron... là culpa. Deinceps videndum eſt de illis cauſis, qvæ cum ... qvo conjunctæ ſunt, & cum noxa fiunt. Illa culpa patroni ... eſt commiſſionis vel omiſſionis. *gl. in l. ſi mora uti Dd. ff. ſoluto matrim.*

Committendo, ſi patronus ipſe ſive per alios occidat Prælatum vel Rectorem Eccleſiæ; tunc enim ille cum poſteris uſqve ad qvartam generationem ipſo facto exuitur jure patronatus. *l. non ſolum* ... *mandatum ff. de injur. l. niſi l. 15. §. 1. ad L. Cornel. de Sicar.* ... *c. in qvibusdam de pœn. Clar. §. homicidium n. 12.* & cedit jus ... Eccleſiæ, cui illata eſt injuria. *Dd. in c. in qvibusdam junct. gl.* ... *lus in fin. 16. q. 7.*

Idem eſt, ſi prælatum vel Rectorem Eccleſiæ non penitus occiderit, ſed impias manus ei intulerit, vulnerando, vel alia ... ne offendat. *d. c. in qvibusdam, ibi, occidere vel mutilare* ...

Æqvè ut vaſallus feudo privatur, licet non occidat Dominum, ſed tantum reali injuria afficiat, manus impias inferendo *c. 1* ... *ubi Feud. qvæ fuit prima cauſ. benef.*

Aliud eſt, ſi patronus ad ſuam defenſionem adhibito moderamento inculpatæ tutelæ aliqvem ex prædictis perſonis mutilet vel occidat...

cidat; Hoc enim natura cuiqve tributum eſt, ut ſe vitam & corpus tueatur. *l. 3. de juſt. & jur Carol. conſtit. artic. 139. & ſeq.*

Amittit patronus illud jus etiam, ſi committat crimen læſæ majeſtatis. *Abb. in c. cum laici h. tit. l. qviſqvis. l. pen. & ult. C. ad L. Jul. Majeſt.* Ubicunqve enim ex delicto præcedit bonorum publicatio à jure vel ab homine, tunc etiam ſeqvitur privatio juris patronatus. *Abb. in c. qvia diligentia in fin. de elect.* at verò hoc caſu confiſcatio etiam à judice ſeculari, dummodò fiat confiſcatio univerſitatis bonorum ſive rerum. *l. 1. C. de bonis libert. gl. ad c. filiis 16. quæſt. 7.*

Qvin & patrem committentem crimen læſæ majeſtatis, per confiſcationem bonorum, non tantùm pro ſua perſona, ſed etiam pro filiis & ſucceſſoribus jure patronatus privari, tradit gloſſa *in Clementina Paſtoralis in verbo ſubjecta de re judic.*

Eodem modo, ſi patronus factus fuerit hæreticus, amittit etiam jus patronatus. *c. vergentis 10. de hæret. Aut Gazaros C. de hæret:* qvia per crimen hæreſis omnia bona jure confiſcantur. *c. cum ſeculum verſ. bona hæreticorum de hæret. lib. 6. l. Manichæos C. de hæret. gl. in c. filiis 16. q. 9. Panorm. in c. 18. & 25. h. tit.* Sed Lambertinus ſcribit, uſu introductum eſſe, ne ad fiſcum tranſeat jus patronatus, qvod hæreticus habuit, ſed Eccleſiam acqvirere libertatem. *Lambert. de jure patron.*

Sicut itaqve hæreticus non poteſt à principio ædificare vel dotare Eccleſiam, ut acqvirat jus patronatus. *Anton. de Butr. in c. nobis 25. n. 11. h. tit.* ita etiam propter ſupervenientem hæreſin privatur jure patronatus; qvod expreſsè tradit Archidiaconus *in c. qvicunq; fidelium 16. q. 7.* ubi tamen addit, eum recuperare jus illud, ſi ad fidem redeat; idem ſentit Citadin. *p. 14. n. 7. h. tit. per gl. in c. maximum, in verbo, dignitate 1. q. 7.*

At Abbas Panormitanus *in c. qvia diligentia in fin. de elect.* indiſtinctè tenet, hæreticum reverſum ad fidem non recuperare jus patronatus, uti nec alia bona; ideò qvod qvis non recuperet bona propter pœnitentiam, ubi præceſſerit bonorum publicatio; at bona ipſo jure & facto à lege ſunt publicata *c. ſecundùm leges de hæret. in 6. Abb. in c. vergentis de hæret.* qvam ſententiam tanqvam veriorem tenet Rochus de Curte *tit. Qvib. competat. q. 10. n. 27.* Y 2 Amit-

Amittitur etiam jus patronatus ex abuſu [illegible], ſi ſc. patronus Eccleſiæ, jurisdictiones, bona, cenſus, jura, feuda, fructus & qvæcunqve obventiones, qvæ in miniſtrorum Eccleſiæ [illegible] conferri debent, per ſe vel alios, vi vel qvacunqve arte aut qvocunqve colore qvæſito in proprios uſus convertat, illaq; uſurpare præſumat, ſive impediat, ut ab his, ad qvos de jure pertinent, [illegible]tur. *c. generali 13. de elect. in 6. c. in qvibusdam de pœn. c. 2 de reb. Eccleſ. non alien. lib. 6. c. qvia Clerici Ext. de ſtatu Monarch.* Et regula eſt vulgata: Conceſſa poteſtate abutentem, eadem privandum eſſe, *arg. l. Judæis, C. de Judæis*, Uti & re privari meretur, qvi male eſt [illegible] in eadem. *l. ade C locati Aut. Qvi rem hujusmodi C. de SS. Eccl.*

Si patronus jus patronatus in laicum alienaverit, amittit etiam illud jus, *c. qvia clerici 6. h. tit.* ceditqve in hac ſpecie commodum juris patronatus Eccleſiæ, *c. qvia Clerici h. tit.* Cæterùm ſi patronus [illegible] vel jus Eccleſiæ aliàs temerè uſurpaverit, non ideò illud jure ſuo privari, ſed excommunicatione coerceri, qvidam putant. *per c. præter[illegible] c. in qvibusdam de pœnis. c. filiis in fin. 16. q. 7.*

Prædictæ cauſæ amittendi juris patronatus conſiſtunt in committendo. Omittendo amittitur, ſi patronus intra præfixum non præſentaverit; nam tunc pro ea vice amittit jus præſentandi. *c. [illegible] h. tit. Uranius conſil. 34. n. 52. tom. 6. 1.* & defertur ad ſuperiorem. *Vide Tuſcus conſil. 150. tit. patrono negligenter ad qvem collatio devolvatur.*

Sic etiam patronus negligens præſentare, & patiens præſentari per alium, ſibi præjudicat qvoad jus patronatus; qvando ſoli negligenti competebat jus præſentandi *Tuſcus concl. 149.*

Patronus aliqvando privatur jure patronatus, qvando præſentaverit indignum. *Tuſc. concl. 148. Adde concl. 427. & concl. 33.* Sic omittendo amittitur jus patronatus, ſi patiatur patronus [illegible] illud ab Epiſcopo. *c. ea naſcitur 6. de his, qvæ fiunt a prælat. [illegible] Roch. verb. ipſe vel is, a qvo n. 91. Menoch. conſil. 70. n. 101.*

Denique illud notandum, qvæ de cauſis amittendi juris patronatus ex diverſis delictorum generibus, non ſolùm de perſonis patronorum ſingularibus, ſed etiam de ipſis univerſitatibus intelligi debere, ut & illa jus patronatus amittat, nam & univerſitas [illegible]

linqve-

linqvere. l. memini §. animadvertendum ubi gl. ff. Qvod met. cauſ. l. ſi uſusfructus ff. Qvib. mod. uſusfr. amitt. l. ſicut, ubi gl. in verb. non debetur ff. Qvod cujusq; uni nom. c. Romana §. in univerſitate. Ext. de ſentent. excomm. in 6. Covarr. 2. var. reſol. cap. 8. n. 9.

CAPUT XXXI.

De judicio & judice competenti in cauſis juris patronatus.

SUMMARIA:

Juris patronatus cognitio dicitur mixta. n. 1. Eſt jus ſpiritualitati adnexum n. 2. Hinc cauſa juris patronatus pertinet ad judicem Eccleſiaſticum, qvod diſtingvitur inter judicium petitorium & poſſeſſorium. n. 4. & 5. Qvatenus cauſa juris patronatus pertinet etiam ad magiſtratum civilem. n. 6. Hodie cognoſcitur in Conſiſtoriis Eccleſiaſticis. n. 7.

POſtqvam actum, qvomodo jus patronatus conſtituatur & acqviratur, itemqve diſſolvatur & finiatur, videndum eſt deinceps de actionibus, qvæ patronis competunt; Sed cum eæ in judicio coram judice proponendæ & diſcutiendæ, prius videamus de judicio & judice competenti in cauſis juris patronatus, *arg. tit. C. de jurisd. & foro compet.*

Juris patronatus itaqve cognitio cum non in qvovis, ſed in legitimo judicio, & à competenti judice fieri debeat, qværitur, ſitne judex Eccleſiaſticus, an verò laicus adeundus? non enim hac de qvæſtione eſt una omnium ſententia.

Sanè juris * patronatus cognitio dicitur mixta, nam præciſè illud jus ſpirituale non eſt, qvia per laicum poteſt poſſideri & præſcribi, *Schurff. conſil. 87. n. 13 per tot. Felin. in c. qvanto. n. 2. de judic.* ubi plures rationes ad hoc adducit. *c. qverelam Ext. de elect.* nec ſimpliciter temporale eſt, ſed ſpiritualitati qvam * proximè adnexum, adeoqve naturam ſpiritualitatis ſeqvitur. *d. c. qvanto & c. de jure h. tit. c. præterea de transact. Gail. 1. obſ. 38. n. 6.* 1 2

 Unde

Unde Dd. communiter concludunt, cauſas hujusmodi juris pa-
3 tronatus non ad judicem Eccleſiaſticum, *tanqvam præſtantius qvid pertinere, conſtat enim concreta viciſſim reciprocari. *l. qvæ religioſæ de rei vendicat. & l. arbor. ff. comm. divid.* & mixtum ſeu compoſitum ex duobus, ſeqvi naturam ſimplicis dignioris, & dignius trahere ad ſe minus dignum. *c. qvod in dubiis de conſecrat. Eccl. ubi gl.* at jus patronatus ſpiritualitati adnexum eſt dignius; qvod exinde patet, qvia laicus eſt incapax in caſibus, in qvibus fuit conceſſum. *Tuſc. verb. jus patronatus concl. 595.*

Idqve ut maximè Sec. CC. verum eſt qvoad petitorium, ſive qvando agetur de proprietate *c. fin. Ext. de judic. Mynſ. 1. obſ. 100.* qvod
4 non aliter admittendum putat Goddæus, * qvàm ſi opponatur, judicium petitorium ſolum de jure, non etiam de facto, puta de venditione, permutatione qværatur. *Gödd. in tract. de ſeqveſtrat. poſſeſſ. & fruct. cap. 1. n. 56.* Et ſic judex laicus eſt judex competens, qvando agitur d- privando patrono ſuo jure præſentandi. *c. ſignificavit de teſtib. ubi Felin.* qvia tunc non de titulo juris patronatus, ſed de excluſione ipſius patroni ob aliqvas cauſas agitur, qvod eſt diverſum. *Bald. in d. c. qvanto.*

Sic judex laicus poteſt cognoſcere acceſſoriè de jure patronatus, cum ipſa univerſitate temporali bonorum, in qva includitur jus patronatus *Cardinalis in d. c. qvanto & ibi Abb.* licet aliàs de per ſe non poterat cognoſcere. *Gigas de crimine laſæ majeſt. quæſt. in pr.* ubi probat hanc eſſe communem opinionem. *Citadin. de jure patronatus q. 20. in decima parte princ. n. 20.*

Præterea judex laicus poteſt cognoſcere de donatione, nam poterit judex ſecularis compellere donatorem ad obſervantiam contractus, ut ſc. adimpleatur contractus. *Butrius in d. c. qvanto.* Et in his caſibus, in qvibus Laicus poteſt cognoſcere, poſſunt partes in laicum compromittere. *Joan.-Baptiſta de arbitr. lib. 4. cap. 13. Cavallos p. 2. tractatus de cognitione per viam violentiæ qvæſt. 94 n. 1. & ſeqq. uſqve ad num. 15.*

5 At in mero * poſſeſſorio, ſive qvando qvæſtio eſt de poſſeſſorio juris patronatus præſentandi, eligendi, & ſimilium, in qvibus cauſis

ſuſti-

Digitized by Google

ſufficit de ſolo facto conſtare, ſive de qvaſi poſſeſſione nec veritas tituli reqviritur; Pontifices apud ſecularem poteſtatem etiam litigare permittunt; qvia poſſeſſio eſt facti. *l. 1. de acq. poſſ.* & poſſeſſorium cauſæ ſpiritualis non eſt qvid ſpirituale, cum non tangat veritatis medullam, ſed eſt temporale, *Guido Papa deciſ. 1. per tot. & deciſ. 85. in pr. Boër. deciſ. 60. n. 25. Gail. d. obſ. 38. n. 3. & 4. Mynſ. 2. obſ. 67. & cent. 5. obſ. 93.*

Et qvæſtionem ſuper facto, veluti an poſſideat? qvis poſſideat? qvanto tempore? mala ne an bonâ fide? ejusmodi facta civilia ſive externa nihil cum jure (cujusmodi eſt dominium) commune habere, probat *Goddæus d. loc. n. 56.* Qvibus addi poteſt Marta de jurisdict. *p. 2. cap. 41. n. 8. & ſeqq. p. 263.* & Cævallas *in tract. de cognitione per viam violentiæ p. 2. qvæſt. 94. n. 1. & ſeqq. & n. 10. & ſeqq.*

Tenendum itaqve eſt, qvatenus cauſa patronatus pertineat ad judicem Eccleſiaſticum; & qvatenus ad * civilem. Nam ſi cauſa ſit 6
realis, cognoſci debet à Laico, ſub qvo res eſt. *l. fin. C. ubi in rem actio c. fin. de foro compet.* In actione namqve reali perſona non dicitur obligata, nec in judicium Eccleſiaſticum trahitur, ſed res ipſa. *§. omnium Inſt. de actionib.* Atqve idem eſt, ſi poſſeſſorio judicio agatur, ut ſcil. de ea re judex civilis cognoſcat. *Panorm. in c. literas de juram. calumn. Gail. 1. obſ. 38. n. 3.*

Uti verò olim apud Eccleſias Epiſcopale illius loci forum ſectari patronus ſolebat: Ita hodie * hujusmodi generis cauſæ in proteſtan- 7
tium provinciis, coram judicib. Eccleſiaſticis ſive Conſiſtoriis dijudicantur, & utrobiqve qvidem, ſi de præſentationis jure lis ſit mota; Sin verò de Eccleſiæ bonis alibi ſitis lis ſit, itidem adeundus erit judex illius territorii, ut modò dictum. *d. l. fin. C. ubi in rem actio. c. fin. de foro compet*

Huc pertinet illa qvæſtio valde utilis. An Duces & Principes Academiarum fundatores & patroni poſſunt de cauſis inter Academias & civitates, in qvibus ſunt Academiæ, agitandis cognoſcere & pronunciare? Ut paucis dicam: Rectè dicitur ejusmodi Duces & Principes, qvando publicè vel ad bonum publicum, vel ex legis diſpoſitione Principis intereſt, judices tunc competentes eſſe, adeoqve nulla ra-

tione

ratione recuſari & repudiari poſſe : at qvando privatum Princi[illegible] intereſſe vertitur , ſive qvando partialitas eſt ex privato comm[illegible] & utilitate , tunc id non habet locum. *Auguſt. Merla in* [illegible] *p. 1. in pr. n. 112. tit. 2. de jurisd.* nam ratione ejus, qvod illo[illegible] privatim intereſt, Principes & Duces partis locum tenent : [illegible] qvando publicum intereſſe Principum vertitur, tùm duplicem perſon[illegible], nimirùm partis & judicis repræſentare poſſunt. *conr. l. qvo ju*[illegible] *ff. de jurisd.* Nec Duces patroni tunc judicant in propria cauſa, [illegible] in negotio Academiæ : nàm Academiæ negotia neutiqvam ſunt Ducum propria : qvia illa tantùm propria dici poſſunt qvæ directò [illegible] Principes ipſos attingunt, neqve qvæ ad ſubditos ſpectant, de qvib[illegible] provinciæ præſides jure & meritò judicant.

Sic etiam conſtat, Principes cæteroſqve Dominos pro tuendis & conſervandis Regalibus ſuis, cujusmodi certè ſunt Academiæ, judicandi munus rectè & juridicè uſurpare. *Rol. à Valle* co[illegible] *vol. 1. Afflict. in c. illud. n. 32 de prohib. feud. alienat. Freder.* Imò & extra controverſiam eſt, Principem omnium rerum omni[illegible] perſonarum, qvæ in ſuâ Provincia inveniuntur, ibiq; domicilium [illegible], protectorem & magiſtratum ordinarium eſſe. *l. 1 & tot. tit.* [illegible] *de jurisd. Bald in Rubr. de rer. diviſ. n. 6. Natta conſil. 636. n.* [illegible] & vel per ſemetipſum, vel per conſiliarios cæterosqve officiale[illegible] rectè dicere, neqve illi exceptionem, qvam vocant, partial[illegible] ratione objici poſſe. *l. 1. & tot. tit. ff de offic. Quis C. va*[illegible] *ſuper qvæſturæ Ext. de offic. de leg. Reuſn. conſil. 17. lib. 2. num.* [illegible] tè ſi Senatus oppidanus vim & injuriam faciat Academi[illegible], qvis [illegible] ſo alius magiſtratus adeundus eſt, qvam Dominus Provin[illegible] . c[illegible] Senatus interdicto eſt ſubjectus tam in criminalibus qvàm [illegible] *l. 1. & tot. tit. ff. & Cod. de jurisd.* Qvin & præſidibus provin[illegible] incumbit, ut in crimina & ſcelera in provincia commiſſa [illegible], cognoſcant, & provinciam malis hominibus purgent. *l pr*[illegible] *gruit. de offic. præſ. Nov. 17. de mandatis Princip. cap 2.* N[illegible] etiam, qvi concorditer docent, Principes & ſuperiores Prov[illegible] Dominos etiam in propria cauſa pro [illegible] judices eſſe legitimos, & delinqventes jure mulctare, vel [illegible]

cere

cere poſſe. *l. unic. ff. ſi quis jus dic. non obtemper. l. 2. §. 1. ff. ſi quis in jus voc. non jur. & utrobiq; Interpp. Natta conſil 576. n. 1. Cacher. conſiſ. 9. n. 47. Knichen de jure territorii cap. 1. n. 194.* Qvod cæteris paribus, & ſi judicium ex viris legum & rerum peritis conſtituetur, veriſſimum eſſe, nemo, ut opinor, negaverit. *Cothm. d. loc.*

Et hæc ſententia, qvæ ſummam habet rationem & æqvitatem, niſi recipiatur, futurum utiqve eſt, ut nulli Electorum vel Principum in ſua Provincia, imò ne qvidem Regi & Cæſari ipſi cognoſcendi & judicandi poteſtas in cauſis provinciales ſuos concernentibus, etſi omni caſu ſint Imperii, Regni, aut Provinciæ ſuæ Patroni, imò patres, & eorum ſemper vel maximè interſit, ut ſingulis, qvod ſuum eſt, tribuatur. Et hinc eſt, ſi in præfecturis Ducalibus res & lis ſit cum aliis ſubditis Provincialibus, nihilominus Duces & Principes ordinarios judices eſſe, cum præfecturæ illæ non ſolo ſuperioritatis & patrocinii jure, ſed & dominio & proprietate Ducum ſint, & hi ſoli in illis intereſſe habeant, ut proinde multò magis in cauſis Academicis judicandi munus juſtiſſimè & rectiſſimè ſibi uſurpent, cum Academicarum rerum proprietas ad Principem non pertineat, qvamvis ex Academiis ſuis multum privatum intereſſe Principis capiant. *D. Cothm. conſil. Acad. 47.*

Illud adhuc notandum: Qvod dicitur, Princeps turbatores ſuæ jurisdictionis ſine ſtrepitu judicii punire, & omiſſo juris ordine ab executione inchoare poſſe; id non habere locum, qvando negotium eſt Principi, tanqvam parti cum aliqvo: Cum enim hoc caſu de privato Principis intereſſe tractatur, non poteſt Princeps in propria cauſa injuriam ſibi illatam vindicare, per notata Gailii *lib. 1. obſ. 39. num. 4. Weſenbecii conſil. 33. per tot.*

CAPUT XXXII.

De remediis ſive actionibus reſpectu juris patronatus competentibus.

SUMMARIA:

Pro jure patronatus competit actio confeſſoria, vel negatoria utilis. n. 1. 2. & 3. Item rei vendicatio. n. 4. Utile interdictum

Digitized by Google

uti poſſidetis. n. 5. Utile interdictum, unde vi. n. 6. Actio injuriarum. n. 7. Condictio ex L. diffamari. n. 8. Officium Epiſcopi. num 9.

DAto judice competenti, videndum eſt de actionibus, qvæ competunt Actori, ſi de qvaſi poſſeſſione juris patronatus, vel ſi de ipſo jure ſive proprietate juris patronatus illi cum Reo eſt controverſia, qvod alius ab alio vendicat, vel alius alii negat.

Ad aſſerendum ſeu vendicandum jus patronatus, inſtitui poteſt actio, qvæ non eſt perſonalis, ſed realis, nimirum actio confeſ-
1 ſoria * utilis. § *aqvè ubi Interpp. Inſt. de act. l. 1. & toretit. Si ſerv. vindicetur D. Cothm. reſp. 47. n. 12. vol. 1.*

Sanè ſecundùm jus civile actionem confeſſoriam & negatoriam Actionem contra Reum qvoad juris patronatus, & aliorum jurium ſimilium exercitium inſtituere non poſſe, latè conatur probare Joannes Vandus *lib. 2. qvaſt. 27.* aſſerens, confeſſoriam ac negatoriam, uſusfructus & ſervitutum proprias actiones eſſe. *l. 1. l. 4. §. 1. & §. ſi qvis mihi in fin. & §. ſeq. ff. ſi ſerv. vindic. l. 1. ff. ſi uſuſfr. pet. §. aqvè Inſt. de act.*

Utiles autem actiones non ad omnia jura perſeqvenda, ſed ad ſervitutes duntaxat fructuariis, ſuperficiariis & creditoribus dari ſolere *l. & qvi pignus ff. de ſervit. l. 1. §. pen. de ſuperficieb.* & proinde actiones certæ cauſæ inſtitutas ad alias ſpecies trahere, eſſe jurisdictionis prætoriæ, non etiam Interpretum. *l qvia actionum ff. de praſcript. verb. l. ſi menſor §. ult. ff. ſi menſor fals. mod.*

Sic & Dn. Cothmannus *reſp. 32. n. 71. vol. 1.* fatetur ſententiam contrariam eorum, qvi actionem confeſſoriam pro aliis juribus competere aſſerunt, dubiam, ancipitem, periculoſam & diſputabilem eſſe. Sed tamen ita communiter receptum eſt, per allegata à D. Coth. *d. loc. n. 70.* Oldendorpio *clas. 3. act. 4. pag. 214.* Soarez *in recept. ſentent. verb. actio confeſſoria n. 25.* qvem refert etiam Obrecht de jurisdict. *lib. 3. cap. 25. n. 6.*

2 Et hanc * communem Interpp. opinionem, qvod ſc. negatoria utilis detur in Camera Imperiali receptam eſſe, refert & probat tribus

præ-

Digitized by Google

præjudiciis Rutger Ruland. *in tract. de commiſſ. lib. 3. p. 3. cap. 18. n. 9.* Si eſt, qvod ad vindicandum jus patronatus illa actio parata ſit, conſuluit Weſenbecius *conſil. 48.* ubi *n. 2.* tradit, qvod jus patronatus ſit qvidam ſervitus Eccleſiæ, & ſervitutibus comparetur, & ex earum jure æſtimetur. *Roch. de Curte verſ. & dotavit num. 4.*

Cum igitur * qvis turbatur in jure præſentandi, qvod competit patrono Eccleſiæ, vel in aliis juribus Eccleſiaſticis, poteſt agere qvaſi confeſſoria. *Bald. ſup. Rubr. C. de uſufr. Faber. Jaſon. & Schneidvv. ad d. §. æqvè*, qvod tamen communioribus Interpp. placitis ad hunc modum reſtringi & explicari ſolere, tradit D. Cothman. *d. loc. n. 73.* ut ità demum pro jurisdictione & ſimilibus juris incorporalibus actio negatoria detur, ſi aliqvis in iſtis jure ſervitutis alicujus impedimentum inferat V. G. jurisdictionem nos habere neget, niſi ipſi qvotannis precium ſolvamus; Secus autem ſe habere, ſi adverſarius jurisdictionem ſuam eſſe, vel ad ſe pertinere contendat. *Schneidvv. ad d. §. æqvè num. 33. cum ibi Alleg.* 3

Deinde, qvamvis rei vendicatio regulariter tantùm competat ad rem corporalem. §. *omnium ubi Interpp. Inſt. de act.* non etiam ad incorporalem. *Weſenb. in parat. ff. de rei vendecat. n. 5. verſ. nam jura.* Qvando tamen incorporalia veniunt acceſſoriè ad rem corporalem, ſicut jus patronatus ſemper cohæret Eccleſiæ, &c. tunc etiam locum habet rei * vendicatio *per l. 1. §. hoc interdictum junct. verſ. planè. §. Si fundus ff. de vi & vi arm. Faber. in d. §. omnium Inſt. de actionib.* 4

Et tunc competere rei vendicationem ad Eccleſiam pro jure patronatus, qvod qvis habet, in ea tradit Andr. Barbat. *in c. qvanto de judic.* allegans ad id *l. qvi tabernam ff. de contrah. emt. & l. ſi domus, §. 1. de legat. 1. Lambertin. qvæſt. 1. artic. 7. n. 8. & gloſſa in l. in rem §. loca ſacra ff. de rei vendicat.* ubi dicit, qvod jus patronatus petatur condictione ex jure Canonum, vel ex lege.

Et hucusqve de remediis ad petitorium ſpectantibus. Si verò inter actorem & reum de poſſeſſione eſt controverſia, qvia actor turbatur in qvaſi poſſeſſione juris patronatus, ſive juris eligendi, vel præſentandi, pro retinenda poſſeſſione rectè experitur utili interdicto uti poſſidetis * *c. licet cauſam Ext. de probat. Menoch. remed. retinend.* 5

 poſ-

poſſeſſ. 3. n. 107. cum ſeqq. Andr. Gail. de pignorat. cap. ult. in fin. ubi diſertè ſcribit, experiri poſſe qvemlibet utili interdicto uti poſſidetis, ſi qvis indebitè & de facto in poſſeſſione vel qvaſi juris venandi, vel alia ſervitute turbetur. *per l. ſicut autem §. Ariſto verſ. dicit igitur in fin. ff. ſi ſerv. vendic.* idem tradit Scharffius *conſil 78. n. 5. cent. 1.* Mynſ. *conſil. 16. n. 2.* Virgenius Bocatius *tract. de manutentione in poſſeſſione cap. 1. n. 29.* ubi dicit, Patrono Eccleſiæ in qvaſi poſſeſſione præſentandi turbato, adverſus turbantem concedi mandatum de manumittendo Oldendorp. *cl. 2. act. 4. qvaſt. 5. n. 4.* ubi etiam tradit, interdictum uti poſſidetis, ei utile eſſe, qvi turbatur in jurisdictionis alienatione jurium qvaſi poſſeſſione *per l. 1. C. uti poſſid. & in d. c. licet de probat. l. 1. in princ. uti poſſid.*

Sic Epiſcopo, patrono, item Rectori Eccleſiæ aut Academiæ itemqve magiſtratui competere interdictum uti poſſidetis, ſi turbentur in legitima poſſeſſione vel qvaſi Epiſcopatus, præſentandi, Rectoriæ, vel gubernationis, jurisdictionis, notat Menoch. *interd. retinenda n. 126. 131. & n. 143. cum ſeq.*

Si qvis dicat, juris patronatus uti & jurisdictionis poſſeſſionem eſſe nullam, qvi & conſeqventer huic interdicto locum non eſſe, *arg. l. 1. §. pen. ff. uti poſſid.* Ei reſpondendum eſt, hodie contra jus civile in Imperio Romano jurisdictionis, itemqve juris patronatus qvaſi poſſeſſionem conſvetudine eſſe receptam, adeoqve interdicto hoc Actorem contra turbatorem experiri poſſe. *arg. l. ſi procuratorem 8. §. mandati actio circ. princip. ff. mand. Obrech. d. cap. 25. n. 11. & ſeqq. Paurmeiſt. de juriſd. cap 27. n. 10.*

Hinc etſi nemo de ſua poſſeſſione per vim dejectus dici poteſt, qvi non ex ſolo vel rebus ſolo cohærentibus, veluti ex fundo aut ædibus dejectus ſit, *fac. l. 1. §. 3. de vi & vi arm. l. 2. C. unde vi.* tamen itidem hodiè in Imperio Romano conſvetudine eſt receptum, ut etiam contra reum, à qvo de ſua qvaſi poſſeſſione jurisdictionis & ju-
6 ris patronatus dejectus, competat utile * interdictum, unde vi. *arg. c. querelam verſ. fin. Ext. de elect. Menoch. de rep. poſſ. remed. 1. n. 81. cum ſeq. Oldend. cl. 2. act. 10. q. 3. n. 6. verſ. dejectus à qvaſi poſſeſſione. Obrech. d. loc. n. 49. & ſc. Beer. de juriſd. cap. 10. n. 3.*

Prætere-

Digitized by Google

Præterea actor de qvaſi poſſeſſione juris patronatus per vim de-
jectus, vel etiam in ea turbatus, Reum injuriarum * actione conveni- 7
re poteſt coram judice laico. *fac. l. injuriarum 13. §. ult. & l. qui in do-
mum 23. de injur. Menoch. remed. retin. poſſ. 3. n. 606. Gail. PP. obſ. 27.
& 29. Weſenb. conſil. 43. n. 94. & conſil. 33. n. 14. Barbatia in c. qvan-
to de judic.*

Qvin etiam ſi qvis de iniqva juris patronatus poſſeſſione vel qva-
ſi diffametur, poterit diffamans, tanqvam * reus conventus ex pra- 8
ctica *L. diffamari C. de ingen. manum.* petere à judice, ut faciat citari
reum diffamantem tanqvam actorem, & ut ſtatuat ei terminum cer-
tum, infra qvem agat vel accuſet diffamatum, ſub illa comminatione,
ut ſi in illo termino non compareat, de cætero non audiatur, & ei
perpetuum ſilentium imponatur; Qvod etiam obtinet, ſi citatus in
termino compareat, veruntamen ſuam diffamationem & aſſertum jus
non probet. *arg. l. diffamari, ubi Oldend. Blarer. it. Gail. 1. obſ. 12. per tot.*

Deniqve, ſi Epiſcopus neglecto eo, qvi jus patronatus habet, ali-
qvem inſtituat de facto, ſive autoritate ſua violenta, tunc poteſt Pa-
tronus apud Metropolitanum aut Archiepiſcopum * ex jure patrona- 9
tus petere, ut inſtitutio violenter facta, pronuncietur irrita. *c. decerni-
mus 16. q. 7.* ubi traditur, beneficia patronata non poſſe conferri ſine
conſenſu patronorum præſertim Laicorum. *Bran. conſil. 18. n. 5. & 7.*

Et hinc etiam eſt, qvod beneficiorum unio fieri non poſſit invito
Patrono laico: cum aliàs inde laici deterrerentur à dotandis beneficiis.
V. Faber lib. 6. Cod. tit. 1. defin. 8. & defin. 8. & defin. 7. n. 2. & per tot.

Cæterum, qvando duo vel plures inter ſe litigant de ipſo jure pa-
tronatus, uter ſc. illorum meliore jure ſibi vendicet jus patronatus in
beneficio: tunc allegandi ſunt modi ſive cauſæ, qvibus acqviritur jus
patronatus, & petitur id ſibi concedi, contra alterum adverſarium.

Circa præſentationem litigatur, cum unus aut plures ſimul pa-
troni præſentant aliqvem Epiſcopo tanqvam idoneum, cui beneficium
eccleſiaſticum demandetur, commendant, atqve ut illum recipiat &
confirmet, rogant. *c. ſignificaſti & c. transmiſit Ext. h. tit.*

Aliqvando inter ſeſe diſſentiunt Patroni, & alius alium

Digitized by Google

offert Epiſcopo inſtituendum, & tunc diſceptatur, uter magis idoneum obtulerit, & rogatur, ut ille recipiatur. *c. conſiderandum &c. ſi plures 16. q. ult. &c. qvoniam in qvibusdam Ext. h. tit.* De honore præſtando itemqve commodis nimirum aut ſuppeditandis alimentis, agit Patronus tanqvam ex obligatione allegati modi ſeu cauſæ ex jure *Conrad. Lagus in comment. juris. p. 4. cap. 8.* Addantur qvæ dicta ſunt *ſup. cap. 24. verſ. pro alimentis impetrandis,* ubi tradidi, patronum inopia poſſe convenire Eccleſiam jure actionis; poſſe idem implorare officium judicis Eccleſiaſtici, *per c. nobis h. tit. c. qvicunq; 16. q. 7. Citad. de jure patron. art. 4. p. 6. in 3. qvaſt. n. 259. Surd. de alimentis tit. 3. qvaſt. 3. num. 4.*

CAPUT XXXIII.

De proceſſu judiciario, & de diverſis juris probandi modis, Item de officio judicis in cauſis juris patronatus.

SUMMARIA:

Proceſſus in judicio juris patronatus eſt ſummarius. num. 1.

Jus patronatus qvomodo probatur? n. 2. Aliqvando etiam indiciis. n. 3. Qvi illud ſibi aſſerit, debet hoc probare. num. 4.

In principibus & potentibus præſumitur uſurpatio. n. 5.

Qvoad jus patronatus acqvirendum, diſtingvendum eſt inter jus patronatus novum & vetus. n. 6.

Qvomodo jus modernum probatur. n. 7.

Qvomodo probatur idem, cujus primordium ſibi aſſerit univerſitas. n. 8.

Jus patronatus probatur ex prima fundatione, & reſtauratione. n. 9. Per literas privilegii. n. 10. per inveſtituram. num. 11. longa poſſeſſione. n. 12. qvod explicatur n. 12, 13. ex finibus territorii. n. 14.

Principes ſeculares non præſumuntur habere jus patronatus in Eccleſiis Cathedralibus. n. 15.

Jus

Digitized by Google

Jus patronatus qvomodo transferatur. num. 16. 17. 18. 19.
Jus patronatus probatur etiam per teſtes. n. 20. per inſtrumenta. n. 21. Admittit etiam probationes aliqvando imperfectas. num. 22. per libros antiqvos. n. 23. per famam. n. 24. per actus præſentationis. n. 25. per ſententiam. n. 26. per inſignia. n. 27. Officium judicis in judicio juris patronatus. n. 28.

HUcuſqve de judice competenti, itemqve de actionibus, qvæ inter Actorem & Reum obtinent; Videndum itaqve jam eſt de proceſſu judiciario, & præſertim de variis modis probandi juris patronatus, & deniqve breviter de officio judicis in jure patronatus.

Proceſſum qvod attinet, ille * eſt Summarius, in qvo procedi- 1
tur levato velo, de plano, ſine figura judicii, ſola facti veritate inſpecta. *Clementina diſpendioſam ubi CC. de judic.*

Qvandoqvidem autem tota vis proceſſus & virtus cauſarum adeoqve omnium controverſiarum exitus principaliter inter alia conſi-
ſtat in probatione,* qvam exinde animam proceſſus appellat *Damhud:* 2
in praxi civili cap. 156. n. 11. & qvæ cauſæ victoriam & deciſionem reſpicit, ut ſcribit Auguſtinus Berous *quæſt. 50. n. 1.* idcircò qvaliter jus patronatus in judicio probari in caſu neceſſitatis poſſit, hoc loco aperiemus.

Sanè juris patronatus probatio non admodum proclivis & obvia eſt; qvia nimirum fortè longo annorum ſpatio nullum ejus exercitium exſtitit, qvia non accidit caſus præſentationis, nihilqve ſit hominum memoria fallacius, nec vulgi teſtimoniis incertius, qvin etiam Scripturæ vel hominum negligentia, vel etiam caſibus fortuitis intereant. *Archidiac. in c. unico de jure patron. in 6. Maſcard. de probat. concl. 958. num. 1.*

Non tamen adeò difficilis eſſe videtur, uti adulterium & alia delicta, qvæ occultè fiunt & clam. *Maſcard. concl. 57. n. 3.* Sed qvandoqve verè & concludenter probari poteſt. Regulare enim eſt, qvibus modis qvod conſtituitur vel acqviritur & transfertur, iisdem modis etiam probari. *Maſcard. d. loc.*

Sed qvando illud ob antiqvitatem temporis, vel etiam ob amiſ-
ſionem

Digitized by Google

ſionem ſcripturarum, fundationum & ſimilium probari directè non poteſt, tunc lex indiciis, conjecturis & veriſimilibus contenta eſt, qvam præſumtivam probationem nominamus. *Bald in Anthent. Qvas actiones ad fin. C. de SS. Eccl. & in l. ſi fundum C. de rei vendicat.*

Cum autem ſervitus contra naturam ſit, qvippe qvæ omnia in libertatem poſuit. *§. 1. Inſtit. de jure perſ. ubi Interpp. gl. in l. altius, verb. prohibet. C. de ſervit. & aqva.* Itemqve res qvælibet præſumatur libera, & pro libertate judicandum ſit *l. 38. in pr. de re judic. c. fin. de ſent. & re judic. Chaſs. ad conſvet. Burch. Rubr. 1. §. 4. n. 6.* exinde præſumtione juris communis probabile eſt dicere, Eccleſiam fuiſſe conſtructam ab illo populo, vel ab illis Parochianis, ubi eſt conſtructa Eccleſia, adeoqve Eccleſiam eſſe liberam. *c. omnes baſilicæ 16. q. 7. c. ex freqventibus de inſtitut. c. cum venerabilis de except. Covarr. in c. poſſeſſor. malæ fidei §. 10. num. 7. Roch. verb. extruxit n. 29.* eiqve creditur, qvoad probetur Eccleſiam illam eſſe patronatam. *Menoch. præſumt. 90. n. 1. & 2. seqq. lib. 3. Ricc. deciſ. 145. n. 24. & ſeq.*

4 Qvi itaqve * aſſerit ſibi jus patronatus competere, tenetur ſuam aſſertionem probare. *l. generaliter ſi petitum in fin. ff. de fideicomm. libert. l. cum de indebito in pr. de probat. Gail. 2. obſ. 128. n. 1.* ubi illud monendum; In perſonis potentibus ſeu univerſitatibus cujusmodi perſonæ ſunt omnes Domini, civitatum caſtrorum aut locorum Duces, Marchiones alioqvi perpetuam jurisdictionem habentes pleniorem, & exactiorem probationem exigi, qvàm aliàs, qvia in potentibus per-
5 ſonis præſumitur uſurpatio, ſive jus patronatus ex uſurpatione * potius ac qvaſi, non ex fundatione eſſe, & idcircò præter legitimum temporis curſum, reqviruntur etiam præſentationes continuatæ, non minori ſpacio, qvàm 50. annorum. *Menoch. præſumt. 90. n. 1. & 2. ſeqq. lib. 3.*

Qvando verò recurrimus ad modos conſtituendi & acqvirendi jus patronatus, tum iis probatis, facilè & ipſius probatio pateſcit. Ubi pro majori evidentia diſtingvendum eſt inter jus patronatus moder-
6 num ſive noviter * conſtitutum, & jus patronatus vetus ſive antiqvū; qvæ diſtinctio attendenda eſt; qvippe qvod illius probatio non adeò eſt difficilis, ſicut antiqva per notata Maſcardi *d. concl. 958. n. 30. & 33.*

Novum jus patronatus probatur conſtitutione & acqviſitione, qvod

qvod fit tribus modis: 1. Fundi aſſignatione, 2. Superædificatione ædis ſacræ, & 3. dotatione ſive aſſignatione annui cenſus pro ſuſtentatione Eccleſiæ &c. *c. tribus 36. de conſecrat. diſt. 1.*

Qvia verò ea ſimul concurrere non eſt opus, ideò qvod ſint modi inter ſe diſtincti, *fac. c. nobis 25. h. tit. Menoch. conſil. 241. n. 2. lib. 3. & conſil. 512. n. 2. & ſeqq lib. 6.* idcircò nec omnia copulativè debent probari; & proinde ſingula docere, ſatis eſt. Nam evenit qvandoq; ut ab uno ſit Eccleſia fundata & conſtructa, non tamen dotata; alius verò qviſpiam de conſenſu diœceſani hujusmodi Eccleſiam dotaret, utiqve ipſe ſolus acqvireret jus patronatus. Talis igitur probare debet, prius Eccleſiam indotatam fuiſſe, nec potuiſſe recurſum haberi dotuiſſe ad fundatorem vel conſtructorem; & conſenſum diœceſani in dote conſtituenda interveniſſe *Maſcard. d. concl 958. n. 34.*

Primò itaqve circa jus patronatus * modernum principaliter probanda erit fundatio, dotatio & conſtructio Eccleſiæ; qvæ qvidem probatio fundationis probata per literas fundationis aliasqve ſcripturas, & publica inſtrumenta adeò operatur, ut non ſit neceſſe demum probare ſibi reſervatum jus patronatus, nec expreſſus diœceſani conſenſus *Maſcard. concl. 958. n. 23.* 7

Sed ſi agitur de probando jure patronatus, cujus primordium ſibi aſſerit univerſitas, vel collegium, vel * civitas, tunc non ſufficit ex literis probare dotationem, fundationem, aut conſtructionem ab univerſitate vel civitate fortè de eleemoſynis aut ſtipe populi collecta factam, ſed in ſpecie demonſtrandum eſt, ex bonis ipſius univerſitatis ſive impenſis, ex pecunia publica in eam rem factis, conſtructam, fundatam & dotatam Eccleſiam, vel monaſterium, vel aliam qvamcunqve domum religioſam; ideò qvod illi ſoli acqvirant jus patronatus, qvi de ſuis propriis bonis fundarunt, & dotarunt Eccleſiam. *Maſcard. d. loc. n. 35. Modeſt. Piſt. vol. 1. conſil. 43. n. 22.* ubi exinde infert, jus patronatus ad Principem ideò non pertinere, qvod ſubditi ejus dotarunt Eccleſiam; nec civitati competere jus patronatus ex eo, qvod ſinguli cives dotarunt Eccleſiam; & è contrario; qvia alia eſt ratio univerſitatis ſeu civitatis in univerſo, & ſingulorum. *Modeſt. Piſtor. d. loc. num. 34.* 8

Sed cum non tantùm ex prima fundatione, ſed etiam ex
9 ſubſecuta reſtauratione * Eccleſiæ antiqvæ penitùs dirutæ & deſtructæ jus patronatus acqviritur, uti ſupra probatum eſt; exinde etiam conſeqvitur, jus patronus non minus ex reædificatione qvàm fundatione facta doceri poſſe. *arg. c. præterea &c. nobis h. tit. Modeſt. Piſtor. d. conſil. 43. n. 32. vol. 1.*

Præterea, qvia ex ſpeciali Imperatoris aut Pontificis, Regum aut Principum privilegio de novo qvis adipiſci poteſt jus patrona-
10 tus; Certè qvin per literas * ejusmodi privilegia, qvia ea rem notoriam & evidentem reddunt. *c. cum contingat Ext. de reſcript.* ſi literæ eæ ſint integræ nec raſæ aut aliàs vitioſæ, pleniſſimam conceſſionis factæ probationem inducunt. *c. inter dilectos. de fide inſtrum. c. cum perſona eod. tit. in 6. Maſcard. concl. 958. n. 1.*

11 Sic qvia jus patronatus atiam mediante * inveſtitura feudi acqviri ante probatum, inde deducitur, etiam idem jus aſſertum probari literis inveſtiturarum, in qvibus jus illud conceſſum eſt. Inveſtituræ enim publicam merentur fidem, & ſunt probatio probata, faciuntqve rem indubitatam. *l. cum precibus C. de probat. c. poſt. conceſſionem, ubi CC. Ext. de fide inſtrum. Rol. à Valle conſil. 76. n. 8. conſil. 79. n. 47. conſil. 85. n. 38. vol. 1.*

Probatum itidem eſt ſuperius, jus patronatus acqviri præ-
12 ſcriptione, unde itidem ſeqvitur, illud ex longæva * poſſeſſione vel qvaſi juris præſentandi deduci poſſe: qvia ea poſſeſſio loco tituli habetur per relatos à Maſcardo *concl. 958. num. 3. & 4.* ubi addit, id eousqve procedere, ut præſentatio facta ab hujusmodi poſſeſſore bona fide præferatur, (nam qvando conſtat de injuſto & invalido titulo, itemqve de mala fide, tunc neqve etiam tempus immemoriale qvamvis legitimè probatum juvat; nam qvando in claris ſumus, eo caſu ceſſat præſumtio, qvæ aliàs ex tempore immemoriali reſultat, *Ricc. deciſ. 144. de jure patronatus,*) præſentationi factæ à proprietario *Abb. in c. qverelam n. 5. de elect.* ubi rationem adducit; qvia præſentatio, electio, & cætera hujusmodi, ſunt fructus juris patronatus; qvapropter ſicut fructus rei temporalis ad poſſeſſorem bonæ fidei, non autem ad Dominum ipſius rei pertinent. *l. bona*

fidei

Digitized by Google

fidei ff. de acqvir. rer. domin. c. gravis de reſtit. ſpoliat. ita fructus iſtius rei ſpiritualis debent pertinere ad eos, qvi ſunt in poſſeſſione. *Rol. à Valle conſil.* 47. *n.* 28. *lib.* 1.

Qvin & adeò jus probatur ex antiqviſſima poſſeſſione, etiamſi de poſſeſſione non conſtaret, niſi ex unica præſentatione, qvam inſecuta eſt inſtitutio; qvia in jure patronatus attendatur ultimus ſtatus, & immediatè qvaſi ultima poſſeſſio & ultima præſentatio patroni, qvæ ipſa qvoad effectum manutentionis patronorum maximæ conſiderationis eſt, ita ut virtute illius patronus ſit manutenendus in ſua poſſeſſione præſentandi, qvæ reſultat ex ultimo actu præſentationis *v. ſcribens:* Corvallas *de cogn. p* 373. *n.* 20. *&* 21. *&* 22. *c. conſultationibus h. tit. c. cum olim de cauſ. propriet. & poſ.* Qvia in judicio poſſeſſorio Sumariſmo paria ſunt, qvem eſſe patronum, vel eſſe in qvaſi poſſeſſione juris præſentandi. *Abb. in d. c. conſultationibus Fr. Marci deciſ.* 119. *vol.* 1. *Rota. deciſ.* 2. *n.* 2. *de preb. in nov. & deciſ.* 49. *de reſcript. in antiq. Roch de Curte ad verb. competens alicui. n.* 35.

Qvomodo probatur, qvem eſſe in qſ. poſſeſſione præſentandi, & qvomodo præſentatio probetur, tradit Maſcard. *concl.* 1216. Præſentatio an & qvomodo in tempore facta præſumatur Maſcardus *concl* 1117.

Illud autem tenendum eſt hoc loco, jus patronatus non probari ex poſſeſſione, qvando intentatur petitorium; nam illo caſu ea poſſeſſio non probat intentionem agentis; qvia non ſeqvitur; ego poſſideo bona fide patronis concedentibus, ergò ſum Dominus; qvippe qvod iſta penitus ſint diverſa & nihil commune habent, ut ex Lambertino tradit Maſcardus *concl.* 958. *n.* 8.

Secus ſi ageretur poſſeſſorio, vel etiam petitorio & poſſeſſorio ſimul; qvia tunc ſufficeret probare in poſſeſſorio, vel etiam qvaſi poſſeſſionem; niſi adverſarius melius probaret in petitorio, *ut in c. cum dilectus de cauſ. propriet. & poſ.* qvia tunc præferendus eſſet verus Dominus; non autem præſumtivus *ut in d. c. cum dilectus.*

Verùm ſi ageretur tantùm poſſeſſorio, vel petitorio & poſſeſſorio ſimul, & adverſarius non probaſſet in petitorio, utiqve illa poſſeſſio multum prodeſſet, in tantum, ut ea ſtante ordinarius teneretur inſtituere præſentatum, nec taliter præſentatus poſſet poſtmodum mutare, * ſi adverſarius appareret verus patronus, 12

 Maſcard.

&c. Maſcard. concl. 958. n. 9. cum ibi alleg. & concl. 1213. ubi tradit, qvid in hac præſcriptionis & poſſeſſionis vel qvaſi probatione ulterius reqviritur.

Qvin etiam jus patronatus confirmatur & probatur per literas Epiſcopi, electos inſtituere ſoliti, aſſerentes aliqvem eſſe patronum Eccleſiæ, qvamvis de jure eligentis non conſtat. *Covarr. pract. quaſt. cap. 21. n. 2. Maſcard. concl. 958. n. 11. 12 Abbas conſil. 62. n. 72.*

14 Deniqve probatur jus patronatus ex finibus territorii. * Generaliter enim, qvidqvid eſt intra fines regni, provinciæ, civitatis, caſtri, id cenſetur illius eſſe, cujus eſt regnum, provincia, civitas, caſtrum. *l. 1. §. initio 4. verſ. qvicqvid intra urbem ff. de offic. praf. urb. l. mala 29. cum l. ſeq. ff. ad municip. l. pupillus 239. §. territorium 8. de verb. ſign. c. omnes baſilica 17. q. 1. Maſcard. concl. 270. & concl. 296. Menoch. 3. praſumt. 100.*

Et in hoc jure vi & virtute juris territorialis Principes & alii ſtatus Imperii, fundamentum ſuum ponunt probandi jus patronatus in ſuis territoriis, qvaſi juris præſumtione fundatum, habeant intentionem in Eccleſiis, & aliis collegiis ac particularibus beneficiis; nam præſumuntur talia beneficia fluxiſſe à Principe, tanqvam à fonte & nutricio Eccleſiarum. *Faber. lib. 1. Cod. tit. 2. defin. 48. in not. n. 7* Reinking *lib 3. c. l. 1. cap. 9. num. 3.*

Qvod ita obtinet in Eccleſiis parochialibus; & ſecus eſt in Ec-
15 cleſiis Cathedralibus, nam Principes ſeculares non præſumuntur * habere jus patronatus in Eccleſiis illis Cathedralibus in territoriis ſuis ſitis, *Borch. in conſiliis p. 2. pag. 453. verſ. & licet. & pag. 154. verſ. agitur ſeqvitur.*

At Eccleſia exiſtens in aliqvo loco, in dubio præſumitur eſſe exſtructa à populi illius loci, vel ab illis parochianis, ubi ſita eſt Eccleſia; & per conſeqvens, jus patronatus in iſta Eccleſia præſumitur pertinerere ad populum iſtius loci. *Maſcard. concl. 587. n 3, Roch. verbo conſtruxit n. 28.*

Cæterum præſumtio illa, qvod ſc. omnia intra territorii terminis incluſa, ſint Domini, hoc regulariter tantùm obtinet in ſummo Principe propter univerſalem juriſdictionem & protectionem competen-

petentem. *Cravett. conſil. 615. n. 13. Faber. lib. 3. Cod. tit. 12. defin.* 17. At in inferioribus Principibus hoc fallit, eò qvod locus exemptus in territorio Principis eſſe qveat. *Mynſ. conſil. 16. n. 45. p. 1. Gail. de arreſt. cap.* 6. Qvo caſu paria ſunt eſſe extra territorium, & eſſe in territorio, ſed eſſe exemptum. *Ego lib* 1. *de jurisd. cap. 33. n. 15. Weſenbec. conſil. 37. n. 10. lib. 1. Schrad. de feud. p. 2. part. Princip. 9. §. 3. num. 157.*

Et hucuſqve qvomodo probetur jus patronatus modernum ex modis conſtituendi, & acqvirendi ejusdem. Deinceps videndum eſt de modis probandi antiqvum jus patronatus, qvod ſc. ab aliis uſurpatum in alios translatum eſt.

Dictum eſt ſuperius, jus patronatus Eccleſiaſticum ab aliis conſtitutum & uſurpatum poſſe, in alium transferri per ſucceſſionem ex teſtamento, & ab inteſtato, * unde conſeqvitur, jus patronatus etiam 16
probari poſſe tam per ipſum teſtamentum, qvàm per aditionem hereditatis.

Qvando teſtamento ſive per viam legati ſive inſtitutionis in aliqvem jus patronatus translatum eſt, hoc ipſum teſtamenti tabulis, in qvibus legata in eo facta vel non facta demonſtrantur probari, non eſt ambigendum. *arg. l. fin. C. de reb. cred, Vant. de nullit. tit. à qvo & qvib. mod. poſſit nullitas probari. n.* 3.

Sic probata * aditione hereditatis, in qva jus patronatus in- 17
volutum fuit, probabitur etiam ipſum jus patronatus, qvia per aditionem hereditatis omnia tranſeunt in heredem ipſo jure, qvod explicatum eſt *ſup. cap. de transmiſſione juris patronatus.* Hinc hereditate alicui delata, qvi reperitur rem aliqvam hereditariam poſſidere, eam præſumi jure hæreditario poſſidere, notat Alciat. *de præſumtionibus reg. 3. præſumt. 23. n. 2. arg. l. 3. verſ. & qviqvid de ſubeunda C. de naturalib. liber.*

Sed illam probationem non ſufficere, qvando modernus patronus vellet probare hujusmodi jus patronatus jure hereditario ad ſe pertinere, ſed ultra dotationem, * fundationem & conſtru- 18
ctionem probare debere, per mediatas perſonas à primo patrono

Digitized by Google

uſqve ad eum per hereditatem ſive ex teſtamento ſive ab inteſtato legitimè perveniſſe, univerſalemqve heredem fuiſſe, niſi fundator aliter diſpoſuiſſet, ut hujusmodi ſcilicet patronatus poſſit ad heredes ſangvinis tranſire, ex Lambertino tradit Maſcardus *concl.* 958. *num.* 37.

Verùm ſi legitimi heredes & ſucceſſores nollent hereditatem adire, & ex conſeqventi, nec jus patronatus acqvirere, cum ex caſu accreſcat, cum patronis, ipſos qvoqve probare neceſſe habere hujusmodi repudiationem hereditatis, idem Maſcardus ex Lambertino notat *d. concl.* 958. *n.* 38.

19 Deinde aſſerens habere * jus patronatus ex donationis titulo, debet hoc probare per inſtrumentum deſuper factum, ex qvo res in eo contentæ & traditæ intelliguntur *l.* 1. *C. de donat. ubi Gothofr. l. q. filium l. qvi Chirographum de legat.* 1. *Gail.* 2. *obſervat.* 37. *num.* 10.

At verò non ſatis eſſe, probare iſtum titulum donationis, vel alterius translationis ſingularis; verùm etiam in hujusmodi probatione conſenſum diœceſani intervenire; & amplius adhuc demonſtrandum eſſe, transferentem habuiſſe jus patronatus; ideò qvod vanum eſſet, titulum habuiſſe à non patrono, ex Lambertino tradit Maſcardus *d. concl.* 958. *num.* 40. qvod tamen *num.* 41. non procedere docet, qvando translatio eſt facta in locum pium vel in compatronum, nam tunc non neceſſarium eſſe probare hujusmodi conſenſum.

Sic ſi jus patronatus emptum venditumqve aſſeratur: prout certis reqviſitis concurrentibus emi vendi poſſe conſtat, & ſuperius traditum eſt, idqve absqve confectione literarum ſive inſtrumenti contractæ emtionis expediri non contingat; exinde patet, jus patronatus in emptorem translatum, literis emptionis per contrahentes ſubſcriptis aut ad minus ſigillatis poſſe probari; qvippe qvod ejusmodi literæ æqviparantur publico inſtrumento. *c.* 2. *in pr., verſ. ſigillorum de offic. ordin. Schurff. conſil.* 17. *num.* 3. *cent.* 1. *& conſil.* 67. *n.* 3. *cent.* 2.

Et

Et tantùm etiam breviter de illis modis probandi jus patronatus, qvibus ab aliis uſurpatum, deinceps in alios translatum eſſe, aſſeritur.

Præter uſqve huc memoratos probandi modos, probatur etiam jus patronatus * per teſtes duos pluresve deponentes, dictorumqve ſuorum rationes adferentes, hunc vel illum, item hos vel illos de familia aliqva eſſe patronos alicujus ædis ſacræ vel religioſæ, vidiſſe ſc. ſe literas fundationum, ſeu alia inſtrumenta hoc jus demonſtrantia; qvæ probatio per teſtes eſt naturalis, congruens cum jure divino, qvo firmatur in ore duorum aut trium ſtare omne verbum. Unde & probatio illa rectè reliqvis omnibus perfectior & dignior circa juris patronatus materiam eſſe dicitur. *Felin. & Abb. in Rubr. de teſtib. & fide inſtrum.* 29

Huc etiam pertinet probatio per inſtrumenta, * qvæ eandem & parilem vim & efficaciam habet cum teſtium depoſitionibus qvoad probationis effectum *l. in exercendis C. de fide inſtrument. Maſcard. de probat. qvæſt. 4. num. 11.* Qvod in tantum verum eſt, ut etiam qvidam afferant, inſtrumentis magis, qvàm teſtibus credi. *Maſcard. de probat. qvæſt. 6. num. 15.* Verùm non ſufficit probare fundationem juris patronatus per teſtes; cum pro forma & ſubſtantia reqviritur probatio per authenticas ſcripturarum. *Riccius deciſ. 40. & ſeq.* cujusmodi ſunt, qvæ conficiuntur per actuarium publicum vel ſubſcriptione trium teſtium *gl. in c. 1. in verb. ſcriptura de fide inſtrum.* & tunc dicitur probatio probata *Thoning. deciſ. 22. Coler. deciſ. 129.* Sed qvia præſentationes continuatas eſſe etiam per ſcripturas authenticas probari dicitur, exinde qværitur, an amiſſio ſcripturarum, in qvibus probabatur jus patronatus, poſſit teſtibus probari? Pro affirmativa eſt textus *in c. cum olim de privilegiis*, ubi amiſſio inſtrumentorum probatur teſtibus deponentibus de illorum tenore. *fac. etiam l. ſicut C. de fide inſtrument.* Et ita fuiſſe in ſacro conſilio deciſum, refert Afflictus *deciſ. 174.* Vivius *deciſ. 166.* Sed tamen contra-

Digitized by Google

contrarium tenet Riccius *de jure patron. qvaſt*, 150. At absqve ratione juridica.

Qvænam præterea ſufficientem fidem faciant, non poteſt certo modo definiri, ſed rectè id diſcreti judicis arbitrio committitur. *Nov.* 73. *cap.* 3. *Paris. de Puteo de Syndicatu tit. de arbitriis eorum num.* 11.

Cæterum cum aliqvoties jus patronatus directè probari neqveat, vel propter antiqvitatem temporis, vel qvia ſcripturæ ſive inſtrumenta fundationis perierint, & alia, idcircò lex etiam admittit
22 probationes * imperfectas & præſumtivas *per alleg. à Maſcardo d. concl.* 958.

Inter illas ſpecies ea eſt, qvæ deducitur ex priſcis ſcripturis ſeu characteribus antiqvis, lapidibus, tabulis, parietibus, foribus, campanis iſtius loci, ubi jus patronatus vindicatur, inciſis. *gl. ordin. in c. cum cauſam de probat. c. audientiam* 2. *de præſcript. Maſcard. concluſ.* 958. *n.* 21. *& concl.* 230. *n.* 2. *Jaſon.* 12. *§. pœnales n.* 16. *Inſt. de act. Gail.* 2. *obſ.* 149. ubi teſtatur per ſcripturas antiqvas, (nam ſecus eſt, ſi ſint de recenti, qvomodo nullo modo probant. *arg. l. fin. C. de relig. & ſumt. fun.*) lapidibus vel columnis inciſus induci plenam probationem *Cravett. de antiqvit. temp. p.* 1. *n.* 298. idqve tum propter antiqvitatem, & qvod in antiqvis annos centum excedentibus lex facilioribus, & veriſimilibus probationibus & conjecturis eſt contenta. *l. ſi vicinis C. de nupt. l. ſi qvando C. Unde vi. Natta conſil.* 235. *n.* 9. *vol.* 2. *Zaſius conſil.* 25. *n.* 1. *& ſeq. vol.* 2. tum qvia credibile non eſt, tales ſcripturas, ſi veræ non eſſent, in publico poſitas eſſe; nec verus patronus in præjudicium juris ſui eas toleraſſet. *Menoch. lib.* 3. *præſumt.* 90. *n.* 10. *& lib.* 2. *præſumt.* 59. *num.* 1. *&* 2. *ſeqq.* Et juxta hanc ſententiam qvotidie practicari in Curia Archiepiſcopi Neapolenſis, teſtatur Riccius *de jure patronatus deciſ.* 41.

23 Eodem etiam modo jus patronatus probatur * per libros antiqvos Eccleſiarum, in qvibus ſcriptum reperitur, jus patronatus pertinere c. cum cauſam, ibi, qvæ per libros antiqvos vel alio

modo

modo de probat. *Valaſc. de jure emphyt. queſt. 9. n. 26. verſ rurſus cum dico Add. Boer. deciſ. 105. n. 12.*

Præterea edocetur jus patronatus hiſtoricorum authenticorum præfect. vetuſtiorum teſtimonio; qvi in literas retulerunt, huic vel illo in illo loco, ubi jus patronatus vindicatur, idem jus competere. *l. 1. ibi, à quibusdam ſcriptoribus traditum eſt. ff. de offic. conſul. Maſcard. concl. 287. Tuſc. tom. concl. 139. n. 3.* ubi hoc procedere dicit, qvando ab antiqvo communiter iis creditum fuit; & cum eorum monumenta propter vetuſtatem omnium populorum & judicantium approbatione fidei & veritatis teſtimonium habent. *Hier. de Manta. in tract. de finib. reg. cap. 62. n. 6.*

Cum prædicto modo probandi coincidit modus probandi per famam. Qvamvis enim fama * regulariter plenam probationem non 24 faciat, ut colligitur ex reſponſo JCti *in l. 3. §. ejusdem quoq; ubi gl. 17. Bart. ff. de teſtib.* etiamſi legitimè probata *Maſcard. de probat. concl. 753. n. 1. & 4.* Jus patronatus tamen probatur per famam. *Bald. in l. cum ſemper n. 1. C. de rei vendicat. & alii allegati à Maſcardo d. loc. n. 47. Mandel conſil. 64. n. 21.* Famam enim multum antiqvam præſumimus eſſe veram, cum veriſimile ſit, verum eſſe illud, qvod diu in communiore fuit. *l. ſi arbiter 28. de probat. Menoch. lib. 1. præſumt. q. 18. n. 15.* Et qvod fama plenè probet in antiqvis, hanc eſſe communem opinionem teſtantur Cravetta *de antiquit. temp. p. 1 n. 302.* & Lambertinus *lib. 2. p. 2. artic, 4. queſt 10. n. 13.*

Qvin etiam jus patronatus probatur per actus factæ * præſen- 25 tationis; qvod adeò verum eſt, ut etiam ex unica præſentatione, qvæ effectum ſortita eſt, qvaſi poſſeſſio juris patronatus acqviratur. *c. conſultationibus &c. ex liberis de jure patron. Roch. verb. competens alicui n. 25. Rol. à Valle conſil. 43. n. 26. Roman. conſil 310. n. 7.*

Sic qvoqve jus patronatus probari poteſt per ſententiam ſuper eodem jure latam, * qvæ dicit, olim jus à majoribus ejus, qvi id af- 26 fectat, obtentum fuiſſe. Sententiæ namqve inſtrumentum, in qvo fit mentio de cauſa olim controverſa, & actis judiciariis plenè probat, qvantum expreſsè narrat, licet acta judicii in illa cauſa, cujus facta eſt mentio, non producantur, *de quo Dd. in Auth. Si quis in ali-*

qvo C. de edendo & in c. 1. de fide inſtrum. Nicol. Ebergard. conſil. 41. n. 144. vol 1.

At jus patronatus non probatur ex ſola productione ſententiæ, qvia ſententia, qvæ ex actis non juſtificatur, dicitur ipſo jure nulla, adeò ut partium conſenſu reparari non poſſit. *Bald. deciſ. 159. Seraphin. deciſ. 1268.* nec faciat tranſitum in rem judicatam. *Putens deciſ. 396, lib. 1.* & de ſententia, qvæ ex actis non reperitur juſtificata, judicandum eſt, qvemadmodum de ſententia nulla: *Faber. deciſ. 15. C. de Epiſc. & Cler.* nam ſententia ex ipſis actis eſt interpretanda. *Seraphin. deciſ. 136. Riccius deciſ. 215.*

Deniqve jus patronatus præſumtivè probant inſignia familiæ per patronos Eccleſiarum tempore * fundatæ Eccleſiæ in argumentum juris patronatus affixa, ne temporis diuturnitate illud obliteretur. Hinc inſignia in Eccleſia juris patronatus eſſe ſymbola, ſcribit Seraphinus *deciſ. 652. n. 2. p. 1. & deciſ. 1141. n. 7.* & defendi poſſe, ut inſignia familiarum in ipſas Eccleſias ad tuenda jura patronatus, qvæ temporis diuturnitate collapſa, his inſignibus conſervari & probari ſoleant, aſſeruit etiam Palæotus *in tract. de imaginib. lib. 1. cap. 48.* Et honoris cauſa illa in Eccleſia depicta familiæ inſignia ab alio abradi ſine Domini injuria non poſſe, tenet Menoch. *recup. poſſeſſ. remed. 15. n. 47. fac. l. qvi liberalitate ff. de operib. publ. & l. ſi judices C. eod. l. legatum ff. de adminiſt. rer. ad civit. per Capell. de S. V. p. in Rubr. 71. de picturis in fin. verſ. item pone.*

27 Et ſic licitum eſt, imò potius neceſſarium in ſedilibus, ſcamnis & ſcabellis, itemqve ſepulcris in templis arma ſive inſignia vel ſigna à privatis Dominis fieri, ne loco moveantur, vel aliorum uſui ſubjiciantur. *Menoch. recup. remed. 15. n. 47.*

Circa præſumtivam probationem illud qværitur, an media præſentatio præſumenda ſit probatis extremis? Qvod affirmat Riccius Aloyſius *deciſ. 224.* ubi tradit, eſſe indubitatam juris concluſionem, media præſumi, probatis extremis *per gl. comm. receptam in c. accedens verb. proceſſu. poſt. med. de converſ. conjugat.* & concludit;

cludit, præſentationes (qvamvis una præſentatio deficiat) dici continuatas, qvoad probandum jus patronatus, adeò ut etiam media præſumantur eſſe illlius, cujus ſunt extrema. *Menoch. conſil.* 1101. *num.* 5. Sic prædia præſumuntur feudalia, qvando alia, qvæ ſunt circumcirca conſtat, eſſe feudalia. *Menoch. præſumt.* 91. *num.* 63. *lib.* 3.

Sic qvi vult probare ſe poſſediſſe tempore reqviſito ad præſcriptionem complendam, dicitur probaſſe continuam poſſeſſionem totius temporis, ſi probet, qvod initio poſſedit, licet de medio nihil probaverit. *gl. in c. volumus Menoch. de præſumt. cap.* 65. *num.* 1. *lib.* 6.

Officium judicis in * eo conſiſtit, ut animadvertat, qvis in probatione juris patronatus ſit ſuperior, ut pro illa ſententiam ferat, à probatione namqve omnis ferè contentioſi fori dependet juſtitia, qvæ diſtribuitur à judice ex actis & probatis. *Bald. in Rubr. Ext. de judic.* adeò, ut Judex per probata aſtringatur, & ſecundùm ea, non etiam ſecundùm conſcientiam judicare debeat. *l. illicitus §. veritat. de offic. præſ. c. judic. n.* 3. *qvæſt.* 7. *ubi gl.* Nam cùm judicum ſententiam dicere oporteat de illis, qvæ in judicium veniunt, certè ille prius jus dicere non poteſt, qvàm ſi probatum ſit, id ita eſſe, qvod in judicium deductum eſt, uti intenditur. *Pacian. de probat. lib.* 1. *de probat. cap.* 5. *num.* 5. 18

Cæterum in dubio ſemper attendere dicitur judex in materia juris patronatus ad tenorem inſtrumenti fundationis. *Mandell. conſil.* 33. uti dicimus de privilegio, cujus tenor imprimis eſt inſpiciendus. *c. princ. de privilegiis l. nec exempla C. de transact.* itemqve de inveſtitura. *per vulg.* Nec poteſt judex commutare teſtatoris voluntatem, etiam conſentiente patrono, neqve alterare qvalitates fundationis. *Cavallas de cognitione per viam violentiæ pag.* 169. *num.* 4. & 5. Qvando agitur de dividenda hereditate, judex uni ex pluribus patronis, adjudicare jus patronatus non poteſt, qvam ſententiam aut communem tentat Panormitanus *in c. qverimoniam h. tit. Roch. verſ. ipſe vel is. n.* 26. Sanè Anchoranus *in d. c. qverimoniam n.* 6. contrarium tenet, eo

fundamento, qvod ſc. Eccleſiæ utilius ſit, unum patronum qvàm plures habere, qvi rem communem plerunqve negligunt. *l. 2. C. Qvando & qvib. quarta pars lib. 10.* Unde concludit, poſſe idcircò uni adjudicari jus patronatus. Sed rectè reſpondet Riccius Aloyſius *deciſ. 221.* qvod Eccleſia multitudine patronorum non tam gravatur qvàm levatur, eò qvod habet plures defenſores. *c. filiis 16. q. 7.*

Declaratur tamen opinio autoritate, qvod poſſit habere locum, qvando aliqva villa adjudicatur uni in diviſione, in qva eſſet jus patronatus, non habita ratione, æſtimetur ne valor juris patronatus, ut hoc reſpectu plus alteri adjudicetur. *c. ex literis h. tit.*

FINIS

Partis primæ Tractatus de jure Patronatus.

TRACTATUS
DE
JURE PA-
TRONATUS
Pars Altera
DE
Jure Patronatus Academia-
rum & Scholarum inferiorum
ſive privatarum,
Cum
Summariis & Indice.

Digitized by Google

PARTIS SECUNDÆ
De
JURE PATRONATUS ACADEMIARUM ET SCHOLARUM
CAPUT I.
De diſcrimine Scholarum publicarum ſive Academiarum, & Scholarum Trivialium ſive privatarum,

SUMMARIA:

Scholæ notatio n. 1. dicitur ludus n. 2. ratio n. 3.

Scholæ ſunt plantarium Eccleſiæ & Reipublicæ num. 4. aliæ ſunt publicæ, aliæ privatæ num. 5. publicæ Scholæ qvomodo vocentur n. 6. 7. 8. n. 13. qvare publicæ dictæ n. 9. privatæ Scholæ qvæ, & cur ſic dicantur n. 10. 11. cur particulares dictæ n. 12. De Pædagogiis & Gymnaſiis n. 14.

POſt abſolutum Tractatum de Jure Patronatûs Eccleſiarum, reſtat hac Parte ſecundâ videre de Jure Patronatus Scholarum.

1 Scholæ vocabulum * eſt à græco Verbo σχολάζω, hoc eſt, vaco, qvia cæteris rebus neglectis, adoleſcentes liberalium artium ſtudiis vacant, honeſtiſſimoq; illi otio indulgere debent.
2 Atq; hinc eſt vocabulum * *ludus:* qvo ipſo qvoq; Schola inſignitur, eò
3 qvod * diſcentes in verſandis libris ludere qvaſi, & exinde omnis generis delicias ac voluptates honeſtiſſimas, omni corporis labore remoto, venari videantur.

4 Ejusmodi Scholæ, qvæ verè ſunt Eccleſiæ & Reipublicæ * plantarium & ſeminarium, non ſunt unius generis.

5 Sunt enim Scholæ aliæ publicæ, * aliæ privatæ.

6 Scholæ publicæ vocantur * Scholæ inſigniores; ſtudia generalia vel univerſalia *c. 2. de privileg. in 6.* item * Univerſitates & Academiæ,

* in

* in qvibus ſuperiorum & majorum diſciplinarum & ſcientiarum ſtudia 7
exercentur §. *hac autem tria. Conſt. ff. præfixa, qva incipit omnem. Clement. 1. de magiſt.* 8

Dicuntur Scholæ * publicæ, ideò qvod publica autoritate Impe- 9
ratoris, vel ſimilem aliqvam poteſtatem ſibi arrogantis inſtituantur, &
certis privilegiis erigantur & fundentur, unde & majoribus regalibus
adnumerantur *c. unic. Qvæ ſint regalia, ubi Interpp.*

Scholæ privatæ ſunt, * in qvibus artes triviales & ſcientiæ primiti- 10
væ, puta, Grammatica, & ſimiles artes docentur & diſcuntur, *c. 2. c. qvia
nonnullos Ext. de magiſt.* & dicuntur privatæ, * qvod ſine privilegiis con- 11
ſiſtunt, & qvorumvis magiſtratuum, in civitatibus, oppidis & vicis vo-
luntate & autoritate propria rectè ordinantur. Dicuntur etiam Scholæ
* particulares, ad differentiam Scholarum publicarum, qvas Univerſalia 12
* ſtudia & Univerſitates dici, modò notatum; Univerſales enim, ad ex- 13
emplum Reipublicæ, res communes, arcam communem, & actorem ſi-
ve Syndicum habent: utuntur legibus, conſvetudinibus, libertatibus &
jurisdictione ordinaria pro ſe & ſuo jure; id namq; Univerſitas ſignifi-
cat apud JCtos, *tot. tit. ff. qvod cujusq; univ. nom. & tot. tit. de Colleg.* qvæ
omnia & ſingula Scholis trivialibus * ſive particularibus denegantur. 14
In Scholis publicis ſive Academiis docentur gratis & publicè omnis ge-
neris diſciplinæ & artes; habentur itidem in illis Diſputationes & De-
clamationes cum applauſu: qvod ſecus fit in ſcholis privatis. In Acade-
miis ex Corpore Academico eligitur Rector, qvi Jurisdictionis admi-
niſtrandæ poteſtatem habet: at in Scholis Trivialibus eligitur Scholæ
Moderator, qvi duntaxat ad informandam juventutem in bonis literis
& artibus ſine jurisdictione conſtituitur. Sic etiam in Academiis eli-
guntur Decani in ſingulis Facultatibus, qvi convocandi Collegas ſuos
jus habent, & ſunt Caput illius Collegii: Qvod itidem de ſcholis infe-
rioribus dici non poteſt. Huc etiam pertinent Pædagogia & Gymna-
ſia, in qvibus juventus præparatur ad altiora ſtudia diſciplinarum & ar-
tium, qvæ tamen ipſæ etiam ſub eodem genere Scholarum continentur:
qvamvis etiam Scholæ qvædam in oppidis, non Scholæ, ſed Gymnaſia
dici, & magno titulo indigitari velint: qvaſi dedecus eſſet, ſe Rectorem
& Moderatorem Scholæ eſſe. Dixi de his latius *in tract. de Academiis c. 1.
Coth. reſp. 94. vol. 2.*

CA-

Digitized by Google

CAPUT II.

De Scholis Regiis ſive Academiis in ſpecie, & de differentiis inter patronos Eccleſiarum & Academiarum.

SUMMARIA:

Academiæ dicuntur Scholæ regiæ n. 1. ratio n. 2. jus fundandæ Academiæ qvibus competit n. 3 4. 5.

Civitates municipales non poſſunt habere vel impetrare jus Academiæ num. 6. Academiam Roſtochienſem qvis impetraverit n. 7. 8. 9. qvomodo ad eam admiſſus Senatus ibidem n. 10.

Inter patronos Eccleſiarum & Academiarum differentia prima n. 11. altera n. 12. tertia n. 13. qvarta n. 14. ſimilitudo n. 15.

1 ACademiæ dicuntur * Scholæ Regiæ; qvia jus dandi licentiam con-
2 ſtituendi * & aperiendi Academiam, tanqvam ſummum Regale & incommunicabile reſervatum, ſoli Imperatori, vel ſimilem poteſtatem regalem ſibi vindicanti datum: itemq; jus petendi & impetrandi, non *
3 qvibusvis magiſtratibus, qvantumvis merum mixtumq; imperium & o-
4 mnimodam jurisdictionem habentibus, ſed iis * ſaltem, qvi jus regium, vel jus ſuperioritatis aut Provinciæ, poſt Principem ſive Imperatorem in loco habent, ut ſunt Reges, Electores, Duces, Principes, itemq; civitates liberæ Imperiales, tanqvam ſtatus Imperii, competit, idq; ſatis probat *§. pen. proœmii Digeſt.* Hinc egregiè inqvit Franciſcus Pheil. *conſil. 182.*
5 *n. 34.* tales * Scholarum cœtus non ubiq; coire conſveverunt, aut recipi in libertatem majorem, ſed id terrarum Dominis injunctum eſt. Unde
6 conſeqvitur, civitates municipales, qvæ * Principibus aliis ſubditæ, inhabiles & incapaces hujus regalis eſſe. Hinc Pontifex maximus Mar-
7 tinus in erectione * Academiæ Roſtochienſis, Anno Chriſti 1419. id ſe ad Ducum Megapolenſium deſiderium facere dicit. It: ſe in oppido Roſtogk, qvod dominio & ditioni Ducum Megapolenſium ſubjacet, Academiam erigere, ſcribit, ut teſtatur bulla erectionis ſive inſtitutionis dictæ Academiæ Roſtochienſis. Idem Pontifex, Ducibus Megapolen-
8 ſibus * cautionem de Academia intra annum fundanda & dotanda no-
9 minatim exigit. Deniq; hac ipſa conditione * Pontifex Martinus illam

Aca-

Academiam erexit, ut niſi dotem dent Academiæ Duces Megapolenſes,
ipſa qvoq; erectio corruat, & nullum robur habeat. Qvamvis itaq; Se-
natus Roſtochienſis concurrerit in petitione cum Ducibus Megapo-
lenſibus, nullum tamen jus patronatꝰ adepti ſunt, licet deinceps ex tranſ-
actione Senatus * tanqvam compatronus Academiæ ſit receptus, de 10
qvo latè dixi *p. 1. diſcurſuum ex jure publico diſcurſu 8. & in Tract. de A-
cad. cap. 2. per tot.* Dn. Erneſt. Cothmann. *reſp. Academico 1. & conſil.
29.* Joachim. Stephani *in ſubſcriptione conſilii Academici* Dn. Cothman-
ni *24. n. 20.* Qvemadmodum autem Academiæ non poſſunt fundari in
qvodam loco, niſi cum conſenſu Superioris: ita neq; conſtitutæ Aca-
demiæ de uno loco in alium transferri poſſunt, ſine legitimis cauſis, &
deſuper approbatione Superiorum, & eorum, qvorum intereſt.

Ex prædictis patet una differentia inter patronos Eccleſiarum &
Academiarum. Qvamvis enim ratione fundationis, ædificationis &
dotationis qvilibet, etiam privatus, poſſit acqvirere jus patronatus *c. mo-
naſterium 16. qvæſt. 6. c. nobis de jure patron.* Differunt tamen * in eo, 11
qvod Patroni Academiarum tantum ſint illuſtres, ſive illuſtriſſimi, & qvi
ſunt de ordine ſtatuum Imperii.

Altera diverſitas * inter patronos Eccleſiaſticos & Academicos ex 12
eo conſpicitur, qvod in jure patronatus Eccleſiaſtico poſſunt plures, cu-
juscunq; conditionis, concurrere, ut ſcilicet unus fundum det, alter ædi-
ficet, alter verò dotet *d. c. monaſterium & d. c. cum nobis* at Academiarum
patroni, tanqvam illuſtres, illuſtriſſimi & ſtatus Imperii, cum aliis fami-
liis extraneis, ne dum illuſtribus & illuſtriſſimis, multò minus cum priva-
tis, concurſum patiuntur. Et qvamvis aliqvando hodiè accidat, qvod
plures qvam unus Academiæ alicujus patroni exiſtant, illi tamen non
cenſentur ut plures, qvia ſemper primum acqvirentem repræſentant. Jo-
achim. Steph. *d. loc. n. 22.* ubi addit: hoc notorietate evidentiſſima fun-
dationum omnium Academiarum in Germania & exteris regnis probari.

Tertia differentia * itidem eſt valdè notabilis: qvod ſcilicet patro- 13
nus Eccleſiæ in Clerum ejusq; familiam & res Eccleſiæ nullum jus & ju-
risdictionem habet; qvia jus patronatus cum jurisdictione nihil habet
commune Dn. Cothm. *d. reſp. 1. n. 389. & conſil. 29. n. 57. & n. 43.* Gail. *2.
obſ. 54. n. 1.* Nicol. Eberh. *conſil. 124. num. 6.* Cujac. *ad c. 3. Ext. de judic.*

Digitized by Google

Pheil. *conſil. 182. num. 26.* & à dignitate præeminentiæ prorſus eſt ſejunctum *c. qvacunq; c. qvod autem c. ex literis Ext. de jure patron.* ſed patrono illi duntaxat jus nominandi clericum competit *Novell. 57.* at patronus Academicus illuſtris, illuſtriſſimus, & ex ordine ſtatuum Imperii, hodiè mutata religione ex decreto Paſſavienſi habet jurisdictionem in Academiam, vigore juris ſuperioritatis, reſpectu ſui territorii, in qvo eſt Academia Joach. Steph. *d. loc. n. 23. & ſeq.*

14 Eſt & adhuc alia & qvarta * differentia inter utrumq; jus patronatus, Qvod jus patronatus Academicum antiqvius ſit, & ex capite Imperatorum Romanorum deſcendat, qvi in Academiarum Profeſſores jurisdictionem omnimodam habuerunt, qvam primò per Præſides provinciarum, ante Imperatorem Juſtinianum, & poſt, contractis à Juſtiniano Provinciis in Diœceſes, per Præfectos Prætorio exercuerunt & adminiſtrârunt: qvi tamen patroni dicti non ſunt, eò qvod jus patronatus tunc tantum civibus Romanis, qvi ſervos ſuos libertate donabant, competebat; unde & triplex genus libertorum erat *§. pen. inſtitut. de libertin.* At ſecus eſt in patronis Eccleſiarum, qvi recentiori tempore in Eccleſia introducti ſunt, ut ex *Nov. 57. & Nov. 123.* patet, ubi Imperator modum conſtituendi & inſtituendi Rectorem Eccleſiæ tradit Joachim. Stephan. *d. loc. n. 26. & ſeq.*

Et ideò rectè notat Duarenus; jus patronatus Eccleſiarum, patronorum, libertorum ſeu ſervorum manumiſſorum * ſimilitudinem
15 qvandam præ ſe ferre Duaren. *lib. 2. de benefic. cap.*

CAPUT III.

De jure patronorum in Academiis prævia fundatione & dotatione acqviſito, qvod conſiſtit in proceſſione; itemq; in jure nominandi & vocandi Profeſſores; eorumq; neceſſaria ſuſtentatione.

SUMMARIA:

Patroni qvi in Eccleſiis & Academiis dicantur n. 1.
Ab Eccleſia ad Academiam licet argumentari n. 3.
Academiæ ſunt inſtar Eccleſiarum n. 4.

Pri-

in proceſſione; itemq́; jure nominandi, &c.

Profeſſores gaudent privilegiis Clericorum n. 5. 6.

Academiarum encomia n. 7. 8. 9.

In erectione Academiæ quærenda eſt ante omnia loci commoditas n. 10. quod illuſtratur n. 11. item mores loci n. 12. ratio n. 13. debet dos conſtitui n. 14. 15. eaq́; congrua & ſufficiens n. 16. & perpetuò permanſura num. 17. & quæ revocari non poſſit n. 18. proſpiciendum, ne Profeſſores in ſenectute egeant n. 19.

Pauperum ſtudioſorum etiam eſt habenda ratio in alimentatione num. 20. 21.

Academia debet eſſe inſtructa Bibliotheca & Typographia n. 22. 23.

Academia debet eſſe ornata doctis Profeſſoribus n. 24. quorum magna eſt dignitas n. 25. in Profeſſore quæ reqvируntur num. 26. 27. 28. 29. 30.

De Profeſſoribus inidoneis & malis præditis moribus n. 31.

*Nominatio Profeſſorum meritò relinqvitur Collegiis in Academiis n. 31. ratio n. 32. 33. 34. * Unde patronis nihil honoris vel autoritatis decedit n. 35. 38. ratio n. 36. 37.*

Profeſſores nominant, patronus vocat & confirmat n. 38.

Principum juſtæ voluntati parendum eſt n. 39.

Profeſſores non debent intrudi n. 40.

Expectativæ profeſſionum non ſunt tolerandæ n. 41.

Profeſſor an & qvando poſſit per ſubſtitutum legere n. 42.

Patrono Academiæ debetur honor n. 43. ratio n. 44. unde ille præcedit Rectorem n. 45.

Jus patronatus penes duos in ſolidum eſt n. 46.

JUs patronatus Eccleſiarum ſive Eccleſiaſticum, competit ei, qvi Eccleſiam * ſive oratorium vel fundat, vel dotat, vel ædificat, ut patet ex 1
notatis ſupra *p. 1. cap. 11. & 3. ſeq.*

Ex qvo rectè infertur, idem eſſe in Univerſitate ſive Academia, ut ſcilicet qvis * etiam conſeqvatur jus patronatus Academiæ, qvam ipſe 2
fundavit, id eſt, aſſignavit fundum, ubi deceat conſtrui, itemq; ædificavit, & dotavit, ſive dotem aſſignavit, unde Academia ejusq; membra conſervari & ſuſtentari poſſint.

tuntur fruuntur Bononienſis, Colonienſis, Heidelbergenſis, Erfordenſis, Lipſienſis & Viennenſis Academiæ Simlerus *lib. 2. de Rep. Helv. pag. 143.*

Non immeritò qvoq; mores * ſive civitatis in erectione Academiæ à patrono attenduntur; cùm literis & literarum cultoribus non poſſit jucundum aut diuturnum eſſe domicilium, ubi Profeſſores & Studioſi inhumaniter pro more illorum hominum, ſæpè etiam à viliſſimis hominibus impune injuriis & ſcommatibus * exciperentur, libertatibus bonisqve ſuis ſpoliarentur, vulnerarentur: qvod de Pictavienſi & aliis Univerſitatibus teſtatur Petrus Rebuffus *ad Auth. Habita C. Ne filius pro patre.* Dixi pluribus *dict. diſcurſu Academico 8. concl. 14.* 12

Qvod attinet dotem, reditus, ſalaria ſive ſtipendia Profeſſorum, illa verè ſunt qvaſi vita * & ſangvis Academiæ *arg. l. necare 4. de agnoſc. & alend. lib.* Hinc benè Imp. Conſtantinus mercedes & ſalaria Profeſſoribus reddi jubet; qvò facilius liberalibus ſtudiis & artibus multos inſtituant *l. 6. de profeſſ. & med.* Atq; hoc ſpecimen eſſe florentis Reipublicæ, ſi diſciplinarum Profeſſoribus præmia opulenta pendantur, ſcribit Symmachus *ad Heſperium lib. 1. Epiſt. 73.* Qvin * potiùs jacturam pecuniæ parùm faciendam eſſe, qvam doctrinæ, qvæ excluditur non remuneratis Profeſſoribus, & potiùs detrahendum aliis ſumptibus publicis, ad ſuppeditandum præceptoribus inſignioribus, qvam parcitate ſtipendiorum mediocribus vel vilioribus contentam eſſe Rempublicam Doctoribus, benè monet Petr. Gregorius *libr. 18. de Republ. cap. 5. in fin.* 14 15

Dos itaq; non qvævis efficit patronum, ſed debet ea eſſe ſufficiens in * qvantitate, & congrua ad conſervationem ſcilicet Academiæ, ejusqve ſuſtentationem, pro dignitate & numero Collegarum. Uti enim dos datur marito ſecundùm conditionem viri & mulieris, propter onera matrimonii ei incumbentia *tot. tit. de jure tot.* Ita debetur etiam Academiæ dos ſufficiens ad cuſtodiendam & conſervandam illam, ut ſcilicet exinde Academiæ ſumptus & onera expendi poſſint *arg. cap. piæ mentis 16. qvæſt 7.* Sed qvæ olim magna fuerunt ſtipendia tàm Profeſſorum, qvam Clericorum in Eccleſiis & Scholis, illa hodiè in tantâ annonæ caritate vix ſunt mediocria, ut qvi ſaluti communi rei literariæ 16

inſerviunt, ne qvidem neceſſarius ad vitæ ſuſtentationem ſubleventur; qvod hoc tempore omnes experiuntur, qvi Academiis, ſcholis & Templis inſerviunt. Qvod certè ex viſu Academiæ & juvenum amore ſcientiæ flagrantium non eſt: cum hac ratione indoctiores plerumqve docentium cathedras occupent.

Qvin & ita dotari debet Academia, ut ſit & maneat perpetua dos
17 illius * Academiæ; adeòq; nemo Academiæ Patronus fiet, qvi reditus ſive dotem dat qvoqvo modo repetendam, nec in perpetuum permanſuram Cothman. *conſil. Acad. 29. num. 12. & n. 172.* ubi probat dotatio-
18 nem Academiæ factam, ne ipſum qvidem donatorem * revocare poſſe.
19 Patrono etiam incumbit proſpicere, * ne Profeſſores in ſenectute egeant, cùm amplius docere neqveunt *arg. l. lucius ibi veteranis ff. de evict.* Alciat. *reg. 3. præſumt. 19. n. 7.* Hinc Franciſci Ximenii factum pietatis & providentiæ paternæ laudatur, qvod Profeſſoribꝰ ſuis Complutenſibus non tantùm *prandium* (uti loqvebatur) ſed & *Cœnam* parârit, hoc eſt, proſpexerit, ut non ſolùm qvoad in Collegiis commorantur, habeant, unde vivant, verùm etiam cùm ſenuerint, aut cum peractis ſtudiorum curriculis Academia relinqvenda fuerit, victum habere poſſint Alvar. Gomec. *de rebus geſtis Fr. Ximenii lib. 4.*

Sed non Profeſſorum ſaltem in conſtituendis & proſpiciendis a-
20 limentis, ſed etiam pauperum * Studioſorum in procurandis alimentis eſt habenda ratio; ut, qvibus patrimonii vires non ſufficiunt, alia ſuccurrat liberalitas, ac vili precio vel gratis nutriantur; ne penuriâ multi, qvi bonis ingeniis præditi ſunt, ſtudia deſerere cogantur; qvo nomine multum commendatur jam nominatus Ximenius, de qvo ſcribit Alvarus Gomecius, ſummam qvadringentorum hominum excedere, qvi à Ximenio perpetuò veſtiuntur & aluntur *de rebus geſtis Ximenii lib. 8.* Et ſic nulla ferè in Germaniâ eſt Academia, in qva iſta adverſus
21 * bonæ mentis comitem paupertatem juvandi ſtudioſos ratio non obſervetur. Hippol. à Collib. *lib. de increment. urb. cap. 11.*

Qvin etiam patroni eſt providere, ut Academia habeat inſtru-
22 ctam Bibliothecam * publicam, qvæ ſit theſaurus literarius, in qvo optimorum autorum libri reconduntur, qvi & univerſæ Reipublicæ, & privatorum commodis inſerviant. Bibliothecæ jungitur Typographia, qvip-

Digitized by Google

qvippe, qvod ea nullibi * magis eſt neceſſaria & commoda, qvàm in 23
Academia. Et qvidem ne res publicè utiliſſima, ſit ſcelerum & flagitiorum inſtrumentum, ſalubriter conſtitutum eſt, ne Typographiæ ullibi, præterqvam ubi Electores, Principesve ſedem aulam habuerint, vel ſtudiorum Univerſitates fuerint, conſtituantur Reichs Abſchied zu Speir Anno 1570. Pet. Denaiſius *in jure Camerali §. librarii 177.*

Præterea patrono, qvi jus Academiæ decenter impetravit, incumbit, ut inſtitutam à ſe, & à ſuperioribus confirmatam Academiam,
optimis & doctiſſimis * ſelectiſſimisqve in omni ſcientiarum & facul- 24
tatum genere Profeſſoribus inſtruat & exornet. Qvia enim Profeſſo-
rum magna * eſt dignitas, id qvod exinde inter alia patet, qvia Profeſ- 25
ſor vicennio in Academia docens Comitativa dignitate inſignitur. *l. unic. ubi gl. & Dd. de profeſſ. urb. Conſtantinop.* certè etiam non qvilibet ad illud munus admitti debet. Reqviſita Profeſſoris paucis ex-
preſſit Imp. Julianus *l. 7. C. de profeſſ. & medic.* Magiſtros * ſtudiorum, 26
ait, doctoresqꝫ excellere oportet MORIBUS, primum, deinde FACUNDIA. Sed qvia ſingulis civitatibus adeſſe non poſſum, jubeo, qvisqvis docere vult, non repentè nec temerè proſiliat ad hoc munus, ſed judicio ordinis probatus decretum Curialium mereatur, optimorum conſpirante conſenſu.

Reqvirit itaqve Imperator in Profeſſore * MORES BONOS; hoc 27
eſt, ut Profeſſor laudabilem in ſe probis moribus vitam eſſe monſtret, ut inqviunt Impp. Theodoſius & Valentinianus *in l. unic. C. de Profeſſ. qvi in urbe Conſtant. lib. 12.* Qvia in Profeſſoribus & Præceptoribus metitur ſe juventus, ſeſeqve componit. Qvin & diſcipuli imitantur Præceptores adinſtar ſimiarum, adeoqve cum malis moribus Præceptorum conſveſcunt: ex illis, veluti ex fontibus, deducuntur rivuli, ex puris boni, & ex corvo malo, malum ovum, ut eſt in proverbio.

Deinde Profeſſores * excellere oportet facundia; hoc eſt, ut Pro- 28
feſſor docendi peritiam, facundiam dicendi, interpretandi ſubtilitatem, copiamqve diſſerendi ſe habere patefaciat; pro ut id explicant Impp. in *d. l. unic. C. de profeſſ. qvi in urbe Conſtant.*

Et ſanè ejusmodi Profeſſores, qvi * moribus, itemqve facundia 29
dicendi præditi ſunt, adeoqve qvi ob id, & ſingularem eruditionem, nec

non

Digitized by Google

non ob ſcripta à ſe edita ſunt celebres, qvocunq; ſe vertunt, tanqvam ſoles qvidam terreni omnium ora in ſe convertunt. Et poteſt unus illuſtris Doctor ſolus plus anno ditare Rempublicam, qvam claſſici plures Doctores per viginti annos, ut loqvitur Pet. Gregorius *lib. 18. de republ. cap. 4. in fin.*

30 Et qvidem * Profeſſores debent eſſe viri eleganti & utili doctrinâ præditi, & imprimis periti ejus artis & facultatis, qvam volunt profiteri. Meritoqve excipitur ille riſu, qvi illam artem profitendam & docendam in ſe ſuſcipit, cujus præcepta ipſe nunqvam didicit, vel qvi natura non eſt idoneus ad Profeſſionem illam, veluti ſi qvis oratorem ſive Profeſſorem eloqventiæ ſe oſtentet, cui natura denegavit flumen & rationem dicendi, vel qvi in oratoria nihil vel parum verſatus: vel ſi Poëtam ſe qvis venditet, qvi verſus ſcribere non didicit. Præterea reqviritur in Profeſſore, ut cætu ampliſſimo judicante dignus ſit judicatus, hoc eſt, ut Profeſſuræ Candidatus ſolius virtutis & doctrinæ donis connixus, non etiam dolo gratiâve, invita Academia, legitimè ſuffragantium decretum mereatur & expectet. Ad docendum itaqve nemo admittendus ſine præcedente examine & Collegii approbatione *l. magiſtros 7. C. de profeſſ. & med. ubi Dd.*

Si qvi itaqve ad Academicas functiones eos promoveant & com-
31 mendent, qvi bonis * moribus non ſunt prædìti, neqve eruditi ſunt, adeoqve Profeſſioni, ſub cujus titulo annuum ſalarium percipitur, impares ſunt, victi ſaltem & expugnati amicorum ſuorum deprecationibus, illis poſtpoſitis & neglectis, qvi Academiæ magno uſui & ornamento eſſe poterant, certè illi & Academiam & conſcientiam graviter lædunt; de qvo aliqvando graviſſimam rationem Deo & Patronis reddituri ſunt, neqve illud crimen impunè abire ſinet Dominus Hierem. Setſer. *in diſcurſu de incrementis Academ. hypomn. 60. & 61.*

Hinc nemo inficiabitur, bono conſilio Profeſſorum Collegiis,
32 & Collegiorum Profeſſoribus * in Academiis nominationes Profeſſorum in loca vacantia permitti, neqve illud jus illis ullo modo eripiendum. *l. nemini C. de advoc. div. judic.* Bart. *& alii in d. l. magiſtros C. de profeſſ. & medic.* tum qvia Profeſſoribus Collegiorum idoneitas perſonarum eligendarum præ omnibus aliis optimè cognita & perſpecta

eſſe

eſſe poſſit: tùm * qvod hac ratione neqve dolus neqve fraus facilè ad- 33
mitti poſſit, cum plures ſint in Collegiis viri literati & virtutibus ornati, qvos potiorem veritatis, juſtitiæ ac publicæ utilitatis rationem habituros eſſe, veriſimile eſt *l. unic. ff. de offic. præfect. prat.* tum * qvod 34
Collegæ majorem & certiorem amicitiam culturi ſint cum eo, qvem velut idoneum ipſi nominarunt, cujusqve mores cognitos perſpectosqve habent, qvàm cum eo, qvi vel invitis obtruditur, vel novus hoſpes eſt: tùm ſi nominandi jus Academiis eripias, futurum eſt, ut homines indocti Collegia occupent, & nunc hic nunc ille conſangvineum vel adfinem habiturus ſit, qvem intrudat, ne dicam, qvod iſto artificio filias elocare promptũ ſit D. Erneſt. Cothm. *conſil. Acad. 42. n. 58. & ſeqq.*

Neqve verò putandum eſt, ex hoc nominandi jure Academiæ conceſſo & relicto * auctoritati & dignitati Principis patroni qvic- 36
qvam detrahi.

Qvia certum eſt, ejusmodi conceſſionem ab ipſis Principibus patronis * eſſe, qvi ſapienter ſecum cogitarunt, rebus Academicis re- 37
ctius conſuli, ſi verè docti in defunctorum locum ab univerſo Profeſſorum Collegio nominarentur. Nam ea ratione duplex inſtituitur cognitio, altera, cum Profeſſores ſucceſſorem nominaturi, in ejus perſonam, eruditionem & mores antè diligenter & accuratè inqvirunt: altera cum Principes nominatum ſucceſſorem confirmaturi, cauſæ cognitionem ſimiliter adhibent D. Cothman. *conſil. Academ. 39. n. 24.*
penitus ſcilicet inſpicientes * & attentius conſiderantes, an nomina- 38
tus loco illo dignus ſit nec ne, atqve ita ſit, ut idoneæ perſonæ magna cum Academiæ utilitate ſemper nominentur & confirmentur. Cothm. *d. conſil. 42. n. 61.*

Rectè itaqve nominatio Collegiis Profeſſorum relinqvitur, &
confirmatio Principi * patrono reſervatur. Neqve nominatio Col- 39
legio conceſſa in vilipendium Principum patronorum vergit, neqve exinde manus Principum ligantur. Qvia nominationem, qvæ à Profeſſoribus ſit, ab ipſis Principibus, qvorum perſonam & locum illi repræſentant, effectu ipſo fieri, certum eſt. Qvod ſi etiam ipſi Principes benè meritum virum habeant, qvem ob eruditionem & virtutem in Profeſſoris demortui locum ſubſtitutum velint, nihil impedit, qvo

Digitized by Google

minus id Academiæ indicent, in qvem caſum nemo tam eſt bardus,
40 qvi neſciat, Principum * voluntati juſtæ & honeſtæ parendum eſſe D. Cothm. *d. conſil. 39. num. 24.* Qvin & viris de Republica & Academia benè meritis gratificari, eorumqve liberos, ſi digni ſunt, honore ac præmio adficere, non injuſtum eſt; dummodo omnia ritè & rectè fiant, & perſonæ eligendæ à Collegio nominentur, & ab illis, ad qvos ea res ſpectat, legitimè confirmentur D. Cothm. *d. conſil. 42. n. 58. & ſeqq.* Nullum virus irrepere in Academias majus poſſe, vel aliud, qvo facilius ſplendor & doctrina earum intercidat, qvam dum arbitrio Principum aut Senatus, aut aliorum magnatum intruduntur Profeſſores ſine libero judicio eorum, qvi in illis profitentur experientiâ ſe didiciſſe in regendis tribus Academiis juxta vices ſibi commiſſas, audacter dicit Petrus Gregorius, *lib. 18. de Republ. cap. 8. n. 2.* Et huc pertinet, qvod Imperator Juſtinianus ſtatuit *Nov. 15. in pr.* defenſores civitatum non miſericordiâ magis, qvàm electione promovendos eſſe. Qvod rectiſſimè etiam ad electionem profeſſoriam accommodandum eſt, nimirum, ut non miſericordiâ magis qvàm electione, adeoq; non tam commendatione paucorum, aut precibus, qvàm ex merito Profeſſores conſtituantur. Et cogitent, qvi jus eligendi habent, vileſcere muneris autoritatem, qvando obſcuris & indignis confertur munus profeſſorium, & qvi profeſſionem emendicaverunt, qvo verbo utitur Juſtin. *d. loc.* Cæterùm, qvæ reqviruntur, ut freqventes, copioſæ atq; florentes ſint bonarum artium Academiæ, tradit Danæus *lib. 4. Politica Chriſtiana cap. 3. pag. mihi 361.*

Qvia itaqve ex præcedentibus ſatis clarè patet, Nominationem Profeſſoris in locum vacantem relinqvendam eſſe Collegio Profeſſorum, & ex nominatione, cum confirmatione confuſâ, multa oriri incommoda, ob allegatas prægnantes rationes: exindè etiam conſeqvitur
41 * promiſſiones ſive expectativas ſuper loco Profeſſoris in Academia nondum aperto non valere, adeoqve malo more fieri, ſi Profeſſoribus Academiarum vivis atqve viventibus, ut dici ſolet, deſignentur ſucceſſores: qvod aliis etiam adhuc rationibus à me probatum eſt *lib. 3. de juriſd. p. 2. cap. 3. num. & ſeqq.* tota diſputatione, publicè habita *de conceſſionibus ſive expectativis profeſſionum & parochiarum,*

rium qvæ exſtat *d. lib. 3. p. 1. cap. 18. poſt fin.* & approbata ab ampliſſimis & celeberrimis JCtis in Roſtochienſi, Jenenſi, Wittebergenſi, Marpurgenſi, Heidelbergenſi, Tubingenſi, Altorphenſi & Helmſtadienſi Academiis Germaniæ præcipuis.

Qvod ſi * Profeſſor vel morbo, vel ſenio, vel etiam publicis negotiis impeditus, per Subſtitutum officio ſuo fungi in Academia velit, hoc ipſi facere licere, modò Subſtitutus ſit æqvè idoneus, & hoc fiat cum conſenſu patroni & Collegii Profeſſorum, receptum eſt Bartolus *in l. nemo eſt ff. de duob. reis.* Novimus illum ipſum morem, qvo ſubſtituens Doctor de ampliore ſuo ſtipendio Subſtitutum qvaſi ſextulâ qvâdam aſpergit, non cuivis placuiſſe, ſed pro improbabili & malo more habitum & proclamatum, inqvit, Conradus Rittershuſius *qvodam loco.* 42

Deinceps breviter videndum eſt de honore patrono Academiæ debito in proceſſione * & ſeſſione; qvia enim patronus patri aſſimulatur, idcircò naturalis honeſtas * & ratio ſvadet, ut ipſi primus locus in proceſſionibus aliisqve actibus ſolennibus attribuatur. *c. nobis §. fin. de jure patron. c. piamentis §. Frigentius in fin. 16. qvæſt. 7.* Panormit. *ad Rubr. de jure patron.* Unde qvamvis magna ſit dignitas Rectoris Academiæ, ut ne qvidem Princeps, qvi Scholaris eſt, in illâ Univerſitate Rectorem præcedat, non tamen hoc obtinet, ſi ille Dux vel Princeps eſſet * Patron⁹ Academiæ *per notata à me l. 3. de juriſd. p. 2. c. 11. n. 14. & ſeqq.* 43 44 45

Qvod ſi contingat, duos eſſe patronos, certè jus patronatus in ſolidum penes * utrumq; eſt: at præeminentia & dignitas amplior majorq; honor & jus pingvius debetur ei, qvi plus contulit D. Cothman. *reſp. 1. n. 46.* ubi infert ad Duces Megapolenſes, & Senatum Roſtochienſem, anteferendos nimirùm eſſe Principes, Senatui, qvia plus in Academiam contulerunt; itemq; qvia ſunt illuſtriſſimi. *Dixi ſup. p. 1. c. 19. circa finem.* 46

CAPUT IV.

De jure & poteſtate patronorum in defendendis juribus, jurisdictione & immunitatibus Academicis.

SUMMARIA:

Per Scholares qvi intelligantur n. 1. eorum privilegia qvomodo extendantur & ad qvas perſonas n. 2. 3. 4. 5.

Academiæ gaudent propriâ juriſdictione tàm in earum res, quàm perſonas. n. 7.

Juriſdictio illa qualis ſit n. 8. extenditur etiam ad cauſas criminales n. 9. 10. & 11.

Academici etiam ſunt immunes ab oneribus, non tantùm perſonalibus, ſed etiam realibus, num. 12. quod probatur legibus n. 12. 13. 14. 15.

Encomia Ducum Pomeraniæ, patronorum Academiæ Gryphiswaldenſis, quæ ornata eſt juriſdictione, mero & mixto imperio, atq; immunitatibus n. 16. 17. 18.

Patroni officium quod ſit n. 19.

Querela de perſecutoribus Academiarum & literatorum n. 20. 21.

FRidericus Imperator, ejus nominis Primus, Scholaribus & perſonis acceſſoriis multa beneficia tribuit & privilegia indulſit *in Au-*
1 *thentica Habita C. Ne filius pro patre.* Per Scholares * non tantùm intelliguntur Studioſi; verùm etiam Profeſſores *l. 3. & tot. tit. C. de privilegiis Scholarum & d. Auth. Habita,* ubi expreſsè fit mentio Profeſſo-
2 rum: qvin & ſecundariò Scholarum privilegia * pertinent qvoq; non tantùm ad Profeſſorum & Studioſorum uxores, *l. medicos 6. C. de profeſſ. & med. l. 2. C. de Epiſc. in Cler.* qvia uxor & maritus habentur pro unâ eademq; perſonâ; & fruuntur eodem privilegio, eodem foro *l. 19.*
3 *ff. de juriſdict. c. exigere de judic.* verùm * etiam ad eorum viduas, qvia illæ & honorem & dignitatem & forum, nec non domicilium & privilegia mariti retinent. *Novell. 22. cap. 20. l. 8. de Senatorib. l. 22. §. vidua*
4 *ff. ad municipalem l. 3. C. de privileg. ſtudior.* itemqve eorum * liberos, qvoad in eodem ſtatu permanent, *l. 2. § fin. C. de Epiſc. & Cleric.* & cæ-
5 teros neceſſarios miniſtros Academiæ, * ut ſunt famuli & nuncii, *d. Auth. Habita ibi, tàm ipſi, qvàm eorum nuncii.* Notarii & Scribæ, item
6 * Typographi, Bibliopolæ & librorum compactores; de qvo alibi pluribus dixi *lib. 3. de juriſdict. p. 2. cap. 6.*

Principale autem ſeu cardinale, inter alia, Academicis indultum
7 privilegium eſt, qvod gaudeant propriâ * & peculiari juriſdictione: qvæ juriſdictio in perſonas & res Academicas exercetur, qvippe, qvod

in

in perſonis ipſis atq; cauſis, litibus, negotiis & actionibus membrorum Academiæ potiùs, qvàm in territorio conſideratur; unde nec Academici magiſtratum ſecularem agnoſcere tenentur.

Qvalis verò ſit * jurisdictio, qvæ *dicta Authentica Habita* magi- 8
ſtratui Academico tribuitur? inter Interpretes non eſt una & eadem
ſententia. Certè ſi qvis Imperatoris intentionem penitiùs * conſide- 9
ret, facilè viderit, id Imperatori propoſitum fuiſſe, ut Academicos omninò à jurisdictione ſecularium, qvos plerumq; literis ac literatis iniqviores, proh dolor! deprehendimus, hac ratione eximeret, eosq; ab
injuriis tàm verbalibus, qvàm * realibus contra qvoscunq; defenderet. 10
Cùm itaq; in cauſis injuriarum & delictis gravioribus, ex qvibus actiones criminales plerumq; oriri ſolent, majori periculo, qvàm in cauſis civilibus, Academici expoſiti ſint, ideò Imp. in earum cognitionibus & deciſionibus, peculiare ac privilegiatum forum & judicium conſtituere, ac ſanctionem hanc pragmaticam, de eo qvod utplurimùm contingere ſolet, ferre voluiſſe cenſendus eſt. Si enim de cauſis ſtudioſorum in negotiis obularibus, Imperator judici ſeculari jurisdictionem in ſtu-
dioſos concedere noluit, multò certè minus eidem cognitionem * de 11
capite, vita & fama eorundem, cognitionem committere voluit, *l. fin. C. de agentib. in reb.* utpote, cùm ubi periculum majus, ibi & auxilium potentius & efficacius reqviratur, *l. 1. §. de vent. inſpic. l. fin. C. de probat.* D. Thom. Lindem. *diſp. eleganti de Academiis concl. 112. & 113 cum ſeqq.* ubi alia adhuc argumenta prò hac ſententia adducit. Et vigore Authenticæ *Habita* criminalem etiam jurisdictionem & merum imperium ſine diſtinctione rectè tribui, ſaniorum juris interpretum verior & receptior eſt ſententia, ut videre eſt apud D. Cothm. *reſp. n 104 & ſeqq.* & pro eadem pluribus egi, *lib. 3. de jurisd. c. 12. n. 89. & ſeqq.* Qvod etiam expreſsè docet gloſſa *in præfat. Digeſt. §. illud verò verb. Profeſſ. & in d. Auth. Habita Verb. ſi litera* niſi forſan vel conſvetudine contrariâ, vel imperiali reſcripto ſive indultu, jurisdictio criminalis Academiæ judicibus denegetur, *Accurſ. dd. locis.* Qvod etiam exinde confirmatur, qvòd Imperator Scholares conveniri velit, vel coram Domino, vel Magiſtro ſuo, vel civitatis Epiſcopo, qvibus eam jurisdictionem ſe dediſſe ſcribit. Eſt autem jurisdictionis Magiſtro & civitatis Epiſcopo datæ

incluſio cæterarum omnium jurisdictionum qvibuscunqve judicibus competentium excluſio *l. cùm prætor de jurisd.* Qvin & prætor nominatos judices alii alicui magiſtratui criminalem jurisdictionem ab Imperatore in Scholares conceſſam fuiſſe nunqvam apparet. Ergò nec factum id eſſe interim aſſerendum eſt. Et certè qvia Imperator de Scholarium privilegiis eorumq; tuitione & protectione tantam & tàm ſolicitam curam ſuſcepit, ſi jurisdictionem criminalem ordinariis Scholarium Magiſtratibus ademtam, & exoticis & peregrinis Magiſtratibus commiſſam eſſe voluiſſet, certo certius id nominatim expreſſiſſet, & lege iſtâ latâ ſanxiſſet. Qvi contrariam ſententiam defendunt, dicunt, textum loqvi de lite, adeòqve de jurisdictione civili; cui textui omninò inhærendum dicunt. Sanè non negandum, textibus omninò inhærendum eſſe; verum de eo controvertitur, annon illo caſu, qvo textus juris in controverſiam vocantur, & aliam atq; aliam ſententiam vel interpretationem recipiunt, unius vel alterius de Academia hominis novi, an verò veterum Interpp. conſentientes interpretationes ſint audiendæ & ſeqvendæ, ut ſit litium finis, cùm alias tot legum interpretationes habituri ſimus, qvot ſunt Capita Interpretum de legum vero ſenſu diſceptantium. Conſultum ſanè eſſet, ut illi, ad qvos ea res pertinet, ſententias diſſentientium Interpp. in unam conſonantiam redigant, & jus certum conſtituant. Qvo nomine Juſtinianus æternam laudem eſt meritus. Sed cùm id hactenus factum non eſt, interim in magnorum virorum receptis & utplurimùm uſu practico firmatis ſententiis eſt acqvieſcendum. Et res ipſa probat, placita illa Interpretum juris textibus congruere; licet in qvibusdam capitibus illos halucinatos fuiſſe, non negem. Eſt hæc res graviſſima, qvæ vitam, exiſtimationem & fortunas proximi concernit, in qvâ judicanda à probatis magnorum Juris Interpretum ſententiis & placitis abire, ſummè perniciosum & publicè & privatim exitioſum eſt.

Neq; obſtat, qvòd qvidam ita argumentantur: ſi merum imperium Academiis ab Imp. Friderico tribuitur, neceſſum eſt, nullam penitus Academiam mero imperio deſtitui. Nam propoſitio iſtorum, ſi jus commune ſpectes, eſt vera & juridice, & ex Conſtitutione Friderici Imp. privilegio manifeſta, *d. Auth. Habita.* Qvid ſi omnibus in univerſ-

verſum Academiis criminalem jurisdictionem conceſſerit? ſed notandum, qvod procedente tempore ſucceſſores Impp. commune illud jus in Academiis fundandis qvandoq; retinuerint, qvandoq; mutârint vel alterârint, & vel omnem criminalem jurisdictionem, vel præcipuam criminalis jurisdictionis partem Academicis ademerint. *Joachim. Steph. lib. 1. Juſtit. juris Canonici cap. 8. n. 23. Erneſt. Cothm. reſp. 1. Academico.* Deniq; qvod merum Imperium ut & jus dandi tutores non niſi vel lege, vel Senatus conſulto, vel Principum conſtitutione nominatim & ſpecialiter attribuitur, nonnulli ingeminant, in eo juris Romani ſanctionem cum jure, qvod pôſt cœpit, confundunt. Iſtiusmodi enim Imperium aliqvod merum, cujus Papinianus meminit *in libr. de officio ejus, cui* hodie non reperiri, ab Accurſio, Cujacio, Obrecht. aliisq; verè adnotatum eſt, & ex omnium gloſſatorum ſcriptis luce meridianâ clariùs apparet, qvi unanimiter dicunt, merum imperium & criminalem jurisdictionem hodiè jure magiſtratus competere. *Kirchoff. Cent. 5. concluſionum 58.* Weſenb. *conſil. 59. num. 18. & ſeq. Marant. p. 4. diſt. 5. n. 67. Kinch. ad jus Saxonicum pag. 128. Ego lib. 1. de jurisd. c. 18. num. 68. Bocer. de jurisdict. cap. 18. num. 8. Oldendorp. ad l. 1. ff. de officio ejus, cui* Concluditur itaqve exinde, Academiæ Rectorem eſſe Magiſtratum ordinarium, & vi ſui magiſtratus jurisdictionem utramq; tàm criminalem, qvàm civilem habere & exercere.

Ex jurisdictione promanat immunitas à muneribus tùm perſonalibus, tùm * etiam patrimonialibus. Qvod enim attinet munera perſo- 12
nalia; illa non niſi ſubjectis ſeculari magiſtratui imponi * poſſunt, *l.* 13
ſancimus C. de Advoc. div. judic. Natta conſil. 56. Qvin & Doctores &
Profeſſores à patrimonialibus etiam oneribus eſſe * immunes, Imper. 14
Conſtantinus expreſsè conſtituit *in l. medicos C. de profeſſorib. & medic. lib. 10.* ubi Imperator generaliter loqvitur; Doctores legum, unà cum uxoribus & filiis, nec non & Rebus, qvas in civitatibus poſſident, ab omni functione, & ab omnibus muneribus vel civilibus vel publicis eſſe immunes, *d. l. medicos.* Extremam manum hiſce privilegiis immunita-
tum impoſuère Impp. Honorius * & Theodoſius *in l. Grammaticos C.* 15
de profeſſ. & medic. ubi hanc ſuam Conſtitutionem appellant prærogativam retrò latarum Conſtitutionum, qvarum ſumma hæc eſt, ut videlicet

licet

Digitized by Google

licet hæc immunitas tàm à realibus, qvàm perſonalibus, non ſolùm Profeſſoribus, ſed etiam eorum liberis competere debeat. Latiùs hanc qvæſtionem tractavi *lib. 3. de jurisd. p. 2. cap. 10.*

Ejusmodi Univerſitas ſive Academia, cum ampliſſimis privilegiis & immunitatibus, itemq; cum omnimoda jurisdictione, adeòq; cum
16 mero * & mixto imperio, incepta eſt hîc Gryphisvvaldi fundari ab Illuſtriſſimo qvondam Pomeraniæ Duce WARTISLAO IX. Anno Chriſti 1456. & poſtmodum à PHILIPPO, Duce Pomeraniæ nonnihil reſtaurata Anno 1547. Cujus Scholæ patrocinium poſtmodum ſubſeqventes Duces Pomeraniæ maſculè in ſe receperunt, qvi jurisdictionem, immunitates, & ſi qvæ alia jura non ſuppreſſerunt, ſed clementer adverſus maleferiatorum conatus defenderunt & extenderunt, libertatiqve noſtræ tutiſſimum aſylum & diverticulum fuerunt. Imprimis autem Illuſtriſſimi Principis & Domini, Dn. BOGISLAI XIV. Domini noſtri Clementiſſimi, Academiæ noſtræ Patroni & Cancellarii magnificentiſſimi & munificentiſſimi, liberalitas commendanda eſt, qvi nuper Academiæ dotem mirificè adauxit ei proprio motu nòn tantùm prædium
18 oppido huic vicinum * GRUBENHAGENSE, ſed etiam univerſam præfecturam Monaſterii Hildenſis, ut exinde Profeſſores annua ſua ſalaria certa habere poſſint, cum omnibus pertinentiis, reditibus & fructibus, omniq; jure & dominio, jurisdictioneq; omnimodâ, adeòqve cum omni cauſa clementiſſimè donavit: ſed, proh dolor! eò jam res devenit, ut Profeſſoribus exinde in ſubſeqventibus annis nulla ſtipendia, propter diruptionem & devaſtationem à militibus factam, ſperanda ſint.

19 Et qvia patronus * ſuſtinet locum patris, exinde patroni verum officium eſt, præſtare patrocinium & defenſionem perſonis & rebus Academiarum, contra canes & lupos Scholarum & literatorum.

Nam neſcio, inqvit Petrus Gregorius, qvanta corruptela infectum
20 * vulgus ſoleat odio proſeqvi ſtudioſos, & illis infeſtum eſſe, qvanqvam ex eorum aſſiduitate uberrimos colligit annuatim fructus, & qvamvis eo relevetur impenſa, ne cogatur aliò filios erudiendos mittere, cum diſcrimine & periculo fortunarum, vitæ aut morum eorundem; & eſt inimicitia inter ignorantiam & ruſticitatem ſeu barbariem morum, & ſcien-

Digitized by Google

ſcientiam, peritiam & ſtudia virtutis, ut vix ſe compati ſine aliqva lite poſſint. Sunt & invidi vulgares & plebeji felicitatis literarum, ut qvanqvam ſine illis benè eſſe neqveant, tamen fulgore & ſplendore illorum & doctrinæ obcæcentur, aut pati radios ejus facilè neqveant. Sunt & Principes Succeſſores Anteceſſorum, qvi non eodem animo favent ſtudiis, qvo fundatores anteceſſores fuerunt, & levi de cauſa, vel ſpe augendarum qvodammodo opum, vel decepti invidiâ & malitiâ aulicorum, convellere privilegia conceſſa moliuntur. Hæc Petrus Gregorius *lib. 18. de Republ. c. 10. in princ.* Et verè ſcribit Petrus Rebuffus *in Comment. ad Authent. Habita C. Ne filius pro patre.* Hodiè,* inqviens, multi defendunt ſuos ſervientes peſſimos & homicidas, qvàm Scholares: ideò ſcientia exulat: hodiè multæ civitates inſurgunt contra Univerſitates, qvas apud ſe habent, non cognoſcentes, qvid honoris illis per eas accedat, qvorum natura filiis viperarum ſimilis, qvæ partu filiorum corroſis à fœtu lateribus eviſcerantur. Has igitur Univerſitatibus, propter inhabitantium ingratitudinem, privandas cenſerem, & aliò, ubi honor & literarium decus conſervatur, transferendas. 25

CAPUT V.

De jure & poteſtate patronorum in Scholis privatis ſive trivialibus.

SUMMARIA:

Magiſtratus fundans Scholam, debet eam dotare n. 1. ut præceptores habeant ſtipendia n. 2. qvibus virtutibus & donis inſtructi eſſe debeant: primò bonis moribus n. 4. facundia n. 5. ut approbentur tanqvam digni & idonei n. 6.

Magiſtri ſtudiorum laude & commendatione digni n. 7.

Patroni Scholarum non habent jurisdictionem in præceptores & diſcipulos n. 8. ſed præceptores coercent virgis & baculis n. 9.

Privilegiis Academicæ competentia habent etiam Scholares in trivialibus Scholis n. 10.

Patronorum eſt defendere Scholarchas n. 11. curare bonam inſtitutionem n. 12. & ut examina inſtituantur n. 13.

Digitized by Google

UTi fundatione & dotatione Scholæ Regiæ ſive Academiæ factâ autoritate ſuperioris, acqviritur jus patronatus; ita etiam magiſtratus in oppidis & vicis qvi erigunt Pædagogia, Gymnaſia, & Scholas triviales, fiunt illarum Scholarum Patroni.

Et qvæ de dote & fundatione Academiæ conſtituenda dicta, eadem etiam in exſtructione Scholæ trivialis obtinent, ut ſcilicet ſalaria,
2 ſive reditus * loco dotis conſtituanur; qvia illa ſunt qvaſi vita & ſangvis Scholarum: & Præceptores hac ratione etiam liberalibus ſtudiis & artibus Scholares erudiendos ſibi magis commendatos habent, *l. 6. C. de profeſſ. & med.*

Qvin & debent ſalaria eſſe ſufficientia in qvantitate, ut non tan-
3 tùm * Præceptores habeant, unde de præſenti vivant, verùm etiam cùm honeſtè à Scholis dimiſſi, habeant, unde unà cum domeſticis victum & amictum habere poſſint.

Præceptores ſive magiſtros ſtudiorum à patronis Scholis præficiendos qvod attinet, illos ex Conſtitutione Imper. *in l. 2. C. de profeſſ.*
4 *& medic.* excellere oportet * MORIBUS, ut ſcilicet laudabilem in ſe probis moribus vitam eſſe monſtrent, & qvi ſint pii, prudentes, ſobrii, humani, & cum primis affabiles, qvippe, qvod ſaluberrimo affabilitatis contagio vis virtutis, ab alio in alium tranſit ita, exiſtiment, qvicqvid lenitate & paternis monitionibus conſeqvi poſſint, id nulla eſſe acerbitate neqve ſævitiâ conqvirendum; qvicqvid verbis, cohortatione laudeqve ac vituperatione qveant efficere, id neq; virgis, neqve ferulis aut plagis debere extorqveri: qvo pacto & obſeqventiores, obſervantioresqve ſibi diſcipulos reddent, & ſimul ſuæ lenitati maximam apud eos autoritatem cum charitate conjunctam comparabunt. Sanè hoc ita dictum nolim, ut ferulas Præceptorem nunqvam adhibere debere velim, ſed qvod debeat æqvè propemodum à plagis abhorrere, atqve ipſi adoleſcentes, & ut qvàm rariſſimè, nec niſi coactus eo adduci ſe patiatur. Eqvidem plagoſa illa ac tetrica qvorundam Orbiliorum ſeveritas bonis ac benè natis ingeniis eſt inimiciſſima, graveq; damnum adferre ſolet: nam & indolis puerilis ingenuam liberalitatem qvaſi cuniculo qvodam coërcet atqve opprimit, memoriam obruit, & ex ingenuis mancipia, ex elegantibus agreſtes, ex hominibus pecudes efficit, ut

recte

rectè & verè ſcribit Philippus Marnixius *in libello de inſtitutione Principum & Nobilium puerorum ferè in fin.* Pudore & liberalitate liberos retinere ſatiùs eſſe credo, qvàm metu: mea eſt ſic ratio, & ſic animum induco meum, dixit Terentius *in Adelphis actu I.*

Deinde Imperator reqvirit à Magiſtro ſtudiorum FACUNDIAM, hoc eſt, ut * docendi peritiam, facundiam dicendi, interpretandi ſub- 5
tilitatem, copiamqve diſſerendi ſe habere patefaciat, *l. unic. C. de profeſſ. qvi in urbe Conſtant.* Cum illâ docendi facultate conjungat etiam voluntatem, fidelitatem & candorem, ita ut invidiâ ad Garamantas damnatâ, cupiat & velit ſincerè proponere & transfundere omnia, qvæ ipſe didicit, & ſcit, adeòqve omne ſtudium omnemqve laborem eò dirigat, ut diſcipulos labore & tædio ſublevando, qvantum fieri poteſt, onus omne in ſe transferat & ſuſcipiat. Non me ulla res delectabit, licet eximia ſit & ſalutaris, qvam mihi uni ſciturus ſim. Si cum hac exceptione detur ſapientia, ut illam incluſam teneam, nec enunciem, rejiciam. Nullius boni ſine ſocio jucunda poſſeſſio eſt: ait Seneca *Epiſtol. 6.*

Tertiò * non qvivis à patrono debet pueritiæ & juventuti præ- 6
fici, ſed qvi ipſe aliqvid didicit; & qvi nec dolo, nec gratiâ, ſed potiùs virtuti & doctrinæ viribus connixus, legitimè ſuffragantium decretum mereatur *dict. l. 7.* Et huic rei in Conſtitutionibus & Ordinationibus Eccleſiarum benè proſpectum eſt, ut patroni non niſi adhibito Epiſcopo, ſive Superattendente loci, aliqvem Scholis præficiant, ut in vitam, mores & doctrinam ejus prius inqviratur. Qvin & prudens itemqve circumſpectus debet eſſe Præceptor in docendo, ut nimirùm imprimis inqvirat in diſcipulorum ingenia, eaqve accuratè diſcernat & probet, cùm ex qvolibet ligno non fiat Mercurius.

Sanè ejusmodi Præceptoribus non poteſt digna gratia rependi; eorumqve munus ut eſt digniſſimum, ita qvoqve multa & magna reqvirere, modò ex Juliano Imp. *in d. l. 3.* traditum eſt. Et verè * ſcripſit 7
Eraſmus *lib. 1. Epiſt. ferè in fin.* Ludi literarii Magiſtrum eſſe, proximius Regno munus eſt: & nemo meliùs de Republica meretur, qvàm rudis pueritiæ formator, modò (qvod notetur) doctus & integer.

Et hinc patet, Patronis Scholarum præter honorem debitum, competere jus & poteſtatem præficiendi Scholis Magiſtros ſtudiorum, qvorum proprium ſit curare, ut ante omnia verâ pietate imbuantur adoleſcentes: qvippe qvod omnis doctrina ſit, demptâ pietate, venenum. Nullum judico, inqvit Lutherus *Tom. 2. folio 457.* externorum peccatorum tantam mereri pœnam, qvantam puerorum neglectio. Me juvene, *pergit Lutherus*, tale in Scholis erat proverbium: *Non minus eſt in Schola negligere Scholarem, qvàm corrumpere virginem.* Qvod ita dicebatur, ut Præceptoribus metus injiceretur: qvia illo tempore maximum erat peccatum, vitiare virginem. Sed, ô DEUS! qvantò minùs eſt peccatum, vitiare virginem, qvàm hoc, cùm animæ puerorum negliguntur atqve vitiantur. Cicero *in Verrina* ſcribit: Qvi non rectè inſtituunt atqve erudiunt pueros, non ſolùm pueris, ſed etiam Reipublicæ faciunt injuriam.

Sanè juriſdictionem Patroni in Magiſtros Scholarum, eo-
8 rumqve * diſcipulos, non habent, *ſup. cap. 1. in fin.* ſed de iis cognitionem & animadverſionem habent Conſiſtoria Eccleſiaſtica, ſi fortè de delicto; vel alio negotio civili qvæſtio incidat, niſi pa-
9 ctis conventis aliter ſit proviſum. Sic etiam conſtat, patronos * tradere ſaltem præceptoribus in introductione virgas & baculos, ad animadvertendum in Scholaſticos; qvæ animadverſio non fit vi juriſdictionis, aut Imperii, ſed ſaltem ex promiſſione legis: æqvè ut pater liberos ſuos jure Oeconomico ſive patriæ poteſtatis caſtigare & emendare poteſt. *tot. tit. C. emendatione propinq.*

Cæterùm privilegia qvod attinet Academicis competentia ex
10 *Authentica Habita*, eadem etiam * pertinere ad Gymnaſia & Scholas triviales, verius & receptius eſt: tùm qvia Imperator ſe OMNIBUS SCHOLARIBUS privilegia illic propoſita conferre expreſsè teſtatur: tùm qvia ea largitur illis, qvi ſtudiorum gratia peregrinantur, & ad ea proficiſcuntur loca, in qvibus literarum exercentur ſtudia: tùm qvia Scholares in trivialibus Scholis etiam commiſeratione digni ſunt, qvi amore ſcientiæ exules, fa-

cti

cti de divitibus pauperes, ſemetipſos exinaniunt, vitam ſuam multis periculis exponunt, & à viliſſimis ſæpè hominibus, corporales injurias ſine cauſa perferunt: Alias rationes addidi *lib. 3. de jurisd. p. 2. c. 5. n. 44. & ſeqq.*

Incumbit etiam patronis onus defenſionis, ut ſcilicet Magiſtros * ſtudiorum ſibi paterno affectu commendatos habeant, eosqve ab omni injuria defendant & protegant; in id etiam ſedulo incumbentes, ne egeant, ſed ut digna ſalaria juſto tempore eis numerentur. Item, ut ſemper habeant paternam curam juventutis & pueritiæ in Scholis, qvo Scholares rectè in pietate, bonis moribus & literis informentur: ubi vel maximè à prima ætate cavendum, ne qvid pueri addiſcant, qvod ab eis vel aliqvatenus, pro ſui nempè ingenii modulo non intelligatur; ne onerentur multis iisqve obſcuris atqve inutilibus regulis; ſed paulatim aſſveſcant obſervare, qvid rectè, qvid pravè dictum. Qvod qvidem hodiè plerumqve videmus uſu venire, ut dum picarum ac pſittacorum more verba diſcunt pueri recitare, ita eorum mens obtundatur, ut ne dum ad grandiuſculam ætatem contigerint, rem ipſam verbis enunciatam qveant intelligere. 11

Præterea ſummoperè proſpiciendum eſt patronis, ne nimium variis ac diverſis * rebus & ſtudiis puerorum vel animus diſtrahatur, vel memoria obruatur. Neqve ullum elabi diem patiantur pueris, qvo non aliqvid conſcribant, & qvæ ſcripto comprehenderunt, vel de charta, vel memoriter, cum aptâ decentiqve & gravi actione pronunciationeqve in conſeſſu cæterorum adoleſcentum coram Præceptore recitent. 12

Deniqve ut de diligentiâ & fide à Præceptoribus præſtitâ, publicè conſtet, * patronorum officium eſt, ſæpiùs, adhibito miniſterio loci, examina inſtituere, ubi in diſcipulorum mores, profectus & ingenia inqviritur: ut hac ratione boni exhortatione præmiorum, negligentes verò ad majorem diligentiam metu pœnæ excitentur. *l. 1. §. de juſtit. & jure* Cæterum cùm ſuprà dictum 13

cap. 7. num. 3. ut vocationi jure locus ſit, neceſſe eſſe, ut locus ſit vacans; qvo ipſo prohibentur conceſſiones ſive expectativæ Profeſſionum & Parochiarum; idcircò volui diſputationem de illâ materiâ à me in hac Academiâ anno 1608. habitam, ſubnectere, qvod Lectori non ingratum fore ſpero.

CA-

CAPUT VI.

De Conceſſionibus ſive expectativis Profeſſionum & Parochiarum, harumq; reſignationibus & permutationibus.

SUMMARIA:

Conceſſiones Profeſſionum & Parochiarum improbantur ex lege natura n. 3. ex jure divino n. 5. & ideo qvia præbent votum captandæ mortis n. 11. & qvia ſunt improba ejusmodi expectativæ n. 14. qvod declaratur n. 15. 16. 17. & ſeqq.

Vacans Eccleſia qvæ dicatur n. 18.

Pacta de futura ſucceſſione ſunt improbata n. 22.

Improbus eſt, qvi ſolicitus eſt de hæreditate viventis. n. 34.

Anteqvam Profeſſores præficiantur in Academiis, debet inqviri in eorum mores & eruditonem n. 36.

Profeſſorum collegia habent facultatem nominandi perſonam idoneam n. 37.

Expectativæ adigunt aliqvem ad ſecuritatem & impietatem n. 41.

Promiſſio de conferenda præbenda non valet anteqvam vacat n. 44. 48.

De reſignationibus Parochiarum n. 58. & ſeqq.

Concluſio I.

DIſputatio Præſens erit de Conceſſionibus ſive expectativis ſuper loco Profeſſoris in aliqva Academia, vel Parochi alicujus in Eccleſia, nondum vacante, impetratis, an eæ de jure vel æqvitate aliqva ſuſtineri poſſint? Nos eas nullo jure niti, ſed potiùs ab ipſa pietate & humanitate alienas eſſe, aſſeruimus in tractatu noſtro de Academiis *c. 3.* & in diſputatione noſtra publica de Academiis *concl. 10.* Verùm cùm illo tempore habitæ diſputationis à nemine

Digitized by Google

Academiæ gaudent propriâ juriſdictione tàm in earum res, qvàm perſonas. n. 7.

Juriſdictio illa qvalis ſit n. 8. extenditur etiam ad cauſas criminales n. 9. 10. & 11.

Academici etiam ſunt immunes ab oneribus, non tantùm perſonalibus, ſed etiam realibus, num. 12. qvod probatur legibus n. 12. 13. 14. 15.

Encomia Ducum Pomeraniæ, patronorum Academiæ Gryphiswvaldenſis, qvæ ornata eſt juriſdictione, mero & mixto imperio, atq; immunitatibus n. 16, 17. 18.

Patroni officium qvod ſit n. 19.

Qverela de perſecutoribus Academiarum & literatorum n. 20. 21.

FRidericus Imperator, ejus nominis Primus, Scholaribus & perſonis acceſſoriis multa beneficia tribuit & privilegia indulſit *in Authentica Habita C. Ne filius pro patre*. Per Scholares * non tantùm intelliguntur Studioſi; verùm etiam Profeſſores *l. 3. & tot. tit. C. de privilegiis Scholarum & d. Auth. Habita*, ubi expreſsè fit mentio Profeſſorum: qvin & ſecundariò Scholarum privilegia * pertinent qvoq; non tantùm ad Profeſſorum & Studioſorum uxores, *l. medicos 6. C. de profeſſ. & med. l. 2. C. de Epiſc. in Cler*, qvia uxor & maritus habentur pro unâ eademq; perſonâ; & fruuntur eodem privilegio, eodem foro *l. 19. ff. de juriſdict. c. exigere de judic.* verùm * etiam ad eorum viduas, qvia illæ & honorem & dignitatem & forum, nec non domicilium & privilegia mariti retinent. *Novell. 22. cap. 20. l. 8. de Senatorib. l. 22. §. vidua ff. ad municipalem l. 3. C. de privileg. ſtudior.* itemqve eorum * liberos, qvoad in eodem ſtatu permanent, *l. 2. § fin. C. de Epiſc. & Cleric.* & cæteros neceſſarios miniſtros Academiæ, * ut ſunt famuli & nuncii, *d. Auth. Habita ibi, tàm ipſi, qvàm eorum nuncii.* Notarii & Scribæ, item * Typographi, Bibliopolæ & librorum compactores; de qvo alibi pluribus dixi *lib. 3. de juriſdict. p. 2. cap. 6.*

Principale autem ſeu cardinale, inter alia, Academicis indultum privilegium eſt, qvod gaudeant propriâ * & peculiari juriſdictione: qvæ juriſdictio in perſonas & res Academicas exercetur, qvippe, qvod

in perſonis ipſis atq; cauſis, litibus, negotiis & actionibus membrorum
Academiæ potiùs, qvàm in territorio conſideratur: unde nec Acade-
mici magiſtratum ſecularem agnoſcere tenentur.

Qvalis verò ſit * jurisdictio, qvæ *dicta Authentica Habita* magi- 8
ſtratui Academico tribuitur? inter Interpretes non eſt una & eadem
ſententia. Certè ſi qvis Imperatoris intentionem penitiùs * conſide- 9
ret, facilè viderit, id Imperatori propoſitum fuiſſe, ut Academicos o-
mninò à jurisdictione ſecularium, qvos plerumq; literis ac literatis ini-
qviores, proh dolor! deprehendimus, hac ratione eximeret, eosq; ab
injuriis tàm verbalibus, qvàm * realibus contra qvoscunq; defenderet. 10
Cùm itaq; in cauſis injuriarum & delictis gravioribus, ex qvibus actio-
nes criminales plerumq; oriri ſolent, majori periculo, qvàm in cauſis ci-
vilibus, Academici expoſiti ſint, ideò Imp. in earum cognitionibus &
deciſionibus, peculiare ac privilegiatum forum & judicium conſtitue-
re, ac ſanctionem hanc pragmaticam, de eo qvod utplurimùm contin-
gere ſolet, ferre voluiſſe cenſendus eſt. Si enim de cauſis ſtudioſorum
in negotiis obularibus, Imperator judici ſeculari jurisdictionem in ſtu-
dioſos concedere noluit, multò certè minus eidem cognitionem * de 12
capite, vita & fama eorundem, cognitionem committere volnit, *l. fin.
C. de agentib. in reb.* utpote, cùm ubi periculum majus, ibi & auxilium
potentius & efficacius reqviratur, *l. 1. §. de vent. inſpic. l. fin. C. de probat.*
D. Thom. Lindem. *diſp. eleganti de Academiis concl. 112. & 113 cum ſeqq.*
ubi alia adhuc argumenta pro hac ſententia adducit. Et vigore Authen-
ticæ *Habita* criminalem etiam jurisdictionem & merum imperium ſi-
ne diſtinctione rectè tribui, ſaniorum juris interpretum verior & rece-
ptior eſt ſententia, ut videre eſt apud D. Cothm. *reſp. n. 104. & ſeqq.* &
pro eadem pluribus egi, *lib. 3. de jurisd. c. 12. n. 89. & ſeqq.* Qvod etiam
expreſsè docet gloſſa *in præfat. Digeſt. §. illud verò verb. Profeſſ. & in d.
Auth. Habita Verb. ſi litera* niſi forſan vel conſvetudine contrariâ, vel
imperiali reſcripto ſive indultu, jurisdictio criminalis Academiæ judi-
cibus denegetur, *Accurſ. dd. locis.* Qvod etiam exinde confirmatur,
qvòd Imperator Scholares conveniri velit, vel coram Domino, vel Ma-
giſtro ſuo, vel civitatis Epiſcopo, qvibus eam jurisdictionem ſe dediſſe
ſcribit. Eſt autem jurisdictionis Magiſtro & civitatis Epiſcopo datæ

Digitized by Google

incluſio cæterarum omnium jurisdictionum, qvibuscunqve judicibus competentium excluſio *l. cùm prætor de jurisd.* Qvin & prætor nominatos judices alii alicui magiſtratui criminalem jurisdictionem ab Imperatore in Scholares conceſſam fuiſſe nunqvam apparet. Ergò nec factum id eſſe interim aſſerendum eſt. Et certè qvia Imperator de Scholarium privilegiis eorumq; tuitione & protectione tantam & tàm ſollicitam curam ſuſcepit, ſi jurisdictionem criminalem ordinariis Scholarium Magiſtratibus ademtam, & exoticis & peregrinis Magiſtratibus commiſſam eſſe voluiſſet, certo certius id nominatim expreſſiſſet, & lege iſtâ latâ ſanxiſſet. Qvi contrariam ſententiam defendunt, dicunt, textum loqvi de lite, adeòqve de jurisdictione civili; cui textui omninò inhærendum dicunt. Sanè non negandum, textibus omninò inhærendum eſſe: verum de eo controvertitur, annon illo caſu, qvo textus juris in controverſiam vocantur, & aliam atq; aliam ſententiam vel interpretationem recipiunt, unius vel alterius de Academia hominis novi, an verò veterum Interpp. conſentientes interpretationes ſint audiendæ & ſeqvendæ, ut ſit litium finis, cùm alias tot legum interpretationes habituri ſimus, qvot ſunt Capita Interpretum de legum vero ſenſu diſceptantium. Conſultum ſanè eſſet, ut illi, ad qvos ea reſpertinet, ſententias diſſentientium Interpp. in unam conſonantiam redigant, & jus certum conſtituant. Qvo nomine Juſtinianus æternam laudem eſt meritus. Sed cùm id hactenus factum non eſt, interim in magnorum virorum receptis & utplurimùm uſu practico firmatis ſententiis eſt acqvieſcendum. Et res ipſa probat, placita illa Interpretum juris textibus congruere; licet in qvibusdam capitibus illos halucinatos fuiſſe, non negem. Eſt hæc res graviſſima, qvæ vitam, exiſtimationem & fortunas proximi concernit, in qvâ judicandâ à probatis magnorum Juris Interpretum ſententiis & placitis abire, ſummè perniciosum & publicè & privatim exitioſum eſt.

Neq; obſtat, qvòd qvidam ita argumentantur: ſi merum imperium Academiis ab Imp. Friderico tribuitur, neceſſum eſt, nullam penitus Academiam mero imperio deſtitui. Nam propoſitio iſtorum, ſi jus commune ſpectes, eſt vera & juridice, & ex Conſtitutione Friderici Imp. privilegio manifeſta, *d. Auth. Habita.* Qvid ſi omnibus in uni-

Digitized by Google

verſum Academiis criminalem jurisdictionem conceſſerit? ſed notandum, qvod procedente tempore ſucceſſores Impp. commune illud jus in Academiis fundandis qvandoq; retinuerint, qvandoq; mutârint vel alterârint, & vel omnem criminalem jurisdictionem, vel præcipuam criminalis jurisdictionis partem Academicis ademerint. *Joachim. Steph. lib. 1. Juſtit. juris Canonici cap. 8. n. 23. Erneſt. Cothm. reſp. 1. Academico.* Deniq; qvod merum Imperium ut & jus dandi tutores non niſi vel lege, vel Senatus conſulto, vel Principum conſtitutione nominatim & ſpecialiter attribuitur, nonnulli ingeminant, in eo juris Romani ſanctionem cum jure, qvod pôſt cœpit, confundunt. Iſtiusmodi enim Imperium aliqvod merum, cujus Papinianus meminit *in libr. de officio ejus, cui* hodie non reperiri, ab Accurſio, Cujacio, Obrecht. aliisq; verè adnotatum eſt, & ex omnium gloſſatorum ſcriptis luce meridianâ clariùs apparet, qvi unanimiter dicunt, merum imperium & criminalem jurisdictionem hodiè jure magiſtratus competere. *Kirchoff. Cent. 5. concluſionum 58. Weſenb. conſil. 59. num. 18. & ſeq. Marant. p. 4. diſt. 5. n. 67. Kirch. ad jus Saxonicum pag. 128. Ego lib. 1. de jurisd. c. 18. num. 68. Bocer. de jurisdict. cap. 18. num. 8. Oldendorp. ad l. 1. ff. de officio ejus, cui* Concluditur itaqve exinde, Academiæ Rectorem eſſe Magiſtratum ordinarium, & vi ſui magiſtratus jurisdictionem utramq; tàm criminalem, qvàm civilem habere & exercere.

Ex jurisdictione promanat immunitas à muneribus tùm perſona-
libus, tùm * etiam patrimonialibus. Qvod enim attinet munera perſo- 12
nalia, illa non niſi ſubjectis ſeculari magiſtratui imponi * poſſunt, *l.* 13
ſancimus C. de Advoc. div. judic. Natta conſil. 56. Qvin & Doctores &
Profeſſores à patrimonialibus etiam oneribus eſſe * immunes, Imper. 14
Conſtantinus expreſsè conſtituit *in l. medicos C. de profeſſorib. & medic.
lib. 10.* ubi Imperator generaliter loqvitur; Doctores legum, unà cum
uxoribus & filiis, nec non & Rebus, qvas in civitatibus poſſident, ab o-
mni functione, & ab omnibus muneribus vel civilibus vel publicis eſſe
immunes, *d. l. medicos.* Extremam manum hiſce privilegiis immunita-
tum impoſuère Impp. Honorius * & Theodoſius *in l. Grammaticos C.* 15
de profeſſ. & medic. ubi hanc ſuam Conſtitutionem appellant prærogativam retrò latarum Conſtitutionum, qvarum ſumma hæc eſt, ut vide-

licet

licet hæc immunitas tàm à realibus, qvàm perſonalibus, non ſolùm Profeſſoribus, ſed etiam eorum liberis competere debeat. Latiùs hanc qvæſtionem tractavi *lib. 3. de jurisd. p. 2. cap. 10.*

Ejusmodi Univerſitas ſive Academia, cum ampliſſimis privilegiis & immunitatibus, itemq; cum omnimoda jurisdictione, adeòq; cum
16 mero * & mixto imperio, incepta eſt hîc Gryphisvvaldi fundari ab Illuſtriſſimo qvondam Pomeraniæ Duce WARTISLAO IX. Anno Chriſti 1456. & poſtmodum à PHILIPPO, Duce Pomeraniæ nonnihil reſtaurata Anno 1547. Cujus Scholæ patrocinium poſtmodum ſubſeqventes Duces Pomeraniæ maſculè in ſe receperunt, qvi jurisdictionem, immunitates, & ſi qvæ alia jura non ſuppreſſerunt, ſed clementer adverſus maleferiatorum conatus defenderunt & extenderunt, libertatiqve noſtræ tutiſſimum aſylum & diverticulum fuerunt. Imprimis autem Illuſtriſſimi Principis & Domini, Dn. BOGISLAI XIV. Domini noſtri Clementiſſimi, Academiæ noſtræ Patroni & Cancellarii magnificentiſſimi & munificentiſſimi, liberalitas commendanda eſt, qvi nuper Academiæ dotem mirificè adauxit ei proprio motu non tantùm prædium
18 oppido huic vicinum * GRUBENHAGENSE, ſed etiam univerſam præfecturam Monaſterii Hildenſis, ut exinde Profeſſores annua ſua ſalaria certa habere poſſint, cum omnibus pertinentiis, reditibus & fructibus, omniq; jure & dominio, jurisdictioneq; omnimodâ, adeòqve cum omni cauſa clementiſſimè donavit: ſed, proh dolor! eò jam res devenit, ut Profeſſoribus exinde in ſubſeqventibus annis nulla ſtipendia, propter diruptionem & devaſtationem à militibus factam, ſperanda ſint.

19 Et qvia patronus * ſuſtinet locum patris, exinde patroni verum officium eſt, præſtare patrocinium & defenſionem perſonis & rebus Academiarum, contra canes & lupos Scholarum & literatorum.

Nam neſcio, inqvit Petrus Gregorius, qvanta corruptela infectum
20 * vulgus ſoleat odio proſeqvi ſtudioſos, & illis infeſtum eſſe, qvanqvam ex eorum aſſiduitate uberrimos colligit annuatim fructus, & qvamvis ea relevetur impenſa, ne cogatur aliò filios erudiendos mittere, cum diſcrimine & periculo fortunarum, vitæ aut morum eorundem; & eſt inimicitia inter ignorantiam & ruſticitatem ſeu barbariem morum, & ſcien-

Digitized by Google

ſcientiam, peritiam & ſtudia virtutis, ut vix ſe compati ſine aliqva lite poſſint. Sunt & invidi vulgares & plebeji felicitatis literatum, ut qvanqvam ſine illis benè eſſe neqveant, tamen fulgore & ſplendore illorum & doctrinæ obcæcentur, aut pati radios ejus facilè neqveant. Sunt & Principes Succeſſores Anteceſſorum, qvi non eodem animo favent ſtudiis, qvo fundatores anteceſſores fuerunt, & levi de cauſa, vel ſpe augendarum qvodammodo opum, vel decepti invidiâ & malitiâ aulicorum, convellere privilegia conceſſa moliuntur. Hæc Petrus Gregorius *lib. 18. de Republ. c. 10. in princ.* Et verè ſcribit Petrus Rebuffus *in Comment. ad Authent. Habita C. Ne filius pro patre.* Hodiè,* inqviens, multi defendunt ſuos ſervientes peſſimos & homicidas, qvàm Scholares: ideò ſcientia exulat: hodiè multæ civitates inſurgunt contra Univerſitates, qvas apud ſe habent, non cognoſcentes, qvid honoris illis per eas accedat, qvorum natura filiis viperarum ſimilis, qvæ partu filiorum corroſis à fœtu lateribus eviſcerantur. Has igitur Univerſitatibus, propter inhabitantium ingratitudinem, privandas cenſerem, & aliò, ubi honor & literarium decus conſervatur, transferendas. 21

CAPUT V.

De jure & poteſtate patronorum in Scholis privatis ſive trivialibus.

SUMMARIA:

Magiſtratus fundans Scholam, debet eam dotare n. 1. ut præceptores habeant ſtipendia n. 2. qvibus virtutibus & donis inſtructi eſſe debeant: primò bonis moribus n. 4. facundia n. 5. ut approbentur tanqvam digni & idonei n. 6.

Magiſtri ſtudiorum laude & commendatione digni n. 7.

Patroni Scholarum non habent jurisdictionem in præceptores & diſcipulos n. 8. ſed præceptores coercent virgis & baculis n. 9.

Privilegiis Academica competentia habent etiam Scholares in trivialibus Scholis n. 10.

Patronorum eſt defendere Scholarchas n. 11. curare bonam inſtitutionem n. 12. & ut examina inſtituantur n. 13.

Digitized by Google

UTi fundatione & dotatione Scholæ Regiæ ſive Academiæ factâ autoritate ſuperioris, acqviritur jus patronatus; ita etiam magiſtratus in oppidis & vicis qvi erigunt Pædagogia, Gymnaſia, & Scholas triviales, fiunt illarum Scholarum Patroni.

Et qvæ de dote & fundatione Academiæ conſtituenda dicta, eadem etiam in exſtructione Scholæ trivialis obtinent, ut ſcilicet ſalaria,
1 ſive reditus * loco dotis conſtituantur; qvia illa ſunt qvaſi vita & ſangvis Scholarum: & Præceptores hac ratione etiam liberalibus ſtudiis & artibus Scholares erudiendos ſibi magis commendatos habent, *l. 6. C. de profeſſ. & med.*

Qvin & debent ſalaria eſſe ſufficientia in qvantitate, ut non tan-
2 tùm * Præceptores habeant, unde de præſenti vivant, verùm etiam cùm honeſtè à Scholis dimiſſi, habeant, unde unà cum domeſticis victum & amictum habere poſſint.

Præceptores ſive magiſtros ſtudiorum à patronis Scholis præficiendos qvod attinet, illos ex Conſtitutione Imper. *in l. 2. C. de profeſſ.*
4 *& medic.* excellere oportet * Moribus, ut ſcilicet laudabilem in ſe probis moribus vitam eſſe monſtrent, & qvi ſint pii, prudentes, ſobrii, humani, & cum primis affabiles, qvippe, qvod ſaluberrimo affabilitatis contagio vis virtutis, ab alio in alium tranſit ita, exiſtiment, qvicqvid lenitate & paternis monitionibus conſeqvi poſſint, id nullâ eſſe acerbitate neqve ſævitiâ conqvirendum; qvicqvid verbis, cohortatione laudeqve ac vituperatione qveant efficere, id neq; virgis, neqve ferulis aut plagis debere extorqveri: qvo pacto & obſeqventiores, obſervantioresqve ſibi diſcipulos reddent, & ſimul ſuæ lenitati maximam apud eos autoritatem cum charitate conjunctam comparabunt. Sanè hoc ita dictum nolim, ut ferulas Præceptorem nunqvam adhibere debere velim, ſed qvod debeat æqvè propemodum à plagis abhorrere, atqve ipſi adoleſcentes, & ut qvàm rariſſimè, nec niſi coactus eo adduci ſe patiatur. Eqvidem plagoſa illa ac tetrica qvorundam Orbiliorum ſeveritas bonis ac benè natis ingeniis eſt inimiciſſima, graveq; damnum adferre ſolet: nam & indolis puerilis ingenuam liberalitatem qvaſi cuniculo qvodam coërcet atqve opprimit, memoriam obruit, & ex ingenuis mancipia, ex elegantibus agreſtes, ex hominibus pecudes efficit, ut

recte

rectè & verè ſcribit Philippus Marnixius *in libello de inſtitutione Princi-*
pum & Nobilium puerorum ferè in fin. Pudore & liberalitate liberos re-
tinere ſatiùs eſſe credo, qvàm metu: mea eſt ſic ratio, & ſic animum in-
duco meum, dixit Terentius *in Adelphis actu I.*

Deinde Imperator reqvirit à Magiſtro ſtudiorum FACUNDIAM,
hoc eſt, ut * docendi peritiam, facundiam dicendi, interpretandi ſub- 5
tilitatem, copiamqve diſſerendi ſe habere patefaciat, *l. unic. C. de pro-*
feſſ. qvi in urbe Conſtant. Cum illâ docendi facultate conjungat etiam
voluntatem, fidelitatem & candorem, ita ut inviđiâ ad Garamantas da-
mnatâ, cupiat & velit ſincerè proponere & transfundere omnia, qvæ
ipſe didicit, & ſcit, adeòqve omne ſtudium omnemqve laborem eò di-
rigat, ut diſcipulos labore & tædio ſublevando, qvantum fieri poteſt,
onus omne in ſe transferat & ſuſcipiat. Non me ulla res delectabit, li-
cet eximia ſit & ſalutaris, qvam mihi uni ſciturus ſim. Si cum hac ex-
ceptione detur ſapientia, ut illam incluſam teneam, nec enunciem, re-
jiciam. Nullius boni ſine ſocio jucunda poſſeſſio eſt: ait Seneca *E-*
piſtol. 6.

Tertiò * non qvivis à patrono debet pueritiæ & juventuti præ- 6
fici, ſed qvi ipſe aliqvid didicit; & qvi nec dolo, nec gratiâ, ſed po-
tiùs virtuti & doctrinæ viribus connixus, legitimè ſuffragantium de-
cretum mereatur *dict. l. 7.* Et huic rei in Conſtitutionibus & Ordina-
tionibus Eccleſiarum benè proſpectum eſt, ut patroni non niſi adhibi-
to Epiſcopo, ſive Superattendente loci, aliqvem Scholis præficiant, ut
in vitam, mores & doctrinam ejus prius inqviratur. Qvin & prudens
itemqve circumſpectus debet eſſe Præceptor in docendo, ut nimirùm
imprimis inqvirat in diſcipulorum ingenia, eaqve accuratè diſcernat &
probet, cùm ex qvolibet ligno non fiat Mercurius.

Sanè ejusmodi Præceptoribus non poteſt digna gratia rependi;
eorumqve munus ut eſt digniſſimum, ita qvoqve multa & magna reqvi-
rere, modo ex Juliano Imp. *in d. l. 3.* traditum eſt. Et verè * ſcripſit 7
Eraſmus *libr. 1. Epiſt. ferè in fin.* Ludi literarii Magiſtrum eſſe, proxi-
mius Regno munus eſt: & nemo meliùs de Republica meretur, qvàm
rudis pueritiæ formator, modò (qvod notetur) doctus & inte-
ger.

Digitized by Google

Et hinc patet, Patronis Scholarum præter honorem debitum, competere jus & poteſtatem præficiendi Scholis Magiſtros ſtudiorum, qvorum proprium ſit curare, ut ante omnia verâ pietate imbuantur adoleſcentes: qvippe qvod omnis doctrina ſit, demptâ pietate, venenum. Nullum judico, inqvit Lutherus *Tom. 2. ſolio 457.* externorum peccatorum tantam mereri pœnam, qvantam puerorum neglectio. Me juvene, *pergit Lutherus*, tale in Scholis erat proverbium: *Non minus eſt in Schola negligere Scholarem, qvàm corrumpere virginem.* Qvod ita dicebatur, ut Præceptoribus metus injiceretur: qvia illo tempore maximum erat peccatum, vitiare virginem. Sed, ô DEUS! qvantò minùs eſt peccatum, vitiare virginem, qvàm hoc, cùm animæ puerorum negliguntur atqve vitiantur. Cicero *in Verrina* ſcribit: Qvi non rectè inſtituunt atqve erudiunt pueros, non ſolùm pueris, ſed etiam Reipublicæ faciunt injuriam.

Sanè jurisdictionem Patroni in Magiſtros Scholarum, eo-
8 rumqve * diſcipulos, non habent, *ſup. cap. 1. in fin.* ſed de iis cognitionem & animadverſionem habent Conſiſtoria Eccleſiaſtica, ſi fortè de delicto, vel alio negotio civili qvæſtio incidat, niſi pa-
9 ctis conventis aliter ſit, proviſum. Sic etiam conſtat, patronos * tradere ſaltem præceptoribus in introductione virgas & baculos, ad animadvertendum in Scholaſticos; qvæ animadverſio non fit vi jurisdictionis, aut Imperii, ſed ſaltem ex promiſſione legis: æqvè ut pater liberos ſuos jure Oeconomico ſive patriæ poteſtatis caſtigare & emendare poteſt. *tot. tit. C. emendatione propinq.*

Cæterùm privilegia qvod attinet Academicis competentia ex
10 *Authentica Habita*, eadem etiam * pertinere ad Gymnaſia & Scholas triviales, verius & receptius eſt: tùm qvia Imperator ſe OMNIBUS SCHOLARIBUS privilegia illic propoſita concedere expreſsè teſtatur: tùm qvia ea largitur illis, qvi ſtudiorum gratia peregrinantur, & ad ea proficiſcuntur loca, in qvibus literarum exercentur ſtudia: tùm qvia Scholares in trivialibus Scholis etiam commiſeratione digni ſunt, qvi amore ſcientiæ exules, fa-

cti de divitibus pauperes, ſemetipſos exinaniunt, vitam ſuam multis periculis exponunt, & à viliſſimis ſæpè hominibus, corporales injurias ſine cauſa perferunt: Alias rationes addidi *lib. 3. de jurisd. p. 2. c. 5. n. 44. & ſeqq.*

Incumbit etiam patronis onus defenſionis, ut ſcilicet Magiſtros * ſtudiorum ſibi paterno affectu commendatos habeant, eosqve ab omni injuria defendant & protegant: in id etiam ſedulo incumbentes, ne egeant, ſed ut digna ſalaria juſto tempore eis numerentur. Item, ut ſemper habeant paternam curam juventutis & pueritiæ in Scholis, qvo Scholares rectè in pietate, bonis moribus & literis informentur: ubi vel maximè à prima ætate cavendum, ne qvid pueri addiſcant, qvod ab eis vel aliqvatenus, pro ſui nempè ingenii modulo non intelligatur: ne onerentur multis iisqve obſcuris atqve inutilibus regulis; ſed paulatim aſſveſcant obſervare, qvid rectè, qvid pravè dictum. Qvod qvidem hodiè plerumqve videmus uſu venire, ut dum picarum ac pſittacorum more verba diſcunt pueri recitare, ita eorum mens obtundatur, ut ne dum ad grandiuſculam ætatem contigerint, rem ipſam verbis enunciatam qveant intelligere. 11

Præterea ſummoperè proſpiciendum eſt patronis, ne nimium variis ac diverſis * rebus & ſtudiis puerorum vel animus diſtrahatur, vel memoria obruatur. Neqve ullum elabi diem patiantur pueris, qvo non aliqvid conſcribant, & qvæ ſcripto comprehenderunt, vel de charta, vel memoriter, cum aptâ decentiqve & gravi actione pronunciationeqve in conſeſſu cæterorum adoleſcentum coram Præceptore recitent. 12

Deniqve ut de diligentiâ & fide à Præceptoribus præſtitâ, publicè conſtet, * patronorum officium eſt, ſæpiùs, adhibito miniſterio loci, examina inſtituere, ubi in diſcipulorum mores, profectus & ingenia inqviritur: ut hac ratione boni exhortatione præmiorum, negligentes verò ad majorem diligentiam metu pœnæ excitentur. *l. 1. §. de juſtit. & jure* Cæterum cùm ſuprà dictum 13

Digitized by Google

CAPUT VI.

De Conceſſionibus ſive expectativis Profeſſionum & Parochiarum, harumq; reſignationibus & permutationibus.

SUMMARIA:

Conceſſiones Profeſſionum & Parochiarum improbantur ex lege naturæ n. 3. ex jure divino n. 5. & ideo qvia præbent votum captandæ mortis n. 11. & qvia ſunt improbæ ejusmodi expectativæ n. 14. qvod declaratur n. 15. 16. 17. & ſeqq.

Vacans Eccleſia qvæ dicatur n. 18.

Pacta de futura ſucceſſione ſunt improbata n. 22.

Improbus eſt, qvi ſolicitus eſt de hæreditate viventis. n. 34.

Anteqvam Profeſſores præficiantur in Academiis, debet inqviri in eorum mores & eruditonem n. 36.

Profeſſorum collegia habent facultatem nominandi perſonam idoneam n. 37.

Expectativa adigunt aliqvem ad ſecuritatem & impietatem n. 41.

Promiſſio de conferenda præbenda non valet anteqvam vacat n. 44. 48.

De reſignationibus Parochiarum n. 58. & ſeqq.

Concluſio I.

DIſputatio Præſens erit de Conceſſionibus ſive expectativis ſuper loco Profeſſoris in aliqva Academia, vel Parochi alicujus in Eccleſia, nondum vacante, impetratis, an eæ de jure vel æqvitate aliqva ſuſtineri poſſint? Nos eas nullo jure niti, ſed potiùs ab ipſa pietate & humanitate alienas eſſe, aſſeruimus in tractatu noſtro de Academiis *c. 3.* & in diſputatione noſtra publica de Academiis *concl. 10.* Verùm cum illo tempore habitæ diſputationis à nemine

bus,, in qvibus non ſalus: qvin & maledictum ſacra ſcriptura pronunciat eum, qvi ſpem & fiduciam ſuam ponit in homine *Jer. 7.*

VI.

At qvi expectativam petis ſuper loco nondum vacante, qvid qvæſo, aliud facis, qvam qvod auxilium & promotionem ab homine duntaxat petis? & in cujus conceſſione adeò ſpem & fiduciam tuam ponis, ut exiſtimes, ne Deum qvidem aliter facere poſſe, qvò minus ad locum illum expectatum promovearis.

VII.

Qvod ſi Deo verè confideres, hoc intelligeres, Deum pro ſua in omnes homines miſericordia, te absq; ulla humana expectativa, longè meliori conditione, qvam de qva per conceſſionem tibi proſpexiſti, beare poſſe.

IIX.

Sed dum Deo hac ratione diffidis, qvaſi ille nec velit, nec etiam absq; expectativa poſſit te ad illum locum promovere, en juſtus ille Deus, cujus tu mortem & locum expetis, ejus vitam & vires in plures annos extendit, & facit, ne liceat tibi diem illum ſupervivere, qvo locus ille vacet, qvem tu ſingulis momentis vacaturum expectas.

IX.

Et certè ita eſſe, fateri cogeris, qvod ejusmodi expectativæ humanæ, vel vivente adhuc ipſo concedendæ, vel certè defuncto ab ejusdem ſucceſſoribus in dubium trahantur, & aliqvando etiam in totum caſſentur. Scilicet Deus noſter, in cujus manu omnia ſunt, & qvi nullo negotio mutat qvadrata rotundis, id ita curat, ut eodem modo & facilitate, ne dicam, temeritate expectativæ diſſolvantur, qva impetrata ſunt, *qvod ſecundum naturam eſſe dicit JCtus in l. ſecundum naturam de reg. jur.*

Digitized by Google

X.

Sanè ſi qvas conceſſiones à ſupremo patrono peteres, illæ longè ſunt certiores, nec ita humanâ diſpoſitione & arte everti qveunt. Et ne dubites, qvod Deus, ſi profuturum tibi prævideat, preces tuas auditurus, & media, qvibus voto tuo potiaris, ſuppeditaturus eſſet.

XI.

Tertia ratio, ob qvam expectativas improbamus, eſt, qvod ejusmodi conceſſiones & expectativæ anſam præbent, ſive inducunt votum captandæ mortis alterius, adeoq; ſunt contra bonos mores *l. licet 1. pactum qvod dotale l. fin. Cod. de pact. cum ſimilibus.* qvo nihil à boni viri officio alienius eſſe, dicit Duarenus *lib. 6. de ſac. Eccl. miniſt. cap. 1.*

XII.

Hoc Demadis illius exemplum nos edocet, qvi Athenis neceſſaria funeribus venditantem, damnavit, cum probaſſet, magnum lucrum optaſſe, qvod contingere illi ſine multorum morte non poterat. *Seneca lib. 6. de benefic. cap. 38.*

XIII.

Et non immeritò C. Lutorius Priſcus eqves & Poeta nobilis, qvi ægrotante adhuc Druſo Tiberii filio carmina de morte illius ſcripſerat, cum hoc indigniſſimum Senatui viſum fuiſſet, à Senatu condemnatus vitâ deceſſerit. *Dio Caſſ. lib. 57. hiſtor.*

XIV.

Qvartò ejusmodi expectativæ, præterqvam qvod votum captandæ mortis continent, etiam improbæ & extremæ ſunt avaritiæ *arg. l. 2. §. inter dũ ff. de vulg. & pup. ſubſt.* qvæ radix eſt omnis mali 1. *Tim. 6.* fovent qvoq; concupiſcentiam rei alienæ; atq; ita pugnant cum ultimo decalogi præcepto, ne dicam, caſum adverſamq; fortunam

&

Digitized by Google

& mortem ſpectare hominis liberi, neq; civile eſſe, neqve naturale *l. inter ſtipulantem 83. §. ſacram. verſ. ſed hæc diſſimilia de verb. oblig.*

XV.

Hinc Julius Clarus morem illum infeudandi de feudo nondum aperto graviter reprehendit, & debere Imperatores & Principes abſtinere ab ejusmodi inveſtituris, monet *lib. 4. ſentent. §. feudum qvaſt.* 14. ne inducant votum captandæ mortis. *Gail. lib. 2. obſ.* 155. *num. 4.*

XVI.

Et ſi ſecundum juris civilis regulas judicandum eſſet, non levem habituram dubitationem, an ejusmodi inveſtitura jure ſubſiſtat, cum fiat adhuc vivente poſſeſſore, & in tempus mortis ejus conferatur, atq; propterea captandæ mortis votum contineat, dicit Hartmannus Piſtoris *p. 2. q. 25. n. 2.* qvod odioſum & plenum triſtiſſimi & periculoſi eventus eſſe exiſtimatur *l. ult. C. de pact.*

XVII.

Hinc & de jure Canonico ei, qvi adminiſtrationem Eccleſiaſticam habet, non aliter ſucceſſorem mittere licet, qvam ſi mortem obierit, aut aliàs vacaverit Eccleſia, qvam admininiſtrat. *tot. tit. de conceſſ. præb. c. nonſurem 7. q.* 1. Cum nimirùm turpe ſit, & divini plenum animadverſione judicii, ſi locum in Eccleſia futuræ ſucceſſionis expectatio habeat, qvam ipſi etiam Gentiles condemnare curàrunt *c. de nulla. de conceſſ. præb.*

XIIX.

Vacantem Eccleſiam aut beneficium dicimus, cum præfecto, gubernatore ſeu adminiſtratore caret, non diſſimiliter ac Jureconſulti vacantem mulierem vocant, pro vidua *l. qvi cætu ad l. Jul. de vi publ. Plin. lib.* 10. *Epiſt.*

Digitized by Google

licet hæc immunitas tàm à realibus, qvàm perſonalibus, non ſolùm Profeſſoribus, ſed etiam eorum liberis competere debeat. Latiùs hanc qvæſtionem tractavi *lib. 3. de jurisd. p. 2. cap. 10.*

Ejusmodi Univerſitas ſive Academia, cum ampliſſimis privilegiis & immunitatibus, itemq; cum omnimoda jurisdictione, adeòq; cum
16 mero * & mixto imperio, incepta eſt hic Gryphisvvaldi fundari ab Illuſtriſſimo qvondam Pomeraniæ Duce WARTISLAO IX. Anno Chriſti 1456. & poſtmodum à PHILIPPO, Duce Pomeraniæ nonnihil reſtaurata Anno 1547. Cujus Scholæ patrocinium poſtmodum ſubſeqventes Duces Pomeraniæ maſculè in ſe receperunt, qvi jurisdictionem, immunitates, & ſi qvæ alia jura non ſuppreſſerunt, ſed clementer adverſus maleferiatorum conatus defenderunt & extenderunt, libertatiqve noſtræ tutiſſimum aſylum & diverticulum fuerunt. Imprimis autem Illuſtriſſimi Principis & Domini, Dn. BOGISLAI XIV. Domini noſtri Clementiſſimi, Academiæ noſtræ Patroni & Cancellarii magnificentiſſimi & munificentiſſimi, liberalitas commendanda eſt, qvi nuper Academiæ dotem mirificè adauxit ei proprio motu non tantùm prædium
18 oppido huic vicinum * GRUBENHAGENSE, ſed etiam univerſam præfecturam Monaſterii Hildenſis, ut exinde Profeſſores annua ſua ſalaria certa habere poſſint, cum omnibus pertinentiis, reditibus & fructibus, omniq; jure & dominio, jurisdictioneq; omnimodâ, adeòqve cum omni cauſa clementiſſimè donavit: ſed, proh dolor! eò jam res devenit, ut Profeſſoribus exinde in ſubſeqventibus annis nulla ſtipendia, propter diruptionem & devaſtationem à militibus factam, ſperanda ſint.

19 Et qvia patronus * ſuſtinet locum patris, exinde patroni verum officium eſt, præſtare patrocinium & defenſionem perſonis & rebus Academiarum, contra canes & lupos Scholarum & literatorum.

Nam neſcio, inqvit Petrus Gregorius, qvanta corruptela infectum
20 * vulgus ſoleat odio proſeqvi ſtudioſos, & illis infeſtum eſſe, qvanqvam ex eorum aſſiduitate uberrimos colligit annuatim fructus, & qvamvis ea relevetur impenſa, nec cogatur aliò filios erudiendos mittere, cum diſcrimine & periculo fortunarum, vitæ aut morum eorundem; & eſt inimicitia inter ignorantiam & ruſticitatem ſeu barbariem morum, & ſcien-

Digitized by Google

ſcientiam, peritiam & ſtudia virtutis, ut vix ſe compati ſine aliqva lite poſſint. Sunt & invidi vulgares & plebeji felicitatis literatum, ut qvanqvam ſine illis benè eſſe neqveant, tamen fulgore & ſplendore illorum & doctrinæ obcæcentur, aut pati radios ejus facilè neqveant. Sunt & Principes Succeſſores Anteceſſorum, qvi non eodem animo favent ſtudiis, qvo fundatores anteceſſores fuerunt, & levi de cauſa, vel ſpe augendarum qvodammodo opum, vel decepti invidiâ & malitiâ aulicorum, convellere privilegia conceſſa moliuntur. Hæc Petrus Gregorius *lib. 18. de Republ. c. 10. in princ.* Et verè ſcribit Petrus Rebuffus *in Comment. ad Authent. Habita C. Ne filius pro patre.* Hodiè,* inqviens, mul- 25
ti defendunt ſuos ſervientes peſſimos & homicidas, qvàm Scholares: ideò ſcientia exulat: hodiè multæ civitates inſurgunt contra Univerſitates, qvas apud ſe habent, non cognoſcentes, qvid honoris illis per eas accedat, qvorum natura filiis viperarum ſimilis, qvæ partu filiorum corroſis à fœtu lateribus eviſcerantur. Has igitur Univerſitatibus, propter inhabitantium ingratitudinem, privandas cenſerem, & aliò, ubi honor & literarium decus conſervatur, transferendas.

CAPUT V.

De jure & poteſtate patronorum in Scholis privatis ſive trivialibus.

SUMMARIA:

Magiſtratus fundans Scholam, debet eam dotare n. 1. ut præceptores habeant ſtipendia n. 2. qvibus virtutibus & donis inſtructi eſſe debeant: primò bonis moribus n. 4. facundia n. 5. ut approbentur tanqvam digni & idonei n. 6.

Magiſtri ſtudiorum laude & commendatione digni n. 7.

Patroni Scholarum non habent jurisdictionem in præceptores & diſcipulos n. 8. ſed præceptores coercent virgis & baculis n. 9.

Privilegiis Academica competentia habent etiam Scholares in trivialibus Scholis n. 10.

Patronorum eſt defendere Scholarchas n. 11. curare bonam inſtitutionem n. 12. & ut examina inſtituantur n. 13.

UTi fundatione & dotatione Scholæ Regiæ ſive Academiæ factâ autoritate ſuperioris, acqviritur jus patronatus; ita etiam magiſtratus in oppidis & vicis qvi erigunt Pædagogia, Gymnaſia, & Scholas triviales, fiunt illarum Scholarum Patroni.

Et qvæ de dote & fundatione Academiæ conſtituenda dicta, eadem etiam in exſtructione Scholæ trivialis obtinent, ut ſcilicet ſalaria,
1 ſive reditus * loco dotis conſtituanur; qvia illa ſunt qvaſi vita & ſangvis Scholarum: & Præceptores hac ratione etiam liberalibus ſtudiis & artibus Scholares erudiendos ſibi magis commendatos habent, *l. 6. C. de profeſſ. & med.*

Qvin & debent ſalaria eſſe ſufficientia in qvantitate, ut non tan-
2 tùm * Præceptores habeant, unde de præſenti vivant, verùm etiam cùm honeſtè à Scholis dimiſſi, habeant, unde unà cum domeſticis victum & amictum habere poſſint.

Præceptores ſive magiſtros ſtudiorum à patronis Scholis præficiendos qvod attinet, illos ex Conſtitutione Imper. *in l. 2. C. de profeſſ.*
4 *& medic.* excellere oportet * Moribus, ut ſcilicet laudabilem in ſe probis moribus vitam eſſe monſtrent, & qvi ſint pii, prudentes, ſobrii, humani, & cum primis affabiles, qvippe, qvod ſaluberrimo affabilitatis contagio vis virtutis, ab alio in alium tranſit ita, exiſtiment, qvicqvid lenitate & paternis monitionibus conſeqvi poſſint, id nulla eſſe acerbitate neqve ſævitiâ conqvirendum; qvicqvid verbis, cohortatione laudeqve ac vituperatione qveant efficere, id neq; virgis, neqve ferulis aut plagis debere extorqveri: qvo pacto & obſeqventiores, obſervantioresqve ſibi diſcipulos reddent, & ſimul ſuæ lenitati maximam apud eos autoritatem cum charitate conjunctam comparabunt. Sanè hoc ita dictum nolim, ut ferulas Præceptorem nunqvam adhibere debere velim, ſed qvod debeat æqvè propemodum à plagis abhorrere, atqve ipſi adoleſcentes, & ut qvàm rariſſimè, nec niſi coactus eo adduci ſe patiatur. Eqvidem plagoſa illa ac tetrica qvorundam Orbiliorum ſeveritas bonis ac benè natis ingeniis eſt inimiciſſima, graveq; damnum adferre ſolet: nam & indolis puerilis ingenuam liberalitatem qvaſi cuniculo qvodam coërcet atqve opprimit, memoriam obruit, & ex ingenuis mancipia, ex elegantibus agreſtes, ex hominibus pecudes efficit, ut

recte

rectè & verè ſcribit Philippus Marnixius *in libello de inſtitutione Principum & Nobilium puerorum ferè in fin.* Pudore & liberalitate liberos retinere ſatiùs eſſe credo, qvàm metu: mea eſt ſic ratio, & ſic animum induco meum, dixit Terentius *in Adelphis actu I.*

Deinde Imperator reqvirit à Magiſtro ſtudiorum FACUNDIAM, hoc eſt, ut * docendi peritiam, facundiam dicendi, interpretandi ſubtilitatem, copiamqve diſſerendi ſe habere patefaciat, *l. unic. C. de profeſſ. qvi in urbe Conſtant.* Cum illâ docendi facultate conjungat etiam voluntatem, fidelitatem & candorem, ita ut invidiâ ad Garamantas damnatâ, cupiat & velit ſincerè proponere & transfundere omnia, qvæ ipſe didicit, & ſcit, adeòqve omne ſtudium omnemqve laborem eò dirigat, ut diſcipulos labore & tædio ſublevando, qvantum fieri poteſt, onus omne in ſe transferat & ſuſcipiat. Non me ulla res delectabit, licet eximia ſit & ſalutaris, qvam mihi uni ſciturus ſim. Si cum hac exceptione detur ſapientia, ut illam incluſam teneam, nec enunciem, rejiciam. Nullius boni ſine ſocio jucunda poſſeſſio eſt: ait Seneca *Epiſtol. 6.* 5

Tertiò * non qvivis à patrono debet pueritiæ & juventuti præfici, ſed qvi ipſe aliqvid didicit; & qvi nec dolo, nec gratiâ, ſed potiùs virtuti & doctrinæ viribus connixus, legitimè ſuffragantium decretum mereatur *dict. l. 7.* Et huic rei in Conſtitutionibus & Ordinationibus Eccleſiarum benè proſpectum eſt, ut patroni non niſi adhibito Epiſcopo, ſive Superattendente loci, aliqvem Scholis præficiant, ut in vitam, mores & doctrinam ejus prius inqviratur. Qvin & prudens itemqve circumſpectus debet eſſe Præceptor in docendo, ut nimirùm imprimis inqvirat in diſcipulorum ingenia, eaqve accuratè diſcernat & probet, cùm ex qvolibet ligno non fiat Mercurius. 6

Sanè ejusmodi Præceptoribus non poteſt digna gratia rependi; eorumqve munus ut eſt digniſſimum, ita qvoqve multa & magna reqvirere, modo ex Juliano Imp. *in d. l. 3.* traditum eſt. Et verè * ſcripſit Eraſmus *libr. 1. Epiſt. ferè in fin.* Ludi literarii Magiſtrum eſſe, proximius Regno munus eſt: & nemo meliùs de Republica meretur, qvàm rudis pueritiæ formator, modò (qvod notetur) doctus & integer. 7

Digitized by Google

Et hinc patet, Patronis Scholarum præter honorem debitum, competere jus & poteſtatem præficiendi Scholis Magiſtros ſtudioſorum, qvorum proprium ſit curare, ut ante omnia verâ pietate imbuantur adoleſcentes: qvippe qvod omnis doctrina ſit, demptâ pietate, venenum. Nullum judico, inqvit Lutherus *Tom. 2. folio 457.* externorum peccatorum tantam mereri pœnam, qvantam puerorum neglectio. Me juvene, *pergit Lutherus*, tale in Scholis erat proverbium: *Non minus eſt in Schola negligere Scholarem, qvàm corrumpere virginem.* Qvod ita dicebatur, ut Præceptoribus metus injiceretur: qvia illo tempore maximum erat peccatum, vitiare virginem. Sed, ô DEUS! qvantò minùs eſt peccatum, vitiare virginem, qvàm hoc, cùm animæ puerorum negliguntur atqve vitiantur. Cicero *in Verrina* ſcribit: Qvi non rectè inſtituunt atqve erudiunt pueros, non ſolùm pueris, ſed etiam Reipublicæ faciunt injuriam.

Sanè juriſdictionem Patroni in Magiſtros Scholarum, eo-
8 rumqve * diſcipulos, non habent, *ſup. cap. 1. in fin.* ſed de iis co-
gnitionem & animadverſionem habent Conſiſtoria Eccleſiaſtica, ſi
fortè de delicto, vel alio negotio civili qvæſtio incidat, niſi pa-
9 ctis conventis aliter ſit proviſum. Sic etiam conſtat, patronos * tra-
dere ſaltem præceptoribus in introductione virgas & baculos, ad animadvertendum in Scholaſticos; qvæ animadverſio non ſit vi juriſdictionis, aut Imperii, ſed ſaltem ex promiſſione legis: æqvè ut pater liberos ſuos jure Oeconomico ſive patriæ poteſtatis caſtigare & emendare poteſt. *tot. tit. C. emendatione propinq.*

Cæterùm privilegia qvod attinet Academicis competentia ex
10 *Authentica Habita*, eadem etiam * pertinere ad Gymnaſia & Scho-
las triviales, verius & receptius eſt: tùm qvia Imperator ſe OMNIBUS SCHOLARIBUS privilegia illic propoſita conferre expreſsè teſtatur: tùm qvia ea largitur illis, qvi ſtudiorum gratia peregrinantur, & ad ea proficiſcuntur loca, in qvibus literarum exercentur ſtudia: tùm qvia Scholares in trivialibus Scholis etiam commiſeratione digni ſunt, qvi amore ſcientiæ exules, fa-

facti

ćti de divitibus pauperes, ſemetipſos exinaniunt, vitam ſuam multis periculis exponunt, & à viliſſimis ſæpè hominibus, corporales injurias ſine cauſa perferunt: Alias rationes addidi *lib. 3. de jurisd. p. 2. c. 5. n. 44. & ſeqq.*

Incumbit etiam patronis onus defenſionis, ut ſcilicet Magiſtros * ſtudiorum ſibi paterno affectu commendatos habeant, eosqve ab omni injuria defendant & protegant: in id etiam ſedulo incumbentes, ne egeant, ſed ut digna ſalaria juſto tempore eis numerentur. Item, ut ſemper habeant paternam curam juventutis & pueritiæ in Scholis, qvo Scholares rectè in pietate, bonis moribus & literis informentur: ubi vel maximè à prima ætate cavendum, ne qvid pueri addiſcant, qvod ab eis vel aliqvatenus, pro ſui nempè ingenii modulo non intelligatur; ne onerentur multis iisqve obſcuris atqve inutilibus regulis; ſed paulatim aſſveſcant obſervare, qvid rectè, qvid pravè dictum. Qvod qvidem hodiè plerumqve videmus uſu venire, ut dum picarum ac pſittacorum more verba diſcunt pueri recitare, ita eorum mens obtundatur, ut ne dum ad grandiuſculam ætatem contigerint, rem ipſam verbis enunciatam qveant intelligere. 11

Præterea ſummoperè proſpiciendum eſt patronis, ne nimium variis ac diverſis * rebus & ſtudiis puerorum vel animus diſtrahatur, vel memoria obruatur. Neqve ullum elabi diem patiantur pueris, qvo non aliqvid conſcribant, & qvæ ſcripto comprehenderunt, vel de charta, vel memoriter, cum aptâ decentiqve & gravi actione pronunciationeqve in conſeſſu cæterorum adoleſcentum coram Præceptore recitent. 12

Deniqve ut de diligentiâ & fide à Præceptoribus præſtitâ, publicè conſtet, * patronorum officium eſt, ſæpiùs, adhibito miniſterio loci, examina inſtituere, ubi in diſcipulorum mores, profectus & ingenia inqviritur: ut hac ratione boni exhortatione præmiorum, negligentes verò ad majorem diligentiam metu pœnæ excitentur. *l. 1. §. de juſtit. & jure* Cæterum cùm ſuprà dictum 13

CAPUT VI.

De Conceſſionibus ſive expectativis Profeſſionum & Parochiarum, harumq; reſignationibus & permutationibus.

SUMMARIA:

Conceſſiones Profeſſionum & Parochiarum improbantur ex lege naturæ n. 3. ex jure divino n. 5. & ideo qvia præbent votum captandæ mortis n. 11. & qvia ſunt improbæ ejusmodi expectativæ n. 14. qvod declaratur n. 15. 16. 17. & ſeqq.

Vacans Eccleſia qvæ dicatur n. 18.

Pacta de futura ſucceſſione ſunt improbata n. 22.

Improbus eſt, qvi ſolicitus eſt de hæreditate viventis. n. 34.

Anteqvam Profeſſores præficiantur in Academiis, debet inqviri in eorum mores & eruditonem n. 36.

Profeſſorum collegia habent facultatem nominandi perſonam idoneam n. 37.

Expectativæ adigunt aliqvem ad ſecuritatem & impietatem n. 41.

Promiſſio de conferenda præbenda non valet anteqvam vacat n. 44. 48.

De reſignationibus Parochiarum n. 58. & ſeqq.

Concluſio I.

DIſputatio Præſens erit de Conceſſionibus ſive expectativis ſuper loco Profeſſoris in aliqva Academia, vel Parochi alicujus in Eccleſia, nondum vacante, impetratis, an eæ de jure vel æqvitate aliqva ſuſtineri poſſint? Nos eas nullo jure niti, ſed potiùs ab ipſa pietate & humanitate alienas eſſe, aſſeruimus in tractatu noſtro de Academiis *c. 3.* & in diſputatione noſtra publica de Academiis *concl. 10.* Verùm cum illo tempore habitæ diſputationis à nemine

Ff fue-

Digitized by Google

bus,, in qvibus non ſalus: qvin & maledictum ſacra ſcriptura pronunciat eum, qvi ſpem & fiduciam ſuam ponit in homine *Jer. 7.*

VI.

At qvi expectativam petis ſuper loco nondum vacante, qvid qvæſo, aliud facis, qvam qvod auxilium & promotionem ab homine duntaxat petis? & in cujus conceſſione adeò ſpem & fiduciam tuam ponis, ut exiſtimes, ne Deum qvidem aliter facere poſſe, qvò minus ad locum illum expectatum promovearis.

VII.

Qvod ſi Deo verè confideres, hoc intelligeres, Deum pro ſua in omnes homines miſericordia, te absq; ulla humana expectativa, longè meliori conditione, qvam de qva per conceſſionem tibi proſpexiſti, beare poſſe.

IIX.

Sed dum Deo hac ratione diffidis, qvaſi ille nec velit, nec etiam absq; expectativa poſſit te ad illum locum promovere, en juſtus ille Deus, cujus tu mortem & locum expetis, ejus vitam & vires in plures annos extendit, & facit, ne liceat tibi diem illum ſupervivere, qvo locus ille vacet, qvem tu ſingulis momentis vacaturum expectas.

IX.

Et certè ita eſſe, fateri cogeris, qvod ejusmodi expectativæ humanæ, vel vivente adhuc ipſo concedendæ, vel certè defuncto ab ejusdem ſucceſſoribus in dubium trahantur, & aliqvando etiam in totum caſſentur. Scilicet Deus noſter, in cujus manu omnia ſunt, & qvi nullo negotio mutat qvadrata rotundis, id ita curat, ut eodem modo & facilitate, ne dicam, temeritate expectativæ diſſolvantur, qva impetrata ſunt, *qvod ſecundum naturam eſſe dicit JCtus in l. ſecundum naturam de reg. jur.*

& mortem ſpectare hominis liberi, neq; civile eſſe, neqve naturale *l. inter ſtipulantem 83. §. ſacram. verſ. ſed hæc diſſimilia de verb. oblig.*

XV.

Hinc Julius Clarus morem illum infeudandi de feudo nondum aperto graviter reprehendit, & debere Imperatores & Principes abſtinere ab ejusmodi inveſtituris, monet *lib. 4. ſentent. §. feudum quæſt.* 14. ne inducant votum captandæ mortis. *Gail. lib. 2. obſ. 155. num. 4.*

XVI.

Et ſi ſecundum juris civilis regulas judicandum eſſet, non levem habituram dubitationem, an ejusmodi inveſtitura jure ſubſiſtat, cum fiat adhuc vivente poſſeſſore, & in tempus mortis ejus conferatur, atq; propterea captandæ mortis votum contineat, dicit Hartmannus Piſtoris *p. 2. q. 25. n. 2.* qvod odioſum & plenum triſtiſſimi & periculoſi eventus eſſe exiſtimatur *l. ult. C. de pact.*

XVII.

Hinc & de jure Canonico ei, qvi adminiſtrationem Eccleſiaſticam habet, non aliter ſucceſſorem mittere licet, qvam ſi mortem obierit, aut aliàs vacaverit Eccleſia, qvam admininiſtrat. *tot. tit. de conceſſ. præb. c. non furem 7. q.* 1. Cum nimirùm turpe ſit, & divini plenum animadverſione judicii, ſi locum in Eccleſia futuræ ſucceſſionis expectatio habeat, qvam ipſi etiam Gentiles condemnare curârunt *c. de nulla. de conceſſ. præb.*

XIIX.

Vacantem Eccleſiam aut beneficium dicimus, cum præfecto, gubernatore ſeu adminiſtratore caret, non diſſimiliter ac Jurecconſulti vacantem mulierem vocant, pro vidua *l. qvi cœtu ad l. Jul. de vi publ. Plin. lib.* 10. *Epiſt.*

Digitized by Google

XIX.

Ac fuit qvorundam opinio, ne mortuo qvidem beneficiario poſſe beneficium dari, anteqvam demortui cadaver ſepulturæ traditum fuerit *c. bona 2. de elect.*

XX.

Sicut autem vivi ſuperſtitisq; hominis beneficium conferri prohibetur, ita etiam promiſſiones beneficiorum interdictæ ſunt, qvamvis in tempus, qvo mortuus fuerit beneficiarius, conferantur; qvia nimirùm per ejusmodi promiſſiones, qvæ per importunitatem nimiam & per ambitionem improbam ut plurimùm extorqventur, mortis alienæ votum ingeritur, *ut eſt in c. deteſtanda 2. de conceſſ. preb lib. 6.*

XXI.

Qvin nec ex tali promiſſione ulla naſcitur obligatio, adeò ut poſtmodùm etiam ſubſecuta vacatione non confirmetur *c. auditis de elect. Panorm in c. relatum de conceſſ. preb.* Qvod enim principio nullum eſt, ex poſtfacto non convaleſcit. *l. qvod initio, de reg jur.*

XXII.

Hinc etiam in jure civili improbata ſunt pacta de futura ſucceſſione *d. l. fin. C. de pact. l. de fidei commiſſa C. de transact. l. qvidem §. 1. de donat.* Siqvidem non convenit, ut qvis ſolicitus ſit de viventis hæreditate *l. 1. §. interdum de vulg. l. ita tamen §. à patre ad SC. Trebell.*

XXIII.

Et exindè rectiſsimè & neceſſariò infertur, non valere expectativas profeſsionum & parochiarum, ſed eas potius eſſe ineſſicaces, adeóq; nullum jus vel effectum producere.

XXIV.

Non dicam hîc, qvod tamen cuivis Chriſtiano cogi-

tan-

Digitized by Google

tandem relinqvo, qvam durum & luctuoſum ſit, ſeni forſan & emerito, videre qvotidiè ante oculos ſuos invidentem vitæ & fortunæ ſuæ, & qvidem eum, qvem dum adhuc vivit, collegam habet, qvem amicum, ſuum agnovit, cui ille aliqvandò benè fecit, cujus vitam, famam, & fortunam cum ſui ipſius vitæ, famæ & fortunæ periculo defendiſſet, ſi neceſsitas poſtulaſſet. Sanè ſi de bonis viventis ſolicitum eſſe, impobum eſt, *teſte JCto in l. 2. §. 1. de vulg. & pup.* certè longè improbius erit de vita viventis ſui collegæ & amici ſollicitum eſſe.

XXV.

At heus tu, qvi hujus & illius mortem expectas, cui vitam diuturniorem potiùs pro ſalute Reip. precari deberes, cujus affectionis ratione nos ad eundem qvoq; tuendum attrahi, exploratæ veritatis eſt *l. 1. §. item aut per ſemetipſum, verb. ſpectat enim, ibi, vel affectui, ff. de jur.* heus tu, inqvam, Ab alio expectes, alteri qvod feceris; per qvæ enim qvis peccat, per eadem punitur. *Sap.* 11.

XXVI.

Qvi in theologiæ ſtudio occupati ſunt, illi ſingulariter meminiſſe deberent, Eccleſiæ miniſtros ad prædicationem Evangelii mitti oportere ne objiciatur illis: *Currebant & non mittebam eos.* Illa miſsio fit mediante electione & vocatione facta legitimè ab eo, qvi eam poteſtatem de jure habet.

XXVII

Divus Cyprianus presbyteris & diaconis & plebi univerſæ reſcribens: ordinandis clericis, fratres chariſſimi, inqvit, ſolemus vos ante conſulere, & mores ac merita communi conſilio ponderare *D. Cyprian. lib. 2. Epiſt. 5.* Idem *de Cornelio Pontifice*: Factus eſt, inqvit, Cornelius Epiſcopus.

ſcopus de Dei & Chriſti ejus judicio, de clericorum penè omnium teſtimonio, de plebis, qvæ tunc adfuit, ſuffragio, & de ſacerdotum antiqvorum & bonorum virorum collegio. *D. Cypr. lib. 4. Epiſt. 2. ad Antonianum.*

XXIIX.

Etenim in ordinationibus ſacerdotum, ait D. Cyprianus, non niſi immaculatos, & integros antiſtites eligere debemus, qvi dignè & ſanctè ſacrificia Deo offerentes audiri in precibus poſſint, qvas faciunt pro plebis dominicæ incolumitate. *D. Cypr. lib. 1. Epiſt. 4.*

XXIX.

Et qvidem uti Athenis fiebat magiſtratuum δοκιμασία; ne alii, qvam viri probi crearentur: Sic & in electionibus plebs Chriſtiana eum nominare ſolebat, qvem meritis dignisſimum crederet. *c licet 8. qvæſt. 1.*

XXX.

Ac ne qvis ſceleratus aut ſacro munere indignus per ambitum, & mendicata ſuffragia, vel ad gratiam eligeretur, licebat unicuiq; crimina aut criminum ſuſpiciones objicere, ut plebe præſente vel detegantur malorum crimina, vel bonorum merita prædicentur, ut inqvit Cyprianus *lib. 1. Epiſt. 6.*

XXXI.

Conſtantinus Imperator, & Irene ejus mater, Tharaſium Patriarcham, qvi ſuffragiis totius cleri electus fuerat, in conſpectum univerſi populi eduxerunt, feceruntq; omnibus liberam criminandi & accuſandi poteſtatem. *Epiſtola Imperatoris Conſtantini ad Nicenam 2. Synodum.*

XXXII.

Qvid laudabilius eſſet, qvàm electiones in Eccleſia ſervare & tueri, ne alii, qvàm viri integri, moribus incor-

rupti,

rupti, fide præſtantes, uno omnium Chriſtianorum conſenſu Eccleſiæ præficerentur? Minus eſt tenere ſacerdotium, qvam mereri, inqvit D. Hieronymus *ad Pammachium lib 2. Epiſt. 5.*

XXXIII.

Et contrà qvid deteſtabilius eſſe poteſt, qvàm per expectativas, qvæ ſub & obreptitiè perq; nimiam importunitatem & ambitionẽ improbam, *ut dicitur in c. deteſtanda 2. de conceſſ. præb.* ut plurimùm extorqventur, Eccleſiæ qvem absq; ulla inqviſitione morum & doctrinæ præfici.

XXXIV.

Improbè ille agit, qvi eſt ſolicitus de hereditate viventis *l. 2. § 2 de vulg. & pup. ſubſt.* Imò legis interpretatione habetur pro inſidiatore vitæ ejus, de cujus hereditate paciſcitur *l 2. in fin. de his qvib ut indign.* Qvid ergò dixeris de eo, qvi ſuper loco viventis expectativam petit? aſſumat qvi velit.

XXXV.

Vanæ ſunt & ſuperfluæ hoc tempore illæ canonum conſtitutiones, qvibus ſub gravi pœna interdicitur, ne qvis ad ſacerdotia, ſacros ordines aut dignitates Eccleſiaſticas invitus promoveatur *c. ubi iſta & c. honorat diſt. 74.* Neq; enim corvos aut cæteras aves, qvæ laceratione corporum aluntur, tàm rapido volatu ad cadavera per aerem ferre videmus, qvàm ægrotante clerico beneficii opimi poſſeſſore, corvos beneficiarios cernimus ad extorqvendam à langvente reſignationem, & ſpolia adhuc ſpiranti detrahenda incredibili celeritate advolare. *Sunt verba Annæi Roberti lib. 1. rer. judic. cap. 7.*

XXXVI.

De ſcholarum magiſtris ſive profeſſoribus præficiendis ita in jure conſtitutum eſt, ut prius qvis approbetur,

Digitized by Google

Præterea fundamenti loco & hoc adduco; qvod expectativæ ejusmodi non ſolum aliqvem adigant ad ſecuritatem, ne dicam, impietatem, eo qvod expectativam habens adeò firmiter eidem ſe committat, ut exiſtimet locum illum in Academia vel Eccleſia vacaturum neceſſariò ad ſe pertinere, nec poſſe ſe qvidem ab ipſo Deo excludi:

XLII.

Sed & per easdem etiam proximo incommodatur; cum ea ratione alii doctiſſimi viri, qvi totum patrimonium ſtudiorum cauſſa in Academiis inſumsêre ſuum, & qvi ad docendum in ſcholis Eccleſiisq; aliâs ſunt maximè idonei, ab omni promotionis ſpe humanitus excluduntur.

XLIII.

Alii etiam qvi animum ſuum jam demùm ad literarum ſtudia adjicere volunt, à tam pio propoſito deterrentur; cum de promotione honeſta, qvæ virtutis & laboris eſt compenſatio, poſt inſumptum patrimonium, ſpem nullam ſibi facere poſſunt. In qvantum itaq; obſint expectativæ, qvis non animadvertit? ut mirum ſit inter Chriſtianos adhuc reperiri, qvi expectativas petant qvoipſo teſtatum faciunt, illorum fiduciam & ſpem univerſam duntaxat in homine eſſe, qvod impunè fieri non ſinet unqvam Dominus.

XLIV.

Sed, qværat fortè aliqvis, ſi ejusmodi conceſſiones fiant cum conſenſu ejus, de cujus loco agitur, an valeant expectativæ? Et nedum valere, reſpondemus.

XLV.

Si namq; non valet promiſſio de præbenda conferenda, anteqvàm vacat, etiamſi conſentiat is, qvi eam poſ-

Digitized by Google

LI.

Sic cum Oxonii coram Eliſabetha Regina disputaretur, ſucceſſione Reges, an verò ſuffragio potiùs creandi eſſent, ac populus Anglicanus poſtularet, ut Regina ſibi ſucceſſorem deſtinaret, renuit hoc ipſa facere *Bodin. lib. 1. de Republ. cap. 8. & lib. 6. cap. 5.*

LII.

Ottomanni qvoq; nunqvam permittunt, ut filii in conſpectum patris prodeant, qvaſi ſperare filium nihil aliud ſit, qvam deſperare patrem *Mart. Cruſ. in Turcogræcia.*

LIII.

Ac qvod olim Syllæ, Pompejo triumpham denegare volenti, reſponſum legimus, Adorare plures ſolem orientem qvam occidentem] *Eraſ. apoph. lib. 4. in Pompejo*, id hic qvoq; non raro accidiſſe animadvertimus. *Pet. Heg p. 1. q. 6. n. 19.*

LIV.

Qvin & ſi hiſtorias conſulimus, & eventus, qvi ejusmodi deſignationes ſucceſſorum ſunt ſecuti, cogitamus, triſtimos fuiſſe comperiemus.

LV.

Tyberius Imperator à Caligula ſucceſſore deſtinato ſuffocatus, imperium relinqvere coactus eſt. Henricus III. Imperator, poſtqvam filium Henricum V, deſignari Regem curavit, ab eodem ſolio Imperatorio, &, ſtrenuè opitulantibus Epiſcopis, dignitate omni ſpoliatus eſt. *Helmb. lib. 1. cap. 32. & ſeq.*

LVI.

Eodemq; penè fato ſuccubuit Henricus I. Angliæ Rex, cum Henricum filium ſe vivo Regem inaugurari juſſiſſet *Polyd. Virg. Hiſt. Angl. lib. 13.* Eandemq; ob cauſam Buriſius Canutum Regni conſortem addi diſſvadet. *Craniz. lib. 6. Daniæ cap. 23.*

Digitized by Google

LVII.

Ex his, ut opinor, ſatis conſtat, non valere expectativas, etiamſi conſentiat is, de cujus loco agitur: item nec licere, nec conſultum eſſe ſucceſſorem ſibi conſtituere. Quæ omnia conſentiunt cum Ordinatione eccleſiaſtica Illuſtriſſ. Ducum Pomeraniæ.

LIIX.

Omiſſa itaq; ea tractatione, Colophonis loco de reſignationibus & permutationibus Parochiarum qvædam adnectemus,

LIX.

Et qvidem illud olim in Eccleſia obtinuiſſe conſtat, ut, qvisqvis vel ſacerdos ordinarius, vel Epiſcopus conſecratus fuerat, non utiq; ei poſtea liceret onus ſive honorem injunctum, liberè, qvandocunq; vellet, deſerere, munusq; ſemel ſuſceptum reſignare & permutare.

LX.

Hinc Nicolaus Papa ab Epiſcopo qvodam conſultus, an Eccleſiam ſuam adverſis perſecutionum periculis agitatam relinqvere poſſit? ſi pernicioſum eſt, inqvit, proretam in tranqvillitate navem deſerere, qvantò magis in fluctibus *c. ſciſcitaris 7. q. 1.* Indecens eſt, ait ille, prius ſolvere militiæ cingulum, qvàm cedat victori adverſitas præliorum *c. 1. ext. de renunciat.*

LXI.

Et Divus Ambroſius, cum ex Juſtinæ Imperatricis mandato de Eccleſia juberetur exire, hoc ego, inqviebat, ſpontè non faciam, ne lupis ſepta ovium tradere & prodere videar, Hic, ſi placet, occide, hoc loco mortem prona ſuſcipiam voluntate *Niceph. lib. 12. cap. 19. Hiſtor. Tripart. lib. 9. cap. 20.*

LXII

LXII.

Bernhardus qvoq; ad eum reſcribens, qvi Eccleſiam ſuam, cui præerat, relinqvere volebat: Qva ratione, inqvit, curam tibi creditam animarum exponere debeas, omninò non video. Alligatus es uxori, noli qværere ſolutionem *1. Cor. 7.*

LXIII.

Prælatii cum Eccleſia ſua vinculum, inſtar eſt conjugii *c. reqviſiviſti ext deteſt. c. 2. de translat. Epiſc.* ſi à carnali matrimonio ad ſpirituale licet argumentari, cur viro uxorem dimittere aut commodare nefas credemus? Prælato eccleſiam dimittere, cedere, & cui voluerit reſignare fas & licitum eſſe exiſtimabimus? *Duar. de ſac. Eccl. miniſt. c 3. l. 5.*

LXVI.

Qvemadmodum carnalem copulam non licet reſolvere, niſi ex cauſa fornicationis, ita ſuſceptam ſemel paſtoralem curam nefas eſt deponere. qvandiu omnium ſaluti conſuli poteſt; *inqvit Lupus Abbas Ferrarienſis, Epiſt. 29.*

LXIV.

Meminit Tertullianus Socratis Græci & Catonis Romani, qvi uxores ſuas amicis communicaverunt *Tertull. in Apolog. Salvia lib. 8. de guber. Dei.* Sic & Ammianus Marcellinus refert, Saracenos habuiſſe uxores precarias, atq; eas data acceptave mercede ad tempus conduxiſſe. *Amm. Marcell. lib. 14.*

LXVI.

Hos ergò neqvitiæ ſuæ patronos advocent iſti, viles, profani & ſimoniaci rerum divinarum negotiatores, dum promiſcuis reſignationibus & permutationibus beneficia & eccleſias, qvæ Prælatorum ſpirituales ſunt uxores, avara nundinatione mercantur, & mutua fide habita inter ſe commutant. *Sunt verba Annai Roberti lib. 1. rer. judic. cap. 7.*

XLI?

Index præcipuarum materiarum, in qvo prior numerus paginam, alter paragraphum Capitis deſignat.

A.

Ἀνάδοχος quis 2. 10.
Advocati dicuntur patroni 6. 18. & 151. 4.
Advocati Eccleſiarum & monaſteriorum 11. 10.
Academiarum jus patronatus 35. 1. *Actiones pro jure patronatus competentes* 178. num. 1. & ſeqq.
Academiæ differunt à Scholis trivialibus 198. 6. & ſeqq.
Academiarum patroni differunt à patronis Eccleſiarum 201. 11. *& ſeqq.*
De jure patronatus Advocatiæ 5. 12.
Beneficium Eccleſiaſticum, & ejus ſpecies 139. 2.
Beneficiorum uniones 144. n 16. & 17.
Beneficium vacans eſſe debet qvando confertur 30. 37.
Chriſtus cava manu accipit donata Eccleſiis 3. 14.
Clientum obſequia, & patronorum erga clientes beneficia 5. 9. & 10.
Cathedrales Eccleſiæ 10. 5. *differunt ab Eccleſia Collegiata & patronati* 135. 9.
Chriſtiani habent matrem ſpiritualem Eccleſiam 13. 26.
Collatio, electio, præſentatio differunt 27. 10. & 16.
Confirmatio differt ab inſtitutione 38. 19.
Conſvetutinis qvando vis 163. 5.
Civitas municipalis 163. 7. *&* 220. 6.
Compatres & commatres 2. 10.
Capitulares eligunt Epiſcopum 136. 9.
Divitia peperit religio 39. 14.
Dominus rerum donatarum ad pios uſus, dicitur ſaltem patronus 20. 19 *&* 3. 13.

De dote ſive dotatione 62. 1. & ſeqq. 62. 1. & ſeqq. 11. 63. n. 4. 6. debet fieri de bonis propriis 67. 20.

E De Eccleſiis cathedralibus 10. 5.
Edictum Philippi Regis Hiſpaniæ 12. 21.
Electio, præſentatio, collatio differunt 27. 10.
Eccleſiam dirutam reficient conſequitur jus patronus 58. 1.
Eccleſiæ toti competit jus vocandi 126. 8.
Electio abſq; Eccleſia facta non eſt Canonica 128. 15.
Eccleſia cathedralis, Collegiata & patronata quæ 135. 6.
Eccleſiarum unio 153. 1.
Eccleſia quæ parens, quæ filia. 157. 11.

Fœdera an liceat inire cum infidelibus 14. 38. de variis confœderationibus 16. 47.
Fœmina etiam acquirunt jus patronatus 40. 3.
Fundatione acquiritur jus patronatus 44. 3. cum conſenſu Epiſcopi 45. 1. & 50. 4.

GEneraliter acceptum jus patronatus duplicem habet ſignificationem 7. 1.
Gymnaſia quid 199. 14.

HAſiæ Principes habent plerosq; Epiſcopat⁹ ſub ſuo præſidio 12. 17.
Hiſpaniarum Reges ſunt patroni ſuarum Eccleſiarum 12. 16.
Hæretici nequeunt acquirere jus patronatus 42. 15.
Honor debetur Patrono 94. n. 1. & 95. 1.
Hoſpitalium appellatione quæ veniant 142. 11.

I De jure patronatus Eccleſiaſtico in genere 7. 1. quod duplex eſt 7. 4.
Jus patronatus cum jure Epiſcopali & jurisdictione, itemq; ſuperioritate nihil habet commune 8. 8.
De jure patronatus majori 10. 1. minori 17. 1.
Jus patronatus per ſe non eſt impium. ſed pium & utile 24. 13. obſervatur à plurimis Principibus Imperii 24. 12.
Juris patronatus Eccleſiaſtici definitio 26. 1. diviſio 31. ſubdiviſio 35. 1.

Jus

Jus patronatus qui poſſint acquirere 40. 1. quomodo conſtituatur & acquiratur 44. 1. & 50. 1. & 58. 1. & 61. 1. & 70. 1. & quomodo ad alios transferatur 78. 1. quæ conferat jure patrono 94. 1. qualiter hodie obſervetur 122. 1. quibus modis finiatur 168. 1.
De judicio & judice competente in cauſis juris Patronatus 137. 1. & judiciario proceſſu 178. n. 1.
Judicis officium in cauſſis juris patronatus 197. 28. ſeqq.
De incorporatione Eccleſiarum 153. 1.
Juſtiniano Imperatore inſcribendum jus patronatus Eccleſiaſticum 18. 8.
Judicium petitorium juris patronatus diſtinguitur à judicio poſſeſſorio 174. 5. & 175. 6.
Imperium merum hodie competit jure Magiſtratus part. 2. cap. 4. n. 10.
Judex civilis & Eccleſiaſticus in cauſis juris patronatus 175. 7.
LAici poſſunt jus patronatus acquirere 41. 7.
Ludi appellatione ſignificatur Schola 198. 2.
MAjus jus patronatus 10. 1. minus 16. 1. ſeqq.
Magiſtratibus incumbit defendere Eccleſias 13. 26.
Manſi vocabuli ſignificatio 33. 10.
Meretrix acquirit jus patronatus, ſi modo ſit Chriſtiana 41. 8.
Modernum jus patronatus 161. n. 1. ſeqq.
NOminatio, præſentatio, vocatio, ordinatio, inſtitutio differunt 98. 3.
Neceſſitas eſt unionis Eccleſiarum cauſa 153. 6.
OCcaſio introducti juris patronatus 17. 6. & 20. 25.
Onerosum jus patronorum 95. 4. & 150. 1.
Officium judicis in cauſſa juris patronatus 197. 28.
PAtricii qui 3. 12.
Patronus differt à Domino 3. 13.
Patroni & patronatus nomen variè accipitur 4. 1.
Patronus etiam dicitur reſpectu liberti manumiſſi 6. 15.
Patronorum officium 10. 7.
Patronus an poſſit fœdera facere cum infidelibus 14. 38.
Patronatus juris origo 17. 2. introducti ratio 17. 6.
Patronatus jus ab initio fuit gratioſum 20. 22. ſed hodie eſt ex debito juſtitiæ 20. 24. non eſt impium ſed pium & utile 22. 1.

Præſentatio quomodo accipiatur 27. 30.
Patronus non poteſt ordinare & inſtituere 30. 40.
Patronus laicus poteſt variare, non etiam Eccleſiaſticus 37. 16. *quomodo in aliis differant* 36. n. 12. *& ſeqq.*
Patronus tria jura conſequitur ex jure patronatus 94. 1. *habet præ aliis honorem in Eccleſia* 95. 1.
Præſentatio eſt fructus juris patronatus 98. *debet fieri legitimè* 101. 14. *ſeq.*
Patroni non poſſunt ineidoneos Eccleſiis obtrudere 131. 23. *debent in electione ſpectare gloriam Dei, & bonum Eccleſiæ* 132. 25.
Patroni honori adhæret etiam ſepultura 149. 12. *ſeqq.*
Patronorum jus oneroſum 150. 1.
Patronus quæ facere non poſſit 158 1. *ſeqq.*
Pacta juri patronatus adjecta 165. 1.
Proceſſus in cauſſis juris patronatus 178. 1.
Probatio juris patronatus 183 2. *ſeqq.*
Patroni Eccleſiarum & Academiarum differunt 201. 10. *ſeqq.*
Pietatis cauſa eſt unio Eccleſiarum 156. 8.
R*Eligione ſublata, corruit juſtitia & diſciplina* 11. 9.
Reges Hiſpaniarum obtinent jus patronatus in Eccleſiis ſuis 12. 16.
Romanus Pontifex attentavit jus patronatus in imperio ſibi vindicare 12. 16.
Religio peperit divitias 19. 14.
S*Cholæ vetatio* 198. 1. *ſunt plantarium Eccleſiæ* 198. 4. *aliæ publica, alia privata* 198. 5. *unde ita dicuntur* 198. 9. 10. 12. *De Scholis regiis* 200. 1. *illas erigere non poſſunt civitates municipales* 200. 6.
Sepulturæ jus 149. 12. *ſeqq.*
U*Tile jus patrono competens* 145. 1.
Unio Eccleſiarum quibus requiſitis fieri debeat 153. 1. *debet etiam præcedere cauſſæ cognitio* 156. 9.

FINIS.

13160479

Digitized by Google

XV. C. 27.
2030

Digitized by Google